

1817
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

To J. B. Angell
President of the University
of Michigan
with kind regards
E. H. Thomp[illegible]

Flint April 1872

to Prof. M. L. D'Ooge

from J. B. Angell

July 7. 1883

Pindarus

PINDARI CARMINA

JUXTA

EXEMPLAR HEYNIANUM.

QUIBUS ACCESSERUNT

NOTÆ HEYNIANÆ;

PARAPHRASIS BENEDICTINA;

ET

LEXICON PINDARICUM,

EX

INTEGRO *DAMMIÌ* OPERE ETYMOLOGICO

EXCERPTUM,

ET JUSTÂ SERIE DISPOSITUM.

DIGESSIT ET EDIDIT

HENRICUS HUNTINGFORD LL.B.

COLLEGII B. MARIÆ WINTON. PROPE WINTON. SOCIUS.

EXCUDIT R. WATTS,

SUMPTIBUS T. CADELL ET W. DAVIES

LONDINI.

MDCCCXIV.

VIRO VENERABILI

HENRICO GABELL S. T. P.

COLLEGII BEATÆ MARIÆ WINTON. PROPE WINTON.

INFORMATORI ERUDITISSIMO;

LITERARUM HUMANIORUM

CULTORI FELICISSIMO;

HAS

LABORUM SUORUM PRIMITIAS,

AD CARMINA PINDARICA IN USUM TIRONUM EXPONENDA

COMPARATAS,

SUMMO OBSEQUIO

D. D. D.

HENRICUS HUNTINGFORD.

HABETIS Poëtam effusissimi ingenii, mentis ardentissimæ, et ad sublimia maximè aspirantis; quæ omnia tamen eo modo castigantur judicio atque temperantur, ut non ita sæpè ultra modum prosiliant. Habetis Poëtam, extra se quidem sæpè, furore quodam Pythico, non extra materiem, raptum; connexionis, sed et latentis et artificiosæ, studiosum; in quo nihil temerè congestum aut malè cohærens occurrit; sed pulcherrima series rerum inter se connexarum, et quæ venustatem non exiguam ex justâ ducit collocatione. Habetis Poëtam Religioni unicè inservientem; nullis verborum lenociniis hominum animos ad vitia deflectentem; nec adeò Patronis suis obsequio devinctum, ut non quid et ipsis faciendum, ipsis sit fugiendum, palam eloquatur. Id autem mihi de Pindari virtutibus pronuntiandum est, quod de Therone suo Pindarus prædicavit:

'Επεὶ ψάμμος ἀριθμὸν περιπέφευγεν,
- - - τίς ἂν φράσαι δύναιτο;

Inter Carmina Pindarica et Lexicon Dammianum vide insertam "Dissertationem in Pythium Primum a Gul. Barford, habitam Cantab. A.D. MDCCL."

SENTENTIARUM PINDARICARUM

DELECTUS.

Ol. I.

v. 53. Ἁμέραι ἐπίλοιποι
Μάρτυρες σοφώτατοι.

---

v. 55. Ἔστιν ἀνδρὶ φάμεν
Ἐοικὸς ἀμφὶ δαιμόνων κα-
λά.

---

v. 84. . . . . ἀκέρδεια λέλογχεν
Θαμινὰ κακαγόρας.

---

v. 102. . . . . εἰ Θεὸν
Ἀνήρ τις ἔλπεταί τι λαθέ-
μεν ἔρδων, ἁμαρτάνει.

---

v. 129. . . . . ὁ μέγας κίνδυ-
νος ἄναλκιν οὐ φῶ-
τα λαμβάνει.

---

v. 131. . . . . θανεῖν οἷσιν ἀνάγκα,
Τί κέ τις ἀνώνυμον γῆρας ἐν σκότῳ
Καθήμενος ἕψοι μάταν, ἁπάντων
Καλῶν ἄμμορος.

Ol. II.

v. 29. . . . . τῶν πεπραγμένων,
Ἐν δίκᾳ τε καὶ παρὰ δίκαν
Ἀποίητον οὐδ' ἂν
Χρόνος, ὁ πάντων πατὴρ,
Δύναιτο θέμεν ἔργων τέλος.
Λάθα δὲ πότμῳ σὺν εὐδαίμονι γένοιτ' ἄν.
Ἐσλῶν γὰρ ὑπὸ χαρμάτων,
Πῆμα θνᾶσκει παλίγκοτον δαμασθέν.

---

v. 41. . . . . . πένθος
. . πιτνεῖ βαρὺ
Κρεσσόνων πρὸς ἀγαθῶν.

---

v. 55. . . . Ἦτοι
Βροτῶν κέκριται
Πεῖρας οὔ τι θανάτου.

---

v. 62. Ῥοαὶ ἄλλοτ' ἄλλαι
Εὐθυμιᾶν τε μέτα καὶ
Πόνων ἐς ἄνδρας ἔβαν.

---

v. 96. Ὁ μὰν πλοῦτος ἀρεταῖς
Δεδαιδαλμένος
Φέρει τῶν τε καὶ τῶν
Καιρὸν, βαθεῖαν ὑπέχων
Μέριμναν ἀγροτέραν,
Ἀστὴρ ἀρίζηλος, ἀλαθινὸν
Ἀνδρὶ φέγγος.

Ol. IV.

v. 7. Ξείνων εὖ πρασσόντων, ἔσαναν
Αὐτίκ' ἀγγελίαν
Ποτὶ γλυκεῖαν ἐσλοί.

---

v. 29. . . . . διάπειρά τοι
Βροτῶν ἔλεγχος.

Ol. VI.

v. 14. . . . . ἀκίνδυνοι ἀρεταὶ
Οὔτε παρ' ἀνδράσιν, οὔτ' ἐν ναυσὶ κοίλαις,
Τίμιαι.

---

v. 122. . . . . Τιμῶντες ἀρετὰς,
Ἐς φανερὰν ὁδὸν ἔρχονται.

---

v. 123. . . . . τεκμαίρει
Χρῆμ' ἕκαστον.

Ol. VII.

v. 43. . . . . Ἀμφὶ ἀνθρώ-
πων φρεσὶν ἀμπλακίαι
Ἀναρίθματοι κρέμανται.

---

v. 55. Αἱ φρενῶν ταραχαὶ
Παρέπλαγξαν καὶ σοφόν.

---

v. 79. . . . . ἐν ἀρετὰν
Ἔβαλεν καὶ χάρματ' ἀνθρώ-
ποισι προμαθέος αἰδώς.
Ἐπὶ μὰν βαίνει τι καὶ

Λάθας ἀτέκμαρτα νέφος,
Καὶ παρέλκει πραγμάτων ὀρ-
θὰν ὁδόν γ' ἔξω φρενῶν.

Ol. VII.

v. 173. . . . . . . ἐν
Μιᾷ μοίρᾳ χρόνου,
Ἄλλοτ' ἀλλοῖαι διαιθύσσουσιν αὖραι.

Ol. VIII.

v. 16. Ἄλλα ἐπ' ἄλλον ἔβαν
Ἀγαθῶν, πολλαὶ δ' ὁδοὶ
Σὺν θεοῖς εὐπραξίας.

---

v. 77. . . . . τὸ διδάξασθαι δέ τοι,
Εἰδότι ῥαίτερον. ἄγνω-
μον δὲ, τὸ μὴ προμαθεῖν.
Κουφότεραι γὰρ ἀπειράτων φρένες.

---

v. 95. Ἀΐδα τοι λάθεται
Ἄρμενα πράξαις ἀνήρ.

Ol. IX.

v. 41. . . . . ἀγαθοὶ
Καὶ σοφοὶ κατὰ δαίμον' ἄνδρες
Ἐγένοντο.

---

v. 58. Τὸ καυχᾶσθαι παρὰ καιρὸν,
Μανίαισιν ὑποκρέκει.

Ol. X.

v. 26. Ἄπονον ἔλαβον χάρμα παῦροί τινες.

Ol. XI.

v. 10. Ἐκ θεοῦ ἀνὴρ σοφαῖς ἀνθεῖ ἐσαεὶ πραπίδεσσιν.

Ol. XII.

v. 6. . . . . . . αἵ γε μὲν ἀνδρῶν
Πόλλ' ἄνω, τὰ δ' αὖ κάτω
Ψεύδη μεταμώνια τέμνοι-
σαι, κυλίνδοντ' ἐλπίδες.
Σύμβολον δ' οὔ πώ τις ἐπιχθονίων
Πιστὸν ἀμφὶ πράξιος ἐσ-
σομένας εὗρεν θεόθεν·
Τῶν δὲ μελλόντων τετύφλωνται φράδαι.
Πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν,
Ἔμπαλιν μὲν τέρψιος· οἱ δ', ἀνιαραῖς
Ἀντικύρσαντες ζάλαις,
Ἐσλὸν βαθὺ πήματος ἐν μι-
κρῷ πεδάμειψαν χρόνῳ.

Ol. XIII.

v. 16. Ἄμαχον κρύψαι τὸ συγγενὲς ἦθος.

---

v. 67. Ἕπεται ἐν ἑκάστῳ μέτρον· νοῆ-
σαι δὲ καιρὸς ἄριστος.

---

v. 147. . . . . ἐν θεῷ γε μὰν
Τέλος.

Pyth. I.

v. 79. Ἐκ θεῶν μαχαναὶ πᾶ-
σαι βροτέαις ἀρεταῖς,
Καὶ σοφοὶ καὶ χερσὶ βια-
ταὶ περίγλωσσοί τ' ἔφυν.

---

v. 162. Ἀστῶν ἀκοὰ κρύφιον θυμὸν βαρύ-
νει μάλιστ' ἐσλοῖσιν ἐπ' ἀλλοτρίοις.
Ἀλλ' ὅμως, κρέσσων γὰρ οἰκτιρμῶν φθόνος,
Μὴ παρίει καλά.

---

v. 166. . . . . . . ἀ-
ψευδεῖ πρὸς ἄκμονι χάλ-
κευε γλῶσσαν.

---

v. 178. Μὴ δολωθῇς, ὦ φίλε, κέρδεσιν εὐ-
τραπέλοις.

---

v. 191. Τὸ παθεῖν εὖ, πρῶτον ἄθλων·
Εὖ δ' ἀκούειν, δευτέρα μοῖ-
ρ'. ἀμφοτέροισι δ' ἀνὴρ
Ὃς ἂν ἐγκύρσῃ, καὶ ἕλῃ,
Στέφανον ὕψιστον δέδεκται.

Pyth. II.

v. 43. Τὸν εὐεργέταν ἀγαναῖς ἀμοιβαῖς
Ἐποιχομένους τίνεσθαι.

---

v. 63. . . . . χρὴ καθ' αὐτὸν αἰεὶ
Παντὸς ὁρᾷν μέτρον.

Pyth. II.

v. 89. Θεὸς ἅπαν ἐπὶ ἐλπίδεσ-
σι τέκμαρ ἀνύεται·
Θεὸς, ὃ καὶ πτερόεντα
Ἀετὸν κίχεν, καὶ θαλασσαῖ-
ον παραμείβεται
Δελφῖνα· καὶ ὑψιφρόνων τίν' ἔκαμψε
Βροτῶν, ἑτέροισι δὲ
Κῦδος ἀγήραον παρέδωκ'.

---

v. 96. . . . . Ἐμὲ χρεὼν
Φεύγειν δάκος ἀδινὸν, κακαγορίαν.

---

v. 101. . . . . . . Τὸ πλου-
τεῖν σὺν τύχᾳ πότμου
Σοφίας, ἄριστον.

---

v. 139. . . . . ἄμαχον κακὸν
Ἀμφοτέροις διαβολιᾶν ὑποφάτιες.

---

v. 148. Ἀδύνατα, ἔπος ἐκβαλεῖν
Κραταιὸν ἐν ἀγαθοῖς
Δόλιον ἀστόν.

---

v. 161. . . . . χρὴ πρὸς
Θεὸν οὐκ ἐρίζειν,
Ὃς ἀνέχει τοτὲ μὲν τὰ κείνων,
Τότ' αὖ δ' ἑτέροις ἔδω-
κεν μέγα κῦδος.

Pyth. II.

v. 171. Φέρειν ἐλαφρῶς
Ἐπαυχένιον λαβόντα
Ζυγόν γ' ἀρήγει. ποτὶ κέντρον δέ τοι
Λακτιζέμεν, τελέθει
Ὀλισθηρὸς οἶμος.

Pyth. III.

v. 36. Ἔστι φῦλον ἐν ἀν-
θρώποισι ματαιότατον,
Ὅστις, αἰσχύνων ἐπιχώ-
ρια, παπταίνει τὰ πόρσω,
Μεταμώνια θη-
ρεύων ἀκράντοις ἐλπίσιν.

---

v. 110. . . . τὰν ἔμπρακτον ἄντλει μαχανάν.

---

v. 145. Ἓν παρ' ἐσλὸν, πήματα σὺν
Δύο δαίονται βροτοῖς
Ἀθάνατοι. τὰ μὲν ὦν
Οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέρειν,
Ἀλλ' ἀγαθοὶ, τὰ καλὰ τρέψαντες ἔξω.

---

v. 186. . . . . . . ἄλ-
λοτε ἀλλοῖαι πνοαὶ
Ὑψιπετᾶν ἀνέμων.
Ὄλβος οὐκ ἐς μακρὸν ἀνδρῶν ἔρχεται,
Ὃς πολὺς εὖτ' ἂν ἐπιβρίσαις ἕπηται.

PYTH. IV.

v. 247. Ἐντὶ μὲν θνατῶν φρένες ὠκύτεραι
Κέρδος αἰνῆσαι πρὸ δίκας δόλιον,
Τραχεῖαν ἑρπόντων πρὸς ἐπίβδαν ὅμως.

---

v. 484. Ῥάδιον μὲν πόλιν σεῖ-
σαι καὶ ἀφαυροτέροις· ἀλλ᾽ ἐπὶ χώ-
ρας αὖθις ἔσσαι δυσπαλὲς
Δὴ γίνεται, ἐξαπίνας
Εἰ μὴ θεὸς ἁγεμόνεσσι κυβερ-
νατὴρ γένηται.

---

v. 509. Καιρὸς πρὸς ἀνθρώπων βραχὺ μέτρον ἔχει.

---

v. 511. . . . . Φαντὶ ἔμμεν
Τοῦτ᾽ ἀνιαρότατον,
Καλὰ γινώσκοντ᾽ ἀνάγκᾳ
Ἐκτὸς ἔχειν πόδα.

PYTH. V.

v. 1. Ὁ Πλοῦτος εὐρυσθενὴς,
Ὅταν τὶς ἀρετᾷ κεκρα-
μένον καθαρᾷ βροτήσιος ἀνὴρ,
Πότμου παραδόντος, αὐτὸν ἀνάγῃ
Πολύφιλον ἑπέταν.

---

v. 15. Σοφοί τοι κάλλιον
Φέροντι καὶ τὰν θεόσ-
δοτον δύναμιν.

---

v. 33. Παντὶ μὲν θεὸν αἴτιον ὑπερτιθέμεν.

PYTH. V.

v. 71. Πόνων οὔ τις ἀπόκλαρός ἐστιν,
Οὔτ' ἔσσεται.

---

v. 164. Διός τοι νόος μέγας κυβερνᾷ
Δαίμον' ἀνδρῶν φίλων.

PYTH. VIII.

v. 131. . . . . Ἐν ὀλίγῳ
Βροτῶν τὸ τερπνὸν αὔξεται· οὕτω
Δὲ καὶ πιτνεῖ χαμαὶ, ἀποτρόπῳ
Γνώμᾳ σεσεισμένον.
Ἐπάμεροι. τί δέ τις; τί δ' οὔ τις;
Σκιᾶς ὄναρ, ἄνθρωποι.

PYTH. IX.

v. 133. Ἀρεταὶ αἰεὶ μεγάλαι πολύμυθοι.

---

v. 135. . . . . ὁ καιρὸς ὁμοίως
Παντὸς ἔχει κορυφάν.

---

v. 169. Κεῖνος αἰνεῖν καὶ τὸν ἐχθρὸν
Παντὶ θυμῷ σύν τε δίκᾳ
Καλὰ ῥέζοντ' ἔννεπεν.

PYTH. X.

v. 15. . . . . γλυκὺ ἀνθρώ-
πων τέλος ἀρχά τε, δαίμο-
νος ὀρνύντος, αὔξεται.

Pyth. X.

v. 76. Ἐμοὶ θαυμάσαι,
Θεῶν τελεσάντων,
Οὐδέν ποτε φαίνεται ἔμμεν ἄπιστον.

---

v. 98. Τὰ εἰς ἐνιαυτὸν ἀτέκμαρτον προνοῆσαι.

---

v. 105. Πειρῶντι καὶ χρυ-
σὸς ἐν βασάνῳ πρέπει καὶ νόος ὀρθός.

Pyth. XI.

v. 44. Κακολόγοι πολῖται.
Ἴσχει τε γὰρ ὄλβος οὐ μείονα φθόνον·
Ὁ δὲ χαμηλὰ πνέων, ἄφαντον βρέμει.

---

v. 76. . . . θεόθεν ἐραίμαν καλῶν,
Δυνατὰ μαιόμενος ἐν ἁλικίᾳ.
Τῶν γὰρ ἀνὰ πόλιν εὑρίσκων
Τὰ μέσα μακροτέρῳ
Ὄλβῳ τεθαλότα, μέμφομ' αἶ-
σαν τυραννίδων.

---

v. 84. . . . . εἴ τις ἄκρον ἑλὼν ἅσυχά
Τε νεμόμενος αἰνὰν ὕβριν
Ἀπέφυγεν, μέλανος ἂν ἐσχατιὰν
Καλλίονα θανάτου ἔσχεν,
Γλυκυτάτᾳ γενεᾷ
Εὐώνυμον κτεάνων κρατί-
σταν χάριν πορών.

PYTH. XII.

v. 49. Εἴ τις ὄλβος ἐν ἀν-
θρώποισιν, ἄνευ καμάτου
Οὐ φαίνεται.

NEM. I.

v. 36. . . . . τέχναι ἑτέρων ἕτεραι.
Χρὴ δ' ἐν εὐθείαις ὁδοῖς
Στείχοντα μάρνασθαι φυᾷ:
Πράσσει γὰρ ἔργῳ μὲν σθένος,
Βουλαῖσι δὲ φρὴν, ἐσσόμενον προϊδεῖν,
Συγγενὲς οἷς ἕπεται.

---

v. 44. Οὐκ ἔραμαι πολὺν ἐν μεγάρῳ πλοῦ-
τον κατακρύψαις ἔχειν·
Ἀλλ' ἐόντων, εὖ τε παθεῖν καὶ ἀκοῦ-
σαι, φίλοις ἐξαρκέων.
Κοιναὶ γὰρ ἔρχοντ' ἐλπίδες
Πολυπόνων ἀνδρῶν.

---

v. 82. Τὸ οἰκεῖον πιέζει
Πάνθ' ὁμῶς· εὐθὺς δ' ἀπήμων κραδία
Κᾶδος ἀμφ' ἀλλότριον.

NEM. III.

v. 10. Διψῇ πρᾶγος ἄλλο μὲν ἄλλου.

NEM. IV.

v. 1. Ἄριστος εὐφροσύνα
Πόνων κεκριμένων
Ἰατρός.

Nem. IV.

v. 52. Ῥέζοντά τι καὶ παθεῖν ἔοικεν.

---

v. 133. Ὁ χρυσὸς ἑψόμενος
Αὐγὰς ἔδειξεν ἁπάσας·
Ὕμνος δὲ τῶν ἀγαθῶν
Ἐργμάτων βασιλεῦσιν ἰ-
σοδαίμονα τεύχει
Φῶτα.

Nem. V.

v. 32. . . . . τὸ σιγᾷν, πολλάκις ἐστὶ σοφώ-
τατον ἀνθρώπων νοῆσαι.

Nem. VII.

v. 18. Ταὶ μεγάλαι ἀλκαὶ
Σκότον πολὺν ὕμνων ἔχοντι δεόμεναι.

---

v. 27. Ἀφνεὸς πενιχρός τε θανάτου
Παρὰ σᾶμα νέονται.

---

v. 34. . . . . . . τυφλὸν ἔχει
Ἦτορ ὅμιλος ἀνδρῶν ὁ πλεῖστος.

---

v. 44. . . . . . . κοινὸν ἔρχεται
Κῦμ' Ἀΐδα, πέσε δ' ἀδόκητον
Ἐν καὶ δοκέοντα. τιμὰ δὲ γίνεται,
Ὧν θεὸς ἁβρὸν αὔξει λόγον.

---

v. 76. . . . . ἀνάπαυσις
Ἐν παντὶ γλυκεῖα ἔργῳ.

Nem. VII.

v. 79. Φυᾷ ἕκαστος διαφέρο-
μεν, βιοτὰν λαχόντες,
Ὁ μὲν τὰ, τὰ δ' ἄλλοι. τυχεῖν δ' ἕν' ἀδύνατον
Εὐδαιμονίαν ἅπα-
σαν ἀνελόμενον. οὐδ' ἔχω
Εἰπεῖν, τίνι τοῦτο Μοῖρα τέλος ἔμπεδον
Ὤρεξε.

---

v. 128. . . . . τί φαῖμέν κε γείτον' ἔμμεναι,
Νόῳ φιλήσαντά γ' ἀτενεῖ,
Γείτονι; χάρμα πάντων
Ἐπάξιον.

Nem. VIII.

v. 28. Σὺν θεῷ φυτευθεὶς
Ὄλβος ἀνθρώποισι παρμονώτερος.

---

v. 54. . . . . ἐχθρὰ δ' ἄρα πάρφασις ἦν
Καὶ πάλαι, αἱμύλων μύθων ὁμόφοι-
τος, δολοφραδὴς, κακοποιὸν ὄνειδος·
Ἃ τὸ μὲν λαμπρὸν βιᾶται,
Τῶν δ' ἀφάντων κῦδος ἀντείνει σαθρόν.
Εἴη μή ποτέ μοι τοι-
οῦτον ἦθος, Ζεῦ πάτερ. ἀλλὰ κελεύθοις
Ἁπλόαις ζωᾶς ἐφαπτοίμαν, θανὼν ὡς
Παισὶ κλέος μὴ τὸ δύσφαμον προσάψω.
Χρυσὸν εὔχονται, πεδίον δ' ἕτεροι
Ἀπέραντον· ἐγὼ δ' ἀστοῖς ἁδὼν καὶ
Χθονὶ γυῖα καλύψαι-
μ', αἰνέων αἰνητὰ, μομ-
φὰν δ' ἐπισπείρων ἀλιτροῖς.

Nem. VIII.

v. 77. . . . . κενεᾶν
'Ελπίδων χαῦνον τέλος.

Nem. IX.

v. 13. Ἔστι τις λόγος ἀνθρώ-
πων, τετελεσμένον ἐσλὸν
Μὴ χαμαὶ σιγᾷ καλύψαι.

---

v. 104. 'Εκ πόνων, οἳ σὺν νεότατι γένωνται
Σύν τε δίκᾳ, τελέθει
Πρὸς γῆρας αἰὼν ἁμέρα.

Nem. X.

v. 146. Οἴχεται τιμὰ φίλων τατωμένῳ
Φωτί. παῦροι δ' ἐν πόνῳ πιστοὶ βροτῶν,
Καμάτου μεταλαμβάνειν.

Nem. XI.

v. 16. Εἴ τις ὄλβον ἔχων,
Μορφᾷ παραμεύσεται ἄλλων,
Θνατὰ μεμνάσθω περιστέλλων μέλη,
Καὶ τελευτὰν ἁπάντων γᾶν ἐπιεσσόμενος.

---

v. 37. . . . . . . βροτῶν
Τὸν μὲν κενεόφρονες αὖχαι
'Εξ ἀγαθῶν ἔβαλον·
Τὸν δ' αὖ, καταμεμφθέντ' ἄγαν
'Ισχὺν, οἰκείων παρέσφαλεν καλῶν,
Χειρὸς ἕλκων ὀπίσσω, θυμὸς ἄτολμος ἐών.

Nem. XI.

v. 59. .... δέδεται ἀναιδεῖ
Ἐλπίδι γυῖα· προμα-
θείας δ' ἀπόκεινται ῥοαί.
Κερδέων δὲ χρὴ μέτρον θηρευέμεν.
Ἀπροσίκτων δ' ἐρώτων ὀξύτεραι μανίαι.

Isth. I.

v. 4. ...... τί φίλτερον
Κεδνῶν τοκέων ἀγαθοῖς;

---

v. 65. Μισθὸς ἄλλοις ἄλλος ἐφ' ἔργμασιν ἀν-
θρώποις γλυκὺς,
Μαλοβότᾳ τ', ἀρότᾳ τ', ὀρνι-
χολόχῳ τε, καὶ ὃν πόντος τρέφει.
Γαστρὶ δὲ πᾶς τις ἀμύνων
Λιμὸν αἰανῆ τέταται.

---

v. 96. ...... εἴ τις ἔνδον νέμει
Πλοῦτον κρυφαῖον,
Ἄλλοισι δ' ἐμπίπτων γελᾷ·
Ψυχὰν Ἀΐδᾳ τελέων οὐ
Φράζεται δόξας ἄνευθεν.

Isth. III.

v. 1. Εἴ τις ἀνδρῶν εὐτυχήσαις,
Ἢ σὺν εὐδόξοις ἀέθλοις,
Ἢ σθένει πλούτου, κατέχει
Φρεσὶν αἰανῆ κόρον,
Ἄξιος εὐλογίαις ἀστῶν μεμίχθαι.

Isth. III.

v. 29. Αἰὼν κυλινδομέναις
Ἁμέραις ἄλλ' ἄλλοτ' ἐξ-
άλλαξεν.

Isth. IV.

v. 69. . . . . . . πάγ-
καρπον ἐπὶ χθόνα καὶ διὰ πόν-
τον βέβακεν ἐργμάτων ἀ-
κτὶς καλῶν ἄσβεστος αἰεί.

Isth. VII.

v. 59. . . . . θνάσκομεν ὁμῶς ἅπαντες·
Δαίμων δ' ἄϊσος. τὰ μακρὰ δ' εἴ τις
Παπταίνει, βραχὺς ἐξικέ-
σθαι χαλκόπεδον θεῶν
Ἕδραν.

---

v. 67. . . . . τὸ πὰρ δίκαν
Γλυκὺ πικροτάτα μένει τελευτά.

Isth. VIII.

v. 27. . . . . δόλιος αἰὼν
Ἐπ' ἀνδράσι κρέμαται,
Ἑλίσσων βιότου πόρον.

---

v. 32. . . . . χρὴ ἀγαθὰν
Ἐλπίδ' ἀνδρὶ μέλειν.

PINDARI VITA.

PINDARUS noster fuit Thebanus, ex iis Thebis, quæ in Bœotiâ sunt, oriundus. Hunc alii Daiphanti, alii Scopelini filium faciunt. Sunt qui binominem patrem dicant, ut idem sit Daiphantus et Scopelinus. Recepta ex auctoritate Suidæ sententia hæc est, illum fuisse Daiphanti filium. Auleticen in primâ pueritiâ a Scopelino patruo est edoctus, et postmodum, cùm rerum majorum capax videretur, ab eo traditus est Laso Hermionensi, poëtæ lyrico, a quo non modò carmen componere, sed etiam lyram pulsare, didicit; quam artem ita calluit, ut Lyricorum facilè princeps evaserit. Habuit etiam Simonidem in carmine et lyrâ præceptorem, tum temporis præcipuum Lyricum. Fuit etiam, Suidâ teste, Myrtidis mulieris discipulus. Factus ætate maturior, uxorem duxit, ex quâ liberos tres suscepit, Diophantum filium, filiasque Protomachen, et Polymetin, quam Suidas Eumetin appellat. Fratrem habuit Erotionem. In matrimonio castè multos annos vixit, doctorum familiaritate, et Principum amicitiâ usus. Ita piè se gessit, ut Rheam, Apollinem et Pana magnâ veneratione coluerit, et prope Rheæ templum ædes habere voluerit. Fuit Lyricorum Græcorum præstantissimus, unde illud Antipatri *εἰς εἰκόνα Πινδάρου.*

Νεβρείων ὁπόσον σάλπιγξ ὑπερίαχεν αὐλῶν,
Τόσσον ὑπὲρ πάσας ἔκραγε σεῖο χέλυς.
Οὐδὲ μάτην ἁπαλὸς ξουθὸς περὶ χείλεσιν ἑσμὸς
Ἔπλασε κηρόδετον Πίνδαρε σεῖο μέλι.
Μάρτυς ὁ Μαινάλιος κερόεις Θεὸς, ὕμνον ἀείσας
Τὸν σέο, καὶ νομίων λησάμενος δονάκων.

Quod sic verto:

Altisonæ cervina tubæ quàm tibia cedit,
Tam cujusque tuæ cedit iniqua chelys.
Nec temerè tenerum tua circum, Pindare, labra
Flavarum examen mellificavit apum.
Qui tua cantavit, pastorum oblitus avenæ,
Testis Mænalius corniger ille deus.

Cujus præstantiæ et eloquentiæ præsagium præbuit, quod adhuc puero apes in os ejus mella congesserint. Unde, lib. V. Anthologiæ Epigrammatum:

Θήβης δ' ὠγυγίης Ἑλικώνιος ἵστατο κύκνος,
Πίνδαρος ἱμερόφωνος, ὃν ἀργυρότοξος Ἀπόλλων
Ἔτρεφε Βοιωτοῖο παρὰ σκοπιὴν Ἑλικῶνος,
Καὶ μέλος ἁρμονίης ἐδιδάξατο· τικτομένου γὰρ
Ἑζόμεναι λιγυροῖσιν ἐπὶ στομάτεσσι μέλισσαι
Κηρὸν ἀνεπλάσσαντο σοφῆς ἐπιμάρτυρα μολπῆς.

Quod sic verto:

Pindarus Ogygiis surrexit gloria Thebis,
Mellea cycneæ referens modulamina linguæ:
Quem Pater in speculâ Bœoti Heliconis alumnum
Eduxit Phœbus, decorat quem argenteus arcus;
Et jungenda lyræ docuit contexere verba.
Nam simul ac hausit vitales ætheris auras,
Arguto super ore favos et dulcia mella
Finxit apis, certum perdocti carminis omen.

Quod prodigium refert Ælianus, lib. XII. Var. Hist. c. 45. Extat etiam prædicti Antipatri epigramma in laudem ejusdem, Antholog. lib. III.

Πιερικὰν σάλπιγγα, τὸν εὐαγέων βαρυύμνων
Χαλκευτὰν κατέχει Πίνδαρον ἅδε κόνις.
Οὗ μέλος εἰσαΐων, φθέγξαιό κεν ὡς ἀπὸ μουσῶν
Κάδμου ἐν θαλάμοις σμῆνος ἀπεπλάσατο.

Quod sic verto:

Pieridum lituus, sancti gravis auctor et hymni,
Pindarus exanimis hacce tenetur humo.
In Cadmi thalamis dicas finxisse poëma
Pieridas, hujus si melos audieris.

Morum mansuetudine fuit etiam hospitibus et civibus jucundus, unde Epigr. lib. III. Leonides canit;

Ἥπιος ἦν ξείνοισιν ἀνὴρ ὅδε, καὶ φίλος ἀστοῖς,
Πίνδαρος, εὐφώνων Πιερίδων πρόπολος.

Quod sic verto:

Civium amans, blandus peregrinis, dulcisonantum
Præsul Pieridum Pindarus hicce fuit.

Quamquam autem ejus laudi detrahere videtur, quòd a muliere fuerit superatus carmine, veritas tamen probrum hujusmodi tollit. Nam, ut testatur Ælianus, lib. XIII. c. 25. Pindarus poëta Thebis, in contentione imperitis auditoribus usus, quinquies a Corinnâ superatus est. Redarguens verò ruditatem ipsorum, Pindarus suem vocavit Corinnam. Quare meritum accepit a Quinctiliano encomium, lib. X. c. 1. *Novem Lyricorum longè princeps est Pindarus; spiritûs magnificentiâ; sententiis; figuris; beatissimâ rerum verborumque copiâ; et velut quodam eloquentiæ flumine; propter quæ Horatius eum meritò credidit nemini imitabilem.* Ob has virtutes in universâ Græciâ honestissimo loco fuit habitus. Apud suos cives solus Pindarus ad sacra Apollinis est admissus, imò partem oblationum Apollinis meruit, et sæpè ad sacram ejus cœnam vocatus est. Apud Athenienses gratiam obtinuit ob hunc versum: Λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι Ἑλλάδος ἔρεισμα κλειναὶ Ἀθῆναι. ob quem, cùm a patriâ M drachmis fuisset mulctatus, (tunc enim hostiles erant hæ urbes, Athenæ scilicet et Thebæ,) hujus certiores facti Athenienses, ipsi, eâ pecuniâ missâ, Pindarum liberârunt. Nec dubium est quin ab Hierone fuerit habitus in pretio; siquidem illum laudibus prosequitur, et ab eo accepta beneficia commemorat. Nec vivo tantùm, sed etiam mortuo, suus fuit honos. Nam cùm Lacedæmonii Thebas cum totâ Bœotiâ vastarent, Pindari solis ædibus pepercerunt.

Nam cùm earum foribus adscriptum extaret hoc carmen,

Πινδάρου τοῦ μουσοποιοῦ τὰν στέγαν μὴ καίετε,

hoc admoniti Lacedæmonii, ab incendio abstinuerunt. Idem ab Alexandro Magno factum fuisse ferunt, qui, captis Thebis, solam Pindari domum consistere passus est. Ælian. Var. Hist. lib. XIII. c. 7. Natus est Olympiade LXV. eratque quadragenarius cùm Xerxes Græciam vastaret, teste Suidâ. Vixit, ut quidam volunt, annos LXVI. vel, ut alii, LV. vel, ut habent Græca carmina, LXXX. Obiit Olympiade LXXXVI. [anno ante Christum circiter CCCCXXXV^to.] Utque refert Suidas, contigit ipsi, ut pro votis vitâ defungeretur. Nam precatus erat ut quod esset in vitâ optimum consequeretur. Quare in theatro, in Theoxeni, sibi amici, genua reclinatus, animam efflavit. Quâ de re vide etiam Valerium Maximum, lib. IX. 12.

Scriptorum Pindari catalogus extat apud Suidam, numero XVII. Olympionicæ, Pythionicæ, Nemeonicæ, Isthmionicæ; Prosodia, Parthenia, Enthronismi, Bacchica, Daphnophorica, Pæanes, Hymni, Dithyrambi, Scolia, Encomia, Threni, Dramata tragica, Epigrammata heroica: præterea multa alia. Ex his omnibus reliqui sunt quatuor primi, quos *περίοδον* Græci vocant. Denominationis autem ratio hæc est, quòd certamina complectatur, quæ certis temporibus redibant. Victores in sacris hisce certaminibus encomiis exornat Pindarus; ac primo quidem libro Olympionicas. Unde primùm de Olympiis dicendum.

BENEDICT.

ΟΛΥΜΠΙΑ.

DE OLYMPICIS LUDIS.

Olympici Ludi, in Græciâ celeberrimi, ab Olympiâ Elidis urbe nomen habent; Olympia a vicino monte Olympo; quæ et Pisa, Stephano auctore, appellatur. Vel sic dicti sunt, quod in Jovis Olympii honorem ab Hercule instituti fuissent. Hi ludi celebrabantur in Olympiâ, quinto quoque anno, unde Ὀλυμπιὰς pro *lustro*, seu *quinquennio* usurpatur. Scholia Græca, et ipse Pindarus Ol. II. referunt institutionem hanc ludorum Olympicorum ad Herculem. Item Od. x. ejusdem libri. Item Strabo, lib. viii. Hercules, ob negatam sibi mercedem ab Augeâ Eleorum rege, collectâ vicinorum manu, Elidem invasit, Augeam occidit, et commilitonibus gratitudinis ergo ludos publicos aperuit, ex spoliis præmia proponens. Ita autem instituit, ut plenâ Lunâ peragerentur. Initium erat undecimo die mensis; ac per dies quatuor certamina erant in omni genere artium, præsertim in Cursu, Luctâ, Saltu, Disco, Quinquertio. Conveniebat ad ea spectacula universa Græcia. Die mensis decimo sexto victoribus præmia decernebantur per Hellanodicas. Erant autem ex oleastri ramis. Plinius, lib. xxxiv. cap. 4. Qui semel vicisset, inquit, ei erigebatur statua: qui vero ter, ei erigebant statuas, expressis etiam ipsorum membris, quas Iconas vocabant.

Benedict.

ΟΛΥΜΠΙΑ.

Εἶδος α΄.*

ἹΕΡΩΝΙ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΩ,

Κέλητι.

ARGUMENTUM.

Omnium certaminum primarium ac princeps est Olympicum, in quo victoriam celete retulit Hiero, carmine celebrandus, 1—37. Sequitur digressio de Pelope, qui Pisam olim et Olympiam occupavit, et intra Altin pro heroë colitur—159. Redit poëta ad laudes victoris, et facit bona vota—ad f.

---

* ΟΛΥΜΠΙΑ εἶδος α΄. εἴδη Pindari sunt qui dicta putent tanquam *diversa odarum genera.* Sic etiam Εἰδύλλια Theocriti, diminutiva forma, (ut ἐπύλλιον ab ἔπος) quòd *varia sint poëmatiorum genera.* *Lex.* Hen. Steph.

Στροφὴ ά. Κώλων ιζ'.

Ἄριστον μὲν ὕδωρ· ὁ δὲ
Χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ
Ἅτε διαπρέπει νυ-
κτὶ μεγάνορος ἔξοχα πλούτου·
Εἰ δ' ἄεθλα γαρύεν
Ἔλδεαι, φίλον ἦτορ,
Μηκέθ' ἁλίου σκόπει
Ἄλλο θαλπνότερον
Ἐν ἁμέρᾳ φαεινὸν ἄστρον
Ἐρήμας δι' αἰθέρος·
Μήδ' Ὀλυμπίας ἀγῶνα
Φέρτερον αὐδάσομεν·

NOTÆ HEYNIANÆ; Interpositis Quibusdam BENEDICTINIS.

Hiero Dinomenis f. equo celete victor Ol. lxxiii. a vetere Grammatico traditur; perperam, quantum quidem ex multis rationibus intelligi potest. Syracusanus certe adscribi non potuit ante Ol. lxxiv. 1. quâ Gelon frater Syracusas occupavit, Gelæ dominatione Hieroni relictâ. Videtur adeo Ol. lxxv. victoria hæc Olympiaca reportata esse. cf. Pyth. I. II. III. Diodor. XI. 38, 48, 49. (et ad e. l. Wessel.) 67, 68. Pausan. VI. 12. p. 479, et 480. Anthol. Steph. p. 506. et Anal. Brunck. tom. iii. p. 174. CXVIII.

1—12. *Inter certamina Olympiacum eminet, ut inter elementa principatum tenet aqua, inter metalla aurum, inter astra sol.* Hæc esset vulgaris oratio: quam, ut poëta lyricus, invertit. ἄριστον: inf. Ol. III. 75. ἀριστεύει, *principatum tenet*, sc. κατὰ τῶν στοιχείων. quippe ex aquâ crassiore prodiit terra, ex aquâ tenuatâ aër, ex hoc ignis. Petitum apparet ex antiqui poëtæ cosmogonia, ad sensus pinguius res exponentis. Omnino hic modus comparandi Pindaricus est animadversione dignus: videtur eum affectare Theocrit. XVII. 9.

4. Jungenda: *ὁ δὲ χρυσὸς διαπρέπει (κατὰ) πλούτου, ἅτε πῦρ αἰθόμ. διαπρέπει νυκτί.*

5. Pro vulgari: *κατὰ δὲ τῶν ἄθλων.* nullum certamen est insignius Olympiaco, ut nullum sidus sole clarius.

9. *ἐρήμας δι' αἰθέρος. per vacuum æthera* Horat. interdiu, vacante cælo ceteris astris.

12. *μηδ' αὐδάσομεν.* post *σκόπει* debebat sequi *μηδ' αὔδα.*

PARAPHRASIS BENEDICTINA.

Strophe I. 1—17.

Quemadmodum aqua elementorum est præstantissimum; cæteraque metalla fulgore superat aurum, quod flammæ noctu lucentis instar coruscat inter divitias, quæ superbum reddunt hominis animum; utque nullum est sole fervidius in cælo sidus, quod per vacuum aërem interdiu lucens contempleris; sic, anime mi, qui certamina decantare cupis, nullum ex quatuor sacris illis certaminibus tibi videri possit præstantius Olympico, quod

Ὅθεν ὁ πολύφατος
Ὕμνος ἀμφιβάλλεται
Σοφῶν μητίεσσι, κελαδεῖν
Κρόνου παῖδ'· ἐς ἀφνεὰν ἱκόμενοι [16. ἱκόμενος. Ed. Ben.]
Μάκαιραν Ἱέρωνος ἑστίαν·

Ἀντιστροφὴ α'. Κ. ιζ.

Θεμιστεῖον ὃς ἀμφέπει
Σκᾶπτον ἐν πολυμάλῳ
Σικελίᾳ, δρέπων μὲν
Κορυφὰς ἀρετᾶν ἄπο πασᾶν·

13. ὅθεν ab Olympico certamine. Ὕμνος ut persona: etiam inf. Ol. III. 18. Πίσα, τᾶς ἄπο θεόμοροι νίσοντ' ἐπ' ἀνθρώπους ἀοιδαί. et IX. 30. X. 118. De sequentibus nondum vidi meliora. Si vel maxime expeditam habes unam vel alteram vocem, non tamen concinunt reliqua. Ita, si ἀμφιβάλλεται Hymnus Jovem, sit, *amplectitur*: molesta sunt quae adjiciuntur: σοφῶν μητίεσσι κελαδεῖν. *amplectitur Jovem ut eum canat per carmina poëtarum.* Hæc quis animo æquo ferat! Si saltem absolute dictum esset: ἀμφιβάλλεται Κρόνου παῖδα! ita conveniret cum eo, quod Heinrichs noster comparabat Ol. X. 118. κλυτὸν ἔθνος Λοκρῶν ἀμφέπετον. Latet nos usus loquendi vocis ἀμφιβάλλεσθαι. Sententia postulat notionem *accedendi, procedendi:* Hymnus *procedit* Olympiâ, ἐπέρχεται, παραγίνεται, *ut celebret Jovem* μητίεσσι σοφῶν h. e. διὰ μήτιας, *poëtarum curis*, (v. c. Nem. III. 15.) *per carmina poëtarum:* ita quoque in varietate lectionis ἱκόμενοι, (quod ut nunc est, retrahendum est ad αἰδέσομαι) latere videri potest ἱκόμενος sc. *ipse Hymnus.* Quo quidem modo omnia essent expedita et Pindaro digna: Ὅθεν ὁ πολύφατος Ὕμνος ἀμφιβάλλεται, (h. e. προσέρχεται) σοφῶν μητίεσσι κελαδεῖν Κρόνου παῖδ', ἐς ἀφνεὰν ἱκόμενος μάκαιραν Ἱέρωνος ἑστίαν. Pro κελαδεῖν Pindaricum esse debuit κελαδέν.

18. ὃς ἀμφέπει—. Inf. Ol. VI. 158. Sicilia—τὰν Ἱέρων καθαρῷ σκάπτῳ διέπων—

20. δρέπων pro ἀποδρεπόμενος. Monet Eustath. p. 694, 41. Debebat sequi ἀγλαϊζόμενος δέ, h. e. λαμπρυνόμενος. κοσμούμενος.

[δρέπων. Poëticè pro ἀπανθιζόμενος τῶν ἀρετῶν τὰς κορυφαίας. Hîc intelligit τὸ τέλειον virtutum, Fortitudinis, Justitiæ, Temperantiæ, aliarumque. Est et Hyperbole (neque enim quisquam omnibus virtutibus præditus esse possit), sed eam mitigat vocabulo δρέπων, q. d. *carptim ex singulis virtutibus aliquid insignius sequitur.* Et κορυφὰς metaphoricè usurpat; innuens virtutum insignia specimina. δρέπειν etiam est translatum ab iis qui plantarum summitates decerpunt. Has laudes confirmat Æliani testimonium, qui ait Hieronem "Græcorum fuisse perstudiosum, et plurimi doctrinam fecisse. Item ad largienda beneficia propensissimum fuisse, multòque promptiorem in dandis, quàm petentes in accipiendis." Erat autem laudabili animi magnitudine præditus. Et summo candore, sine suspicione, aut inquisitione ullâ, fratribus tribus convixit; mirumque in modum tum ipsos amavit, tum ab ipsis est redamatus. Ben.]

nunc carmine celebres. Unde celeberrimus hymnus a doctis viris contexitur, ut Jovem Saturni filium canant, quum veniunt opulentam et beatam Hieronis domum:

Antistrophe I. 18—34.

Qui justis sub legibus pecorosæ Siciliæ regnum administrat, virtutes omnes præstabiles perfectè exercens, veluti Fortitudinem, Justitiam,

Ἀγλαΐζεται δὲ καὶ
Μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ,
Οἷα παίζομεν φίλαν
Ἄνδρες ἀμφὶ θαμὰ
Τράπεζαν. ἀλλὰ Δωρίαν ἀ-
πὸ φόρμιγγα πασσάλου
Λάμβαν'· εἴ τι τοι Πίσας τε
Καὶ Φερενίκου χάρις
Νόον ὑπὸ γλυκυτά-
ταις ἔθηκε φροντίσιν·
Ὅτε παρ' Ἀλφεῷ σύτο, δέμας
Ἀκέντητον ἐν δρόμοισι παρέχων,
Κράτει δὲ προσέμιξε δεσπόταν

Ἐπῳδὸς α'. Κ. ιγ'.

Συρακόσιον, ἱπποχάρμαν
Βασιλῆα. λάμπει
Δέ οἱ κλέος παρ' εὐάνορι Λυδοῦ

24. *οἷα, ὡς.* Apollon. Rh. I. 458. accumbebant heroës, *μετέπειτα δ' ἀμοιβαδὶς ἀλλήλοισι μυθεῦνθ', οἷάτε πολλὰ νέοι παρὰ δαιτὶ καὶ οἴνῳ τερπνῶς ἑψιόωνται*—

26. *Δωρίαν φόρμιγγα. Δωρικῇ ἁρμονίᾳ ἡρμοσμένην·* quod Ol. III. 9. *Δωρίῳ φωνὰν προσαρμόξαι πεδίλῳ.*

28. *Si decus e victoriâ — adegit te,* o anime mi, *ad canendum,* impellit te. *φροντίσι, cura,* studium poëtæ, quod idem *μῆτις. μέριμνα.*

[30. *νόον,* &c. Oratione prosâ, *ὑπέθηκε νόῳ γλυκυτάτην εὐπορίαν λόγων,* rectè diceres. Ben.]

33. Homer. Il. Ψ. 387. *ἄνευ κέντροιο θέουσαι.*

34. *κράτει δὲ προσέμιξε. νίκῃ ἥρμοσε. προσῆγε. ἐπέλασε.* Pindarica ratio loquendi ex Homero ducta. Notat quoque Eustath. p. 383.

36. *λάμπει—gloria ipsi parta est Olympiæ ex victoriâ.*

Temperantiam. Præter quas, etiam Artis Musicæ peritiâ decoratur, ita ut nôrit citharâ ludere, sicuti nos convivantes circa jucundam mensam frequenter ludimus. Sed Doricam accipe citharam clavo appensam, et cane Pisam, atque Pherenicum, Hieronis equum, si locus certaminis nobilitate, si equus eximius partâ victoriâ, Musam excitavit, et materiam encomii tuæ cogitationi gratam suggessit, quum nuper, nullo calcari concitus, corporis nervos omnes cursu contendebat, et victoriam peperit Domino suo,

Epod. I. 35—47.

Syracusarum regi, quem equorum studium, et equestre certamen de-

Πέλοπος ἀποικίᾳ· τοῦ μεγασθενὴς
Ἐράσσατο γαιάοχος Ποσειδᾶν,
Ἐπεί νιν καθαροῦ λέβητος ἔξελε
Κλωθὼ, ἐλέφαντι φαίδιμον
Ὦμον κεκαδμένον.
Ἦ θαύματα πολλά.
Καί πού τι καὶ βροτῶν φρένας
Ὑπὲρ τὸν ἀληθῆ λόγον
Δεδαιδαλμένοι ψεύδεσι ποικίλοις
Ἐξαπατῶντι μῦθοι·

Σ. β΄. Κ. ιζ΄.

Χάρις δ᾽, ἅπερ ἅπαντα τεύ-
χει τὰ μείλιχα θνατοῖς,

40, 1, 2. Quando Parca eum e *nitente* lebete extraxit, ἔξελεν, *κεκαδμένον* (*κατὰ τὸν*) *ὦμον φαίδιμον ἐλέφαντι*, pro *καὶ ἔκασεν*, *ἐκόσμησεν αὐτὸν* *apposito humero ex ebore*. Fabulam puta ita instructam fuisse: Jupiter, fraude animadversâ, Parcam jubet frusta carnium iterum in lebetem conjecta coquere, ut nova pueri forma prodeat: cui cum deesset humerus a Cerere consumtus, apponendus erat humerus eburnus. Inventum petitum ex vulgari loquendi modo, quo juvenes *pulcris humeris* celebrati, comparari solitis cum *ebore*; *acceptum* autem *a diis* dicebatur, quicquid *insigne* esset. Summam antiquitatem redolet fabula: similis Medeæ commento recoquendi Peliæ ap. Ovid. Met. Carnes autem humanas ad explorandum numen appositas habemus quoque in fabulâ Lycaonis.—Pueri sic restituti amore capitùr Neptunus. Fabulam suo more exponit Lycophr. 152 sq.

42—52. Sanè multa mirabilia l. fiunt l. narrantur: delectant ea animos, etsi fabulosa, a poëtis suaviter narrata.

43. Eadem sententia Nem. VII. 33. *σοφία δὲ κλέπτει παράγοισα μύθοις*. cf. Pyth. X. 76, 7, 8.

[45. *ὑπὲρ τὸν*, &c. Huic sententiæ respondet illa Menandri, Τὸ *πιθανὸν ἰσχὺν τῆς ἀληθείας ἔχει ἐνίοτε μείζω, καὶ πιθανωτέραν ὄχλῳ*, *Probabilis oratio vim veritate habet aliquando majorem, et persuadendo vulgo aptiorem*. Ben.]

48. *Χάρις δ᾽* (pro *γάρ*.) nunc generali

lectat. Cujus nunc gloria splendet in Elide, quò deduxit è Lydiâ fortibus viris insignem coloniam Pelops, quem amavit Neptunus terram continens, postquam Deorum commiseratione, is, quem pater cæsum epulis apposuerat, in lebetem est conjectus, recoctumque vitæ restituit Clotho, et cui pro humero, ab imprudente Cerere absorpto, repositus est eburneus præclarus. Multa sanè miranda scribuntur et dicuntur, ea tamen fabulosa. Quæ, quanquam falsa sunt, scitè tamen mendaciorum fucis oblita, mentem magis decipiunt, quàm veri sermones afficiunt.

Strophe II. 48—64.

Sed hoc gratia poëtices efficit, quæ tam artificiosè fabulas contexit, ut

Ἐπιφέροισα τιμὰν,
Καὶ ἄπιστον ἐμήσατο πιστὸν
Ἔμμεναι τὸ πολλάκις.
Ἁμέραι δ' ἐπίλοιποι
Μάρτυρες σοφώτατοι.
Ἔστι δ' ἀνδρὶ φάμεν
Ἐοικὸς ἀμφὶ δαιμόνων κα-
λά· μείων γὰρ αἰτία.
Υἱὲ Ταντάλου, σὲ δ', ἀντί-
α προτέρων, φθέγξομαι,
Ὁπότ' ἐκάλεσε πα-
τὴρ ἐς εὐνομώτατον
Ἔρανον, φίλαν τε Σίπυλον,

notione ut inf. Ol. XIV. *χάριτος*: ubi v. 7. *Σὺν γὰρ ὑμῖν τὰ τερπνὰ καὶ γλυκέα Γίνεται πάντα βροτοῖς.* Est adeo venustas, quæ placet, et gratiam adspergit ac Veneres afflat rebus ut ese placeant. Aliis locis de poësi, inprimisque lyricâ, adhibetur vox a Pindaro. Convenit sententia cum illâ vulgari: *μόνον τὸ καλὸν φίλον*. Theogn. 17.

51. *ἐμήσατο* pro præsenti, *μηχανᾶται*, *efficere solet*, *ἐπιφέρουσα τιμὰν* (nam hæc jungenda) *afferendo honorem*, decus, vim ut placeat.

[*52.* *ἔμμεναι*. Hîc sume pro *δοκεῖν*, vel pro *νομισθῆναι*. BEN.]

53, *54.* Inf. Ol. X. 66. *ἅτ' ἐξελέγχων μόνος Ἀλάθειαν ἐτήτυμον Χρόνος*. Ita et h. l. *ἐλέγχει ὁ χρόνος, μαρτύρεται. μάρτυς ἐστί. καταμηνύει.* arguit commenta etiam poëticis ornamentis blandientia. Respicit locum Xenoph. H. Gr. III. 3. 2. *συμμαρτυρεῖ ταῦτ' αὐτῷ καὶ ὁ ἀληθέστατος λεγόμενος χρόνος εἶναι.*

55. *μείων αἰτία*, *ὀλίγη*, pro *οὐδεμία*. *ita in nullam reprehensionem incidit.* Ita Py. I. 159. *μείων ἕπεται μῶμος*. et Py. XI. 45. *οἱ μείονα φθόνον*.

57. *Possumus vel sic errare in fabulis exponendis: minore tamen cum culpâ, et reprehensionis periculo, bona saltem fingendo, non prava.* Referenda hæc ad religiosam Pindari mentem, cujus plura argumenta videbimus. Porro habemus hic exemplum mythi alio modo, quam traditus erat, narrati, consilio pietatis.

58. *ὦ υἱὲ Ταντάλου, φθέγξομαι*, contra quam prisci poëtæ, *τὸν Ἀγλαοτρίαιναν ἁρπάσαι σε τότε, ὁπότε—χρυσέαισί τ' ἀν' ἵπποις μεταβᾶσαι (μεταβιβάζειν σε) ποτὶ* etc.

[61. *εὐνομώτατον*. Hoc est *δικαιότατον*. Sic appellat Tantali convivium, ut innuat, nihil mali in eo fuisse commissum: quod fuisset, si filium Diis apposuisset. Item ut doceat æquissimum fuisse parem gratiam Diis referre eos mutuo convivio excipiendo. BEN.]

nihil sit tam insolens, quod non reddat suave, decus afferendo suis fictionibus: ita ut suâ solertiâ credibile sæpe efficiat quod fidem omnem superat. At cum tempore veritas emergit, et innotescit. Verùm in fabulis nihil est de Diis proferendum, quod eorum honori detrahat, (ut quum à Cerere devoratum Pelopis humerum finxerunt;) ne ullâ blasphemiæ culpâ teneamur. Fili Tantali Pelops, aliter et contrà quàm priores historici et poëtæ, hanc historiam narrabo. Dicam enim, cùm pater tuus legitimas epulas vicissim

Ἀμοιβαῖα θεοῖσι δεῖπνα παρέχων,
Τότ' Ἀγλαοτρίαιναν ἁρπάσαι,

A. β'. K. ιζ'.

Δαμέντα φρένας ἱμέρῳ,
Χρυσέαισί τ' ἀν' ἵπποις
Ὕπατον εὐρυτίμου
Ποτὶ δῶμα Διὸς μεταβᾶσαι·
Ἔνθα δευτέρῳ χρόνῳ
Ἦλθε καὶ Γανυμήδης
Ζηνὶ τωὔτ' ἐπὶ χρέος.
Ὡς δ' ἄφαντος ἔπε-
λες, οὐδὲ ματρὶ πολλὰ μαιό-
μενοι φῶτες ἄγαγον·
Ἔννεπε κρυφᾶ τις αὐτί-
κα φθονερῶν γειτόνων,
Ὕδατος ὅτι τε πυ-
ρὶ ζέοισαν ἀμφ' ἀκμὰν
Μαχαίρᾳ τάμον κατὰ μέλη,
Τραπέζαισί τ' ἀμφὶ δεύτατα κρεῶν
Σέθεν διεδάσαντο, καὶ φάγον.

[65. δαμέντα, &c. Quia profitetur *honesta* de Diis dicere Pindarus, hic amor de *honesto* est intelligendus. Ben.]

69. δευτέρῳ χρόνῳ pro ἄλλῳ. et

71. *eádem de caussâ*.

77. ὅτι τε—τραπέζαισι τε.

80. ἀμφὶ ἀκμὰν ὕδατος ζέοισαν πυρὶ dictum pro ὕδατος ζέοντος πυρὶ, et hoc pro εἰς ὕδωρ ζέον. Est enim ἀκμὴ τῆς ἀναζέσεως τοῦ ὕδατος.

præberet Diis apud Sipylum suam, te a Neptuno, ob tridentem insigni, fuisse raptum,

Antistrophe II. 65—81.

Illo amore tui accenso, et in aureis equis sublatum in cælum, ut ipsi Nectar et Ambrosiam ministrares, quemadmodum Jovi Ganymedes, qui eundem in usum ante tua tempora raptus est. Quare cùm non amplius apud homines conspicereris, et te quæsitum missi a matre viri non invenissent, neque reduxissent, ilico, sumptâ hinc occasione calumniandi, clam dixit aliquis ex vicinis invidis, te ad ignem in lebete elixatum, dissectisque cultro membratim carnium extremitatibus, ac mensæ appositis, distributum et esum a Diis ad convivium vocatis.

E. β'. K. ιγ'.

Ἐμοὶ δ' ἄπορα, γαστρίμαργον
Μακάρων τιν' εἰπεῖν.
Ἀφίσταμαι. ἀκέρδεια λέλογχεν
Θαμινὰ κακαγόρως. Εἰ δὲ δή τιν' ἄν-
δρα θνατὸν Ὀλύμπου σκοποὶ ἐτίμα-
σαν, ἦν Τάνταλος οὗτος. ἀλλὰ γὰρ κατα-
πέψαι μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυ-
νάσθη· κόρῳ δ' ἕλεν
Ἄταν ὑπέροπλον,
Τάν οἱ πατὴρ ὑπερκρέμα-
σε, καρτερὸν αὐτῷ λίθον,
Τὸν αἰεὶ μενοινῶν κεφαλᾶς βαλεῖν,
Εὐφροσύνας ἀλᾶται.

82. Similia loca Ol. IX. 54. Py. II. 96. Nem. VII. 94.

84. *ἀκέρδεια, βλάβη*, ut Ne. V. 30. *λέλογχε τοὺς κακηγόρους*, pro sollenni *ἔλαχε*, (h. e. *κατέλαβε* v. *ἔλαβε*) quod inf. Py. II. 50, 51. Verum et Theocr. IV. 40. *σκληρὸς δαίμων— ὅς με λελόγχει*, et VII. 103.

88. *οὐκ ἐδύνατο καταπέψαι μέγαν ὄλβον perferre æquo animo felicitatem*. quod Py. II. 48. *μακρὸν γ' οὐχ ὑπέμεινεν ὄλβον* de Ixione. *πέψαι* proprie *iram reprimere*. Exempla congessit doctiss. Schneider, p. 110. Vitæ Pind.

89—94. Nondum vidi, quod satisfaceret, post Additamenta. Non enim satis est exsculpsisse aliquid, quod non prorsus absurdum sit. Pindarica quærimus. Videamus quo lectio vulgata ducat. Tantalus *ἔλεν* (*ἔλαβεν*, ut Py. II. 54.) *ἄταν ὑπέροπλον κόρῳ, διὰ κόρου, δι' ὕβρεως arcessivit sibi malum ingens: τόνον* v. 98: *τὰν* (*καὶ ἣν*) *πατὴρ ὑπερκρέμασε λίθον καρτερὸν οἱ αὐτῷ*. hic jejuna sunt *οἱ αὐτῷ*. quorsum enim *ei ipsi?* non alii? inprimis cum disjuncta sint; sive *καρτερὸν αὐτῷ, gravem ipsi*, malis; et jejunum *τάν*. In Aug. gl. *δι' ἥν*. non magis commodum, propter quod malum. Nam *ἄτη* nunc non est culpa, sed *ἑλεῖν ἄταν*, ut *ἑλεῖν μόχθον* Py. II. 54. *Τοῦτον τὸν λίθον μενοινῶν ἀεὶ βαλεῖν κεφαλᾶς removere a capite cupiens*, ne in se irruat saxum

Epod. II. 82—94.

Quia verò absurdum est helluonem appellare Deorum aliquem, in hanc non venio sententiam: sed honesta de Diis loquor, ut culpâ vacem: ac ne maledicentiâ damnum capiam. Nam Diis maledixisse sæpe nocet. Quòd siquem hominem Dii honore cumulaverunt, fuit hic Tantalus. Sed hâc felicitate uti nescivit, fastuque animum extulit; propter quem, in pœnæ irrogationem, Jupiter scelerum ultor ipsius capiti saxum ingens superappendit, quod cùm demovere cupiat, nec tamen possit, mœrore et solicitudine semper angitur.

Σ. γ. Κ. ιζ.

Ἔχει δ' ἀπάλαμον βίον
Τοῦτον, ἐμπεδόμοχθον,
Μετὰ τριῶν τέταρτον,
Πόνον, ἀθανάτων ὅτι κλέψας
Ἁλίκεσσι συμπόταις
Νέκταρ ἀμβροσίαν τε
Δῶκεν, οἷσιν ἄφθιτον
Θέσσαν. εἰ δὲ θεὸν
Ἀνήρ τις ἔλπεταί τι λασέ-
μεν ἔρδων, ἁμαρτάνει.
Τοὔνεκα προῆκαν υἱὸν
Ἀθάνατοί οἱ πάλιν
Μετὰ τὸ ταχύποτμον
Αὖθις ἀνέρων ἔθνος.
Πρὸς εὐάνθεμον δ' ὅτε φυὰν

desuper suspensum, *εὐφροσύνας ἀλᾶται, privatur animi tranquillitate*, in anxietate versatur. Hic illa *βαλεῖν κεφαλᾶς* nullo modo feliciter expedias. Qua propter locum corruptum esse censeo; nec emendationis fundus idoneus suppetit: cum fabula variis modis tractata et ornata fuerit, nec constet, quid Pindarus maxime sequutus sit. *Τὸν ὑπὲρ κεφαλᾶς γε Ταντάλου λίθον* dixit Ist. VIII. 20, 21.—Eurip. Or. 6. *κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον, Ἀέρι ποτᾶται.* v. ibid. 980 sqq. Unde inter argumenta mythica ap. Agath. p. 6. Tantalus *ἐν ἀέρι φερόμενος*. cf. ad Antonin. lib. 36—49. Eurip. Tro. 635. *ψυχὴν ἀλᾶται τῆς πάρος εὐπραξίας.*

101. *οἷσιν, δι' ὧν*, per quæ dii Tantalum immortalem reddiderant.

109. *ὅτε ἐν ἀκμῇ ἡλικίας.—ἐγένετο.*

STROPHE III. 95—111.

Quia etiam Nectar, Ambrosiamque, quibus Dii fovent immortalitatem, furatus est, ut eam coæqualibus daret compotoribus: non solùm ipsi impositum est ut vitam ærumnosam et laboriosam vivat, quum præter illas tres pœnas, esuriendi, sitiendi, standi, quarta adhibita est, scilicet saxum capiti imminens: sed etiam filius ipsius Pelops, qui Jovis in domo immortalitatem degustaverat, ad mortales homines, mortem suo tempore obiturus, est relegatus. Unde apparuit quàm sit hallucinatus, quum se furtum illud Diis insciis commissurum putavit: siquidem illis omnia videntibus fuit conspicuum, et postea vindicatum. Postea verò demissus ad mortales Pelops, cum ætatem florentem et maturam attigisset, ejusque mentum

Λάχναι νιν μέλαν γένειον ἔρεφον,
Ἑτοῖμον ἀνεφρόντισεν γάμον

A. γ'. K. ιζ'.

Πισάτα παρὰ πατρὸς εὔ-
δοξον Ἱπποδάμειαν
Σχεθέμεν. ἄγχι δ᾽ ἐλθὼν
Πολιᾶς ἁλὸς οἶος ἐν ὄρφνᾳ,
Ἄπυεν βαρύκτυπον
Εὐτρίαιναν· ὁ δ᾽ αὐτῷ
Πὰρ ποσὶ σχεδὸν φάνη.
Τῷ μὲν εἶπε· φίλι-
α δῶρα Κυπρίας, ἄγ᾽, εἴ τι,
Ποσείδαον, ἐς χάριν

111. Scilicet ab Œnomao Pisatidis rege propositæ erant filiæ Hippodamiæ nuptiæ volentibus ambire certamine curuli. Re itaque auditâ accessit Pelops, Neptunumque, a quo amatus fuerat, ut sibi in certamine adesset, invocavit. ἀνεφρόντισεν pro simplici ἐφρόντισεν, σχεθέμεν (ἔχειν, λαβεῖν Hippodamiam) γάμον, uxorem, γαμετήν. Ad fabulam v. inprimis Schol. Lycophr. 156.

[115. πολιᾶς &c. Hæc verba tres notatu dignas circumstantias continent, loci, personæ, temporis. Loci, quum ad mare venit, qui locis aliis videtur aptior, siquidem Dei marini opem implorabat. Personæ, quum neminem secum ducit, quia preces fusuro necessaria est solitudo; quod ii potissimum experiuntur qui verum Deum nôrunt. Temporis, quum noctem eligit potius quàm diem; tum quia nocte silent et quiescunt omnia; tum quia in tenebris nulla, velut interdiu, oculis objecta sese offerunt, quæ mentis attentionem, in oratione inprimis necessariam, avertant. Ben.]

121. εἰ δῶρα φίλια Κυπρίας, *gaudia* rapta, *Veneris munera*, (*præmia*. Æn. IV. 33. ad quem vid.) τίλλεται (τίλειταί σοι κατά) τι ἐς χάριν h. χαρίεντά ἐστι, *gratâ memoriâ habentur*; quod Virgilio est: *fuit aut tibi quicquam dulce meum*. Æn. IV. 317. εἶναι εἰς χάριν, ἐν χάριτι. πρὸς χάριν, pro χαρίεν εἶναι ut alia similia.

nigra barba tegeret, conjugium est meditatus, ei paratum qui Œnomaum vicisset,

ANTISTROPHE III. 112—128.

Statuitque Hippodamiam inclytam a patre ipsius Pisæ domino obtinere. Ideóque Neptuni opem imploravit. Solum autem ad mare noctu se contulit, Deumque illum, graviter instrepentem, et tridente insignem, inclamavit. Qui quidem ilico ferè ad pedes apparuit. Tum, eo viso, Pelops conceptis verbis preces fundit: " Age, Neptune, si tu Veneris es amator,

Τέλλεται, πέδασον ἔγχος
Οἰνομάου χάλκεον·
Ἐμὲ δ' ἐπὶ ταχυτά-
των πόρευσον ἁρμάτων
Ἐς Ἆλιν, κράτει δὲ πέλασον,
Ἐπεὶ τρεῖς γε καὶ δέκ' ἄνδρας ὀλέσαις
Ἐρῶντας, ἀναβάλλεται γάμον

E. γ'. K. ιγ'.

Θυγατρός. ὁ μέγας δὲ κίνδυ-
νος ἄναλκιν οὐ φῶ-
τα λαμβάνει. θανεῖν δ' οἷσιν ἀνάγκα,
Τί κέ τις ἀνώνυμον γῆρας ἐν σκότῳ
Καθήμενος ἕψοι μάταν, ἁπάντων
Καλῶν ἄμμορος; ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὑτοσὶ
Ἆθλός γ' ὑποκείσεται· τὺ δὲ
Πρᾶξιν φίλαν δίδοι.

122. πέδασον ἔγχος, hastam quam in procos cursu tardatos ipse insequutus immittebat. v. Pausan. VIII. 14. p. 629.

129. κίνδυνος h. l. *facinus audax, aleæ plenum*, *οὐ λαμβάνει, οὐ δέχεται, non admittit* hominem ignavum.

[131. θανεῖν &c. Hanc in sententiam Plato, τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας βίου μὴ μακροῦ, ἀλλὰ λαμπροῦ δεῖσθαι. et Sophocles in Ajace, ἢ καλῶς ζῆν, ἢ καλῶς τεθνηκέναι τὸν εὐγενῆ χρή. BEN.]

133. γῆρας ἕψοι μάταν. quod πέσσειν Py. IV. 331. Il. β. 237. pro καταναλίσκειν.

135. ὑποκείσεται. ego hoc certamen *subibo*. Dicitur quis ὑποστῆναι ἀγῶνα. Simili modo ἀγὼν ὑπόκειται, πρόκειται, ipsi.

et amatoribus, mihi præsertim Hippodamiam ambienti, faves, Œnomai æream hastam, quominus me vincat, impedi. Me autem curru velocissimo vectum in Elidis possessionem deducito, tuâque manu victoriæ admoveto. Nam profligatis jam tredecim viris, filiæ procis, nuptias ejus differt.

EPOD. III. 129—141.

Certe periculum magnum magno præditum animo virum postulat. Cùm autem semel, serius, ocyus, sit cuivis moriendum: quis generosus animus non malit res periculosas aggredi, in iisque ætate mediâ occumbere, quàm rerum eximiarum expertem vitam ad senium ingloriam prorogare, frustràque tædio se macerare? Quare hoc certamen pro gloriosis Hippodamiæ nuptiis fortiter subibo, licet aleâ refertum. Tu verò gratum eventum impertiri velis."

Ὣς ἔννεπεν· οὐδ' ἀ-
κράντοις ἐφάψατ' ὦν ἔπεσ-
σι. τὸν μὲν ἀγάλλων θεὸς
Ἔδωκεν δίφρον χρύσεον, ἐν πτεροῖ-
σίν τ' ἀκάμαντας ἵππους.

Σ. δ'. Κ. ιζ'.

Ἕλεν δ' Οἰνομάου βίαν
Παρθένον τε σύνευνον·
Τέκε δὲ λαγέτας ἓξ
Ἀρεταῖσι μεμαλότας υἱούς.
Νῦν δ' ἐν αἱμακουρίαις
Ἀγλααῖσι μέμικται,
Ἀλφεοῦ πόρῳ κλιθεὶς,
Τύμβον ἀμφίπολον
Ἔχων πολυξενωτάτῳ πα-

138. *οὐδ' ἀκράντοις ἐφάψατ' ὦν ἔπεσσι.* Est ab *ἅπτω, ἐφάπτω, injungo*, unde Homer. *Ἀχαιοῖς κήδε' ἐφῆπται. ἐφάπτεσθαι* est adeo *admovere se, accedere, aggredi.* Inf. Nem. VIII. 60. *κελεύθοις ἁπλόαις ζωᾶς ἐφαπτοίμαν, insistam, incedam.* Py. VIII. 86. *ἐφάψατο τέχναις συγγόνοισι μαντευμάτων, tractat paternam artem vaticinandi.* Si esset ab *ἅπτομαι, tango*, deberet esse *ἐπέων*.

141. *ἵππους ἐν* (pro *σὺν*) *πτεροῖς. πτερωτούς.* noto genere loquendi. v. Ist. V. 68.

145. Pelops genuit sex filios *Ἀρεταῖσι μεμαλότας.* Ita scribo, *Ἀρεταὶ* sunt tanquam Nymphæ nutrices; et ipsi sex Pelopidæ, *alumni Virtutum: μελήματα*, ut alio modo formosus juvenis *νέαισι παρθένοισι μέλημα*, Py. X. 92. *Μέμηλέ τι τινὶ, διὰ φροντίδος ἐστὶν*, ut ad Hom. Schol. ι. 876. β. 25. Alio apud eum modo aliquis *μέγα πτολέμοιο μεμηλὼς* dictus est. cf. Hesych. h. v. Nec tamen altera lectio damnanda: *ἀρεταῖσι μεμαότας, acres virtute. μεμαότας, ὡρμημένους, ἐν, σὺν ἀρετῇ.* Convenit Homericum: *μεμαότες ἐγχείῃσι, προθυμούμενοι σὺν δόρασι.* Il. β. 818.

146. Nunc Pelops sepultus ad Alpheum pro heroë colitur. *ἐμμέμικται, ἐντυγχάνει ἐναγίσμασιν*--inferiis impertitur, *κλιθεὶς* (*παρὰ*) *πόρῳ Ἀλφεοῦ.* Intra Altin *τὸ Πελόπιον τέμενος* maceriâ circumdatum. v. Pausan. V. 13 pr. cf. inf. X. 30. Non longe abest Ara Jovis cineritia: Ibid. V. 13. p. 409.

Sic precatus est, nec infectum fuit quod rogavit: sed Deus illum honore cumulaturus, dedit inauratum currum, et indefatigabiles equos temoni junxit.

STROPHE IV. 142—158.

Sic adjutus vicit Pelops Œnomaum, virginemque Hippodamiam duxit uxorem, ex eâque sex populorum duces virtutum studiosos filios suscepit. Nunc verò vitâ functus, et prope fluvium Alpheum sepultus, magnificis exequiis et parentationibus decoratur, tumulumque habet quem athletæ

ρὰ βωμῷ. τὸ δὲ κλέος
Τηλόθεν δέδορκε, τᾶν Ὀ-
λυμπιάδων ἐν δρόμοις,
Πέλοπος, ἵνα ταχυ-
τὰς ποδῶν ἐρίζεται,
Ἀκμαί τ' ἰσχύος θρασύπονοι.
Ὁ νικῶν δὲ, λοιπὸν ἀμφὶ βίοτον
Ἔχει μελιτόεσσαν εὐδίαν,

A. δ'. K. ιζ'.

Ἀέθλων γ' ἕνεκεν. τὸ δ' ἀ-
εὶ παράμερον ἐσλὸν,
Ὕπατον ἔρχεται παν-
τὶ βροτῷ. ἐμὲ δὲ στεφανῶσαι
Κεῖνον ἱππικῷ νόμῳ

151. τὸ κλέος Πέλοπος δέδορκε τηλόθεν, *lucet e longinquo, longe coruscat*, ἐν δρόμοις τᾶν Ὀλυμπιάδων sc. πανηγύρεων, *inter certamina Olympica*: quippe quæ in vicinis locis habentur: ut Ol. X. 29. ἀγῶνα ἐξαίρετον, ὃν ἀρχαίῳ σάματι πὰρ Πέλοπος βίη Ἡρακλέος ἐκτίσσατο. cf. Pausan. V. 13. Sic Nem. III. f. Τὶν ἀπὸ Μεγάρων δέδορκεν φάος, *coruscat virtus et laus tua*. et Nem. IX. 98. ubi Ἕκτορι κλέος ἀνθῆσαι Σκαμάνδρου χεύμασιν ἀγχοῦ dictum erat, tum apud Helorum fl. δέδορκεν παιδὶ τοῦτ' Ἀγησιδάμου φέγγος ἐν ἁλικίᾳ πρώτᾳ, *illuxit virtutis laus et honor*.

159. τὸ δὲ pro γὰρ—ὕπατον ἔρχεται, ἐστί. [τὸ δ' ἀεὶ παράμερον &c. Loquitur ex communi hominum sensu, qui cùm sint ἐφήμεροι, ἐφήμερα φρονοῦντες, et in diem vivant, præsentibus tantum afficiuntur, nec præteritorum bonorum meminisse solent, sed quod indies bonum malumve obvenit, solummodo considerant. BEN.]

162. Redit ad Hieronem. At mihi de præsenti victoriâ est agendum.

ambiunt, situm ad aram, in quâ frequentes hospites, qui lusum et spectatum venerunt, sacra faciunt. Unde eminus cernitur gloria, quam obtinent victores Olympicorum certaminum, qui in loco ubi adversus Œnomaum cucurrerat Pelops, certare solent, et pedum celeritate, et pancratio, in quo vigor roboris, qui audaces ad laborem reddit homines, totus adhibetur. Quicunque autem victoriam consequitur, reliquam vitam cum dulci animi tranquillitate exigit,

ANTISTROPHE IV. 159—175.

Quam creat, fovetque perpetua præmiorum recordatio. Fieri autem solet ut bonum illud quod nostris animis quotidie obversatur, homini cuivis mortali summum veniat. Ex iis autem qui hoc bonum sunt consecuti, oportet ut nunc Hieronem Æolico, varioque carmine, veluti coronamento, decorem, qui, rectè observatâ certaminis equestris lege, superavit. Eoque

Αἰοληΐδι μολπᾷ
Χρή. πέποιθα δὲ ξένον
Μή τιν' ἀμφότερα
Καλῶν τε ἴδριν ἄλλον, ἢ δύ-
ναμιν κυριώτερον,
Τῶν γε νῦν, κλυταῖσι δαιδα-
λωσέμεν ὕμνων πτυχαῖς.
Θεὸς, ἐπίτροπος ἐ-
ὼν, τεαῖσι μήδεται,
Ἔχων τοῦτο κῆδος, Ἱέρων,
Μερίμναισιν. εἰ δὲ μὴ ταχὺ λίποι,
Ἔτι γλυκυτέραν κεν ἔλπομαι

164. *Αἰοληΐδι μολπᾷ.* supra erat, Dorica: *Δωρίαν φόρμιγγα* v. 26. add. Py. II. 128. Nem. III. 137. Sunt ergo nomina synonyma. Sane prisci Æoles et Dores non admodum dissimiles inter se esse potuere, ut nec sermo nec modi cantus. Nisi pro *Thebano carmine* dixit; nam Æoles olim Thebas coluerunt. *νόμος ἱππικὸς*, carmen in certamen equestre: inf. *Καστόρειος* Isthm. I. 21. Py. II. 127.

165 sq. Satis novi, me non habiturum esse, inter eos qui nunc vivunt, alium hospitio junctum, quem celebrem tanquam præclaris studiis magis imbutum simulque opibus præcellentem. cf. Py. II. 108 sq. *καλῶν ἴδριν* supple *μᾶλλον ἴδριν.*

170. *ὕμνων πτυχὰς* ad ambitus stropharum videtur spectare. Nam *πτυχαὶ* sunt *περιβολαί.*

171. Numen ait secundare ejus studia laudum et gloriæ. Varia eorum, quæ sequuntur, fieri potest structura grammatica. Sequar hoc: Debes hoc divino alicui beneficio; *propitium est numen, favet, consiliis tuis, μήδεται.* Si *μήδεται τεαῖς μερίμναις* jungi potest, novo hoc more fit: nam *μήδεσθαί τι* vulgo dicitur, ut sæpe apud Homerum, v. c. Il. η. 478. Hesiod. Ἔργ. 49. et Ol. VI. 159. *ἄρτια μηδόμενος.* Apud sequiores est *μήδεσθαί τινος.* Potest tamen etiam jungi *θεὸς ἐπίτροπος ἐὼν τεαῖς μερίμναις, μήδεται (αὐτῶν). ἔχων τοῦτο κῆδος. κηδόμενος.* habens hanc curam, tanquam sibi propriam. Ad sensum pari modo Py. X. 18. *Ἄπολλον, —ὁ μὲν που τεοῖσι μήδεσι τοῦτ' ἔπραξε. tuâ curâ, ope.* cf. Ol. III. 68. VI. 137. Ominatur autem poëta ex hoc ipso victoriam illustriorem, scilicet quadrigarum.

174—179. Sententia est aperta; in votis habet, ut Hieroni aliquando victoria quoque curulis Olympiaca obtingat. Ad *λίποι* v. 174. substitue *ὁ θεός.* At Schol. substituunt modo *Μοῦσα*, modo *βίος.* Ad *λίποι* revoca *μηδόμενος.* Non habet *γλυκυτέραν* quo referas; etsi substituunt *νίκην*, et Pauw *μέριμναν.* Si junxeris *ἔτι γλυκυτέραν ὁδὸν λόγων*, dictum erit *κλεΐξειν* absolute sine nomine. Forte fuit *γλυκύτερον*, in quod et Gedik. V. C. inciderat. *Si deus porro adfuerit, spero fore, ut etiam dulcius canam.* Saltem in Schol. unus: *δυνήσομαί σοι καὶ αὖθις τεθρίππῳ νικήσαντι γλυκύτερον καὶ ἡδύτερον ὕμνον γράψαι.* Sane exemplum omissæ vocis *νίκης* esset Ol. VII. 150. *ἐστεφανώσατο, εὐτυχίαν ἄλλαν ἐπ' ἄλλᾳ*, h. *κατ' ἄ. νίκην. νίκη σὺν ἅρμασιν*, alias ἐν, esset ex usu poëtæ:

libentius id facio, quòd confido me nullum amicum, ex iis qui nunc sunt, utrumque horum habentem, honestarum rerum peritiam, et potentiæ præstantiam, celebri hymnorum artificio ornaturum. Deus, qui res tuas curat, hanc solicitudinem gerit, Hiero, ut quæ tibi sunt cordi facile consequaris. Quæ nisi citò defecerit, spero

E. δ'. K. ιγ'.

Σὺν ἅρματι θοῷ κλεΐξειν,
Ἐπίκουρον εὑρὼν
Ὁδὸν λόγων, παρ' εὐδείελον ἐλθὼν
Κρόνιον. ἐμοὶ μὲν ὦν Μοῖσα καρτερώ-
τατον βέλος ἀλκᾷ τρέφει. ἐπ' ἄλλοι-
σι δ' ἄλλοι μεγάλοι· τὸ δ' ἔσχατον κορυ-
φοῦται βασιλεῦσι. μηκέτι
Πάπταινε πόρσιον.
Εἴη σέ τε τοῦτον

ut Py. XI. 72. *consequuti decus victoriæ* σὺν ἵπποις. Nunc σὺν ἅρματι erit pro ἐπί. Nisi præstat jungere: εὑρὼν ὁδὸν λόγων ἐπίκουρον σὺν ἅρματι, *per victoriam quadrigarum nactus materiem opportunam carminum.* Nam λόγοι sunt *laudes, carmen,* ut sæpe. Possumus ὁδὸν λόγων simpliciter accipere pro laudibus ipsis, paraphrastice dictum, ut ἀλαθείας ὁδὸς Py. III. 184. sicque apud alios ἐπέων κέλευθος, οἶμος, pro ipsis ἔπεσι. Malim tamen *viam laudum, ad laudes.* Nem. VII. 75. factis præclaris Æacidarum ait sibi esse ὁδὸν κυρίαν λόγων οἴκοθεν, *viam laudum* (h. e. materiem) *propriam, peculiarem, ex ipsâ familiâ;* et ἱερὰν ὁδὸν, ut Nem. VI. 92. καὶ ταύταν μὲν παλαιότεροι ὁδὸν ἀμαξιτὸν εὗρον. Jam ὁδὸς ἐπίκουρος, *facilis, expedita,* proprie *iter adjuvans.* Inf. XIII. 137. ipse poëta est ἐπίκουρος, *laudator, patronus;* qui τιμάορος IX. 124. μάρτυς IV. 6. παρὰ Κρόνιον ἐλθών: tanquam ipse Olympiam adfuturus poëta. Mons Cronius Alti imminet: Pausan. VI. 20. cf. inf. V. 40.

179. *Equidem laudes tibi servo pulcherrimas.* Notum nunc phantasma lyricum, comparatione laudum et carminum cum sagittis quæ emittuntur a poëta. Feriunt scopum laudes justæ. Vide Ol. II. 149, 160. IX. 8. XIII. 133, sq. Nem. VI. 47. Ist. V. 59. Mox jungo καρτερώτατον ἀλκᾷ pro simplici καρτερὸν vel ἀλκῆεν. Magna autem est Græcorum libertas in hoc tropo. Etiam τοξεύειν pro *appetere,* votis et consiliis. Unde et Horat. *Quid brevi fortes jaculamur ævo multa!*

180. ἐπ' ἄλλοισι δ' ἄλλοι — Nova sententia. Hieronem ait consequutum esse summa quæque: neque esse quod votis expeti possit nisi hoc unum, ut habeat fortunam perpetuam et permanentem. Sententia fere eadem Py. III. 150—3.

184. εἴη σε πατεῖν ὑψοῦ τοῦτον τὸν χρόνον. πατεῖν ὑψοῦ, incedere, vivere, ἐν εὐδαιμονίᾳ, *in fortunâ altâ, conspicuâ.* τοῦτον τὸν χρόνον. Substituendum erit aliquid: διὰ, ἐπὶ, εἰς. Novissimis his versibus nondum satis confido. τοῦτον χρόνον, substituunt scholia ὃν ζῶμεν. At ex sententiarum nexu hoc non conficitur; esset potius (ἐς) χρόνον, *ad*

Epod. IV. 176—*ad fin.*

Me, profectum ad Cronium Olympiæ promontorium soli expositum, et ex victoriâ, quam celeri quadrijugo curru adeptus fueris, nactum laudis materiam, unde ad verborum copiam via sternitur, suavius carmen decantaturum. Itaque Musa robustissimum telum, magnam nimirum componendi carminis facultatem, alit mihi. Hominum autem alii aliis majorem dignitatis gradum obtinent: sed rex ad supremum est evectus, ita ut nemo sit ipso superior. Idcirco ne longius oculos circumferas ut dignitatem regiâ majorem invenias. In cujus sublimitate utinam reliquum vitæ tempus

Ὑψοῦ χρόνον πατεῖν, ἐμέ
Τε τοσσάδε νικαφόροις
Ὁμιλεῖν, πρόφαντον σοφίᾳ καθ᾽ Ἕλ-
λανας ἐόντα παντᾷ.

tempus illud, quo victoriam curulem consequuturus es. Hoc tamen parum placere potest. Expectes potius διὰ πάντα χρόνον, *per omnem vitam.* τοσσάδε grammatice non potest esse nisi vel τοιούτους, vel pro τοσοῦτο, ἐπὶ τοσοῦτο, *eousque, ad illud usque tempus.* Vide an præstet: ἐν τοιούτοις, *in hâc fortunâ constitutum,* et χρόνον, διὰ χρ. *diu.* τοσσάδε, *pariter diu.*

186. νικαφόροις ὁμιλεῖν h. l. dicitur poëta, qui victoribus carmine celebrandis adest.— Omnino vix est aliud carmen, in quo ad tot scopulos offendas, quam hoc primum Olympicum, si modo diligentis interpretis officio fungendum tibi esse putes, nec in eo acquiescas, si modo probabilem aliquam sententiam verbis affinxeris: id quod in poëtâ lyrico, in quo ingeniose multa comminisci facile est, haud multum studii desiderat.

exigas: ego verò quamdiu vivam, cum tantis victoribus, qualis tu es, converser, et canendi peritiâ ubique apud Græcos sim conspicuus.

ΟΛΥΜΠΙΑ.

Εἶδος β′.

ΘΗΡΩΝΙ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝῼ,

Ἅρματι.

ARGUMENTUM.

VICTORIAM gratulatur Theroni, orto a majoribus, qui multa adversa experti erant, cum vicissitudine tamen fortunæ melioris. 1—82. Theronis laus e certaminibus et impensis in ea factis, opumque magnarum, quas haberet, usu recto ad studia præclara: quorum præmia etiam post mortem expectare licet: interponitur itaque locus nobilissimus de inferis.—149. Revocat se poëta a digressione, quam a reprehensione adversariorum liberat,—159. et vela contrahit in Theronis laudibus.

Theron Ænesidami f. genus ducebat a Cadmo, et quidem a Thersandro, qui inter Epigonos erat, Polynicis, ex Argia Adrasti, filio, Œdipi nepote; (cf. Freron *Défense de la Chronologie*, p. 77, sq.) tenebat Agrigentum et Himeram: v. Diod. XI. 48, 49, 53. Filiam Demaratam elocaverat Geloni; quo mortuo frater Gelonis Polyzelus eam duxerat. Is in suspiciones Hieronis fratris adductus ad socerum fugit, qui ad generum tuendum arma Hieroni intulit; fertur tamen interprete Simonide pax esse restituta. Videntur hæc locum fecisse iis quæ de fortunæ vicissitudinibus poëta memorat. Victor fuit Theron Ol. LXXVII. quadrigis. Ejus frater Xenocrates, de quo v. Py. VI. Isthm. II.

Σ. α'. Κ. ιδ'.

Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι,
Τίνα θεὸν, τίν' ἥρωα,
Τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν;
Ἤτοι Πίσα μὲν Διός·
Ὀλυμπιάδα δ' ἔστα-
σεν Ἡρακλέης,
Ἀκρόθινα πολέμου·
Θήρωνα δὲ τετραορίας
Ἕνεκα νικαφόρου
Γεγωνητέον ὀπὶ,
Δίκαιον ξένον,
Ἔρεισμ' Ἀκράγαντος,

NOTÆ HEYNIANÆ;
INTERPOSITIS QUIBUSDAM BENEDICTINIS.

1. Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι. quatenus concentus est inter lyram et cantum, regit cantus et *moderatur lyram*: vicissim alio modo et aliis locis lyra regit cantum. cf. Gatak. Opp. p. 237. Horat. I. 12. *Quem virum aut heroa*, etc.

4. *Sane in hoc carmine omnia consentiunt: summus deorum, Jupiter, cujus sunt ludi; summus heros, qui certamen instituit; summa victoria quadrigarum; summus vir, victor* Theron. ad 5, sq. cf. III. 20. X. 51, sq.

7. τὴν l. τὰ ἀκρόθινα πολέμου, propr. manubias, h. l. de ludis factis victoriæ causså reportatæ de Augeâ, Elide captâ: Apollod. II. 7. 2.

PARAPHRASIS BENEDICTINA.
STROPHE I. 1—14.

Vos, O hymni, qui, tanquam citharæ domini, modulos ejus moderamini: quem Deum, quem heroëm, quem virum sumemus celebrandum? Sanè cùm Pisa sit Jovi sacra, et ibi Olympicum certamen ejus in honorem instituerit Hercules, offerens primitias spoliorum debellati Augeæ, alterutrius, imo utriusque laudes non abs re caneremus. Sed victoria Theronis me in præsentiâ totum ad se convertit. Itaque Theronem encomio cohonestandum sumam, et magnâ voce prædicabo victoriam, quam curru quadrijugo est adeptus vir ille, non solùm hâc re commendandus, sed ob alias quoque virtutes suspiciendus, ut qui sit justus hospitalitatis observator, patriæ columen

Εὐωνύμων τε πατέρων
Ἄωτον, ὀρθόπολιν·

A. α'. K. ιδ'.

Καμόντες οἳ πολλὰ θυμῷ,
Ἱερὸν ἔσχον οἴκημα
Ποταμοῦ, Σικελίας τ' ἔσαν
Ὀφθαλμός· αἰὼν τ' ἔφε-
πε μόρσιμος, πλοῦτόν
Τε καὶ χάριν ἄγων
Γνησίαις ἐπ' ἀρεταῖς.
Ἀλλ', ὦ Κρόνιε παῖ Ῥέας,
Ἕδος Ὀλύμπου νέμων,
Ἀέθλων τε κορυφὰν,

15. Rhodo oriundi Agrigentum accesserant majores Theronis: v. Schol. Rhodum autem insederant cum Argivis colonis: ut e Menecrate Schol. cf. Fragm. Pind. (p. 93. cxvi.) *καμόντες—θυμῷ*, puto *ἐν θυμῷ*, usu antiquo. At Mingarell. *σὺν θ. animose*, ut Ol. VIII. 8. Py. IX. 170.

16, 17. Agrigentum ad Acragantem fluvium: inf. Py. XII. 4.

[18. *ὀφθαλμός*. Majores Theronis *Oculum* Siciliæ vocat, totius regionis illustrissimos et nobilissimos: metaphora sumpta ab oculo, quæ corporis pars est præstantissima, et clarissima, sine quo vita est infelix, nec morte multò melior. Similis translatio apud Cicer. de Nat. Deor. extat, *Hi duos oculos oræ maritimæ effoderunt*. Sic Julianus urbem Damascum *τῆς ἑῴας ἁπάσης ὀφθαλμὸν* dixit. BEN.]

19—21. *ἔφεπε* aut est pro *ἐφείπετο*, (cf. Abresch. Animadvers. ad Æschyl. p. 214.) *insequutus est status rerum*, ævum—aut felix rerum status *ἔφεπεν αὐτοὺς*, *excepit eos* (propr. *prosequutus est* illos, ut Py. I. 97. *δίκην*, vel *coluit* eos, adfuit, ut Py. I. 57. IV. 524.) Alterum hoc Mingarellus malebat.—*χάριν*, decus ex opibus, ὄλβον. — *ἐπ' ἀρεταῖς γνησίαις*, *veris*, διὰ τὰς ἀρετάς. Mox, 23, magnifice dicta: Jupiter moderatur cœlum, et Olympica certamina, et Olympiam.

et fulcimentum, flos clarorum majorum, et subditarum urbium rectus moderator.

ANTISTROPHE I. 15—28.

Qui postquam, relictâ patriâ, sedes non sine mágno animi labore subinde mutâssent, tandem proximam fluvii sedem incoluerunt, scilicet Agrigentum, sacro Minervæ templo decoratum: atque ita virtutibus nativis excelluerunt: quæ, comite felici fato, divitias et gratiam sortitæ sunt, ut in Siciliâ omnium nobilissimi et illustrissimi censerentur. Quorum hæreditaria terra cùm per seriem nepotum ad Theronem usque descenderit, oratum te velim Jupiter Saturni et Rheæ fili, qui cœlum, qui Olympicum certamen

Πόρον τ' Ἀλφεοῦ,
Ἰανθεὶς ἀοιδαῖς,
Εὔφρων ἄρουραν ἔτι πα-
τρίαν σφίσιν κόμισον

E. α'. K. η'.

Λοιπῷ γένει. τῶν δὲ πεπραγμένων,
Ἐν δίκᾳ τε καὶ παρὰ δίκαν
Ἀποίητον οὐδ' ἂν
Χρόνος, ὁ πάντων πατὴρ,
Δύναιτο θέμεν ἔργων τέλος.
Λάθα δὲ πότμῳ σὺν εὐδαίμονι γένοιτ' ἄν.
Ἐσλῶν γὰρ ὑπὸ χαρμάτων,
Πῆμα θνάσκει παλίγκοτον δαμασθὲν,

26. *κόμισον ἔτι σφίσι, λοιπῷ γένει, iis qui eorum posteri sunt, τοῖς ἐκγόνοις,* Theroni et Xenocrati. *κόμισον, cura, tuere, ἰανθεὶς ἀοιδαῖς, exoratus, permotus, carmine meo: εὐφρανθείς.*

29. Multa miscentur ad h. l. v. Schol. Est hoc perpetuum ac sollenne poëtæ, ut a generali sententiâ exordium dicendorum faciat. Multas magnasque fortunæ vicissitudines experti erant majores. Ergo sententia generalis: 'præteritorum malorum remedium unicum, melior fortuna si successerit.—Qui primo adspectu occurrit sententiarum nexus, est: *eorum quæ juste vel injuste perpetrata sunt, nihil infectum reddi potest.* Atqui hæc sententia Theroni parum honorifica; tum non convenit ei quod sequitur: meliore fortunâ subsequente *adversarum rerum* oblivionem fieri; quod *exemplis vicissitudinum fortunæ* declaratur. Videtur adeo v. 30, minus bene vulgo ad *πεπραγμένων* retrahi; sententiam itaque sic procedere puta: *præteritorum, τῶν πεπραγμένων ἔργων τέλος* (h. e. *τὰ πεπραγμένα*) *οὐδὲ χρόνος δύναιτο θέμεν ἀποίητον ἐν δίκᾳ τε καὶ παρὰ δίκαν,* pro, *ullo modo,* nec per fas nec per nefas, h. e. nec solito rerum ordine nec præter morem quicquam e præteritis mutari potest. Ad hunc sensum mutata quoque est interpunctio, quæ erat post *παρὰ δίκαν.*

omnium præstantissimum, et meatum Alphei regis gubernas, ut, hisce meis hymnis cum delectatione exauditis, benevolentiam tuam posteris, scilicet Theroni et Xenocrati, testeris, conservato ipsis natali et hæreditario solo: adeo ut nullis inimicorum odiis, nullis vicinorum bellis inde expellantur.

Epod. I. 29—36.

Quod non ita pridem contingere potuisset, cùm inter se dissiderent Theron et Hiero: inter quos si quid jure vel injuriâ factum est, quamvis non possit, ne temporis quidem longinquitate, fieri infectum: oblivio tamen cum rebus secundis conjuncta, efficiet ut nulla odia inter ipsos viguisse videantur. Nam quum adversæ fortunæ felicitas, mœstitiæ lætitia succedit, malorum molestia superata supprimitur.

Σ. β΄. Κ. ιδ΄.

῞Οταν θεοῦ μοῖρα πέμπῃ
᾿Ανεκὰς ὄλβον ὑψηλόν.
῞Επεται δὲ λόγος εὐθρόνοις
Κάδμοιο κούραις, ἔπα-
θον αἳ μεγάλα. πένθος
Δὲ πιτνεῖ βαρὺ
Κρεσσόνων πρὸς ἀγαθῶν.
Ζώει μὲν ἐν ᾿Ολυμπίοις,
᾿Αποθανοῖσα βρόμῳ
Κεραυνοῦ, τανύεθει-
ρα Σεμέλα· φιλεῖ
Δέ μιν Παλλὰς αἰεὶ,
Καὶ Ζεὺς πατὴρ μάλα· φιλεῖ
Δὲ παῖς ὁ κισσοφόρος.

Α. β΄. Κ. ιδ΄.

Λέγοντι δ᾽ ἐν καὶ θαλάσσᾳ
Μετὰ κόραισι Νηρῆος
῾Αλίαις βίοτον ἄφθιτον

39. *ἕπεται δὲ λόγος, ἁρμόζει, cadit in Cadmi filias dictum.* Affectat ita loqui Pausanias, VIII. 10. p. 620. 13. XII. p. 625—8. 41—3. *Mala eorum superata sunt majoribus bonis* insecutis. Mutatum in sententiam. 47—50. Honore eam habent primores inter deos.

Strophe II. 37—50.

Imprimis quum divina Providentia, mutatâ vice, felicitatem ad fastigium erexerit. Quæ mea Sententia Cadmi filiabus convenit: et quàm sit vera comprobatur exemplo Inûs, et Semeles, quæ post graves calamitates, absorpto et obruto infortunio a bonis præstantioribus, omnis noxæ expertes sibi videntur fuisse. Quarum altera, nimirum Semele, longis capillis decora, quamquam fulmine fuit extincta, vivit inter cœlestes Deos, eamque Pallas amat semper; amat etiam valde Jupiter Palladis pater: amat et Bacchus ejus filius, qui sacram sibi hederam gestat.

Antistrophe II. 51—64.

Alteri, nimirum Inoni, in Nereïdum choro, ut aiunt, vitam immortalem vivere concessum est. Quæ postquam cum Melicertâ aufugisset, cumque

Ἰνοῖ τετάχθαι τὸν ὅ-
λον ἀμφὶ χρόνον. Ἦτοι
Βροτῶν κέκριται
Πεῖρας οὔ τι θανάτου,
Οὐδ', ἀσύχιμον Ἁμέραν
Ὁπότε, παῖδ' Ἀλίου,
Ἀτειρεῖ σὺν ἀγαθῷ
Τελευτάσομεν.
Ῥοαὶ δ' ἄλλοτ' ἄλλαι
Εὐθυμιᾶν τε μέτα καὶ
Πόνων ἐς ἄνδρας ἔβαν.

E. β'. K. η'.

Οὕτω δὲ Μοῖρ', ἅ τε πατρώϊον

54. τὸν ὅλον ἀμφὶ χρόνον, pro διὰ, εἰς, *in perpetuum*. ἰσαεὶ, ut 48. αἰεί.

55. Ἦτοι βροτῶν. Præparat sequentia per sententiam generalem. Sane incerta est rerum humanarum conditio, et succedunt earum vicissitudines aliæ ex aliis.

56. οὐ κέκριται οὐ διακεκριμένον, οὐ δῆλον, σαφές ἐστι, (κατά) τι, *ullo modo, quando mors mortales oppressura sit*. Similia Nem. VI. 10—13. In seqq. 58—61. sententia est impedita. ὁπότε est *quando, cum, quo tempore*, et respondet τῷ τότε, aut alii definito; grammatica itaque ratio ordinat verba: οὐδὲ κέκριται, *neque certum est, non constat*, (eo tempore) *quo diem finiemus integrâ cum fortunâ*. Quæ jejuna sunt: sive Ἁμέραν de singulis diebus, sive de novissimo die, seu de vitâ, intelligas. Nec quæritur, *quando*, sed *num*, πότερον, *integrâ felicitate* morituri simus. Videtur adeo ὁπότε requirere τότε in anteced. οὐδὲ (κέκριται πεῖρας θανάτου τότε sc. γενησόμενον) ὁπότε κτλ. *nec liquet, mortem nos oppressuram esse tum, cum integro fortunæ statu vitam tranquille finire licebit*. Sin Ἁμέραν de singulis diebus dictum est, erit accipiendum: ne tum quidem πεῖρας θανάτου constat, quum, *quoties diem hilariter integrâ felicitate exigemus*. Quod vix placere potest.

62--4. *Vicissitudines variæ rerum secundarum et adversarum* μετέβησαν ἐς ἄνδρας, *hominibus contingere solent*, μετέρχονται, ἐπέρχονται.

[ῥοαὶ, &c. Pulchrè sonat ῥοαὶ: quâ voce declarantur fluxus perpetui fortunæ transeuntis, quæ nunc tibi, nunc alii est benigna. Similis γνώμη est Ist. III. 29. Et scitè Plautus in Amphit. *In hominum ætate multa eveniunt hujusmodi; capiunt voluptates, mox rursus miserias*. Ben.]

65. Quæ sequuntur, aut per sententiam

eo se in mare præcipitem dedisset, Neptuno Veneris precibus exorato, in Leucotheam marinam Deam est conversa. Hinc humanæ vitæ vanitatem collige, et variabilis fortunæ instabilitatem. Ac sanè ut neque mortis nostræ tempus compertum habemus; sic neque novimus an per totum vitæ curriculum, non interrupto bono fruentes, ad tranquillum usque diem, mortem nimirum, exigemus. Siquidem aliàs aliæ mutationes rerum contingunt, ut modò bonorum voluptate fruantur, modò malorum molestiâ crucientur, homines.

Epod. II. 65—72.

Eam vicissitudinem in rectâ tui generis lineâ invenies. Nam fatum

Τῶνδ' ἔχει τὸν εὔφρονα πότμον,
Θεόρτῳ σὺν ὄλβῳ
Ἐπί τι καὶ πῆμ' ἄγει
Παλιντράπελον ἄλλῳ χρόνῳ·
Ἐξ οὗ περ ἔκτεινε Λάϊον μόριμος υἱὸς
Συναντόμενος, ἐν δέ Πυ-
θῶνι χρησθὲν παλαίφατον τέλεσσεν.

Σ. γ'. Κ. ιδ'.

Ἰδοῖσα δ' ὀξεῖ' Ἐριννὺς
Πέφνεν ἑοῖ σὺν ἀλλαλο-
φονίᾳ γένος ἀρήϊον.
Λείφθη δὲ Θέρσανδρος ἐ-
ριπόντι Πολυνείκει,
Νέοις ἐν ἀέθλοις

efferri putanda sunt, aut narratione procedere. Si prius: non bene convenit v. 70. ἐξ οὗπερ, cum sequatur ἰδοῖσα δ' ὀξεῖα. Erat enim sententia finienda post χρόνῳ. et inchoanda nova: ἐξ οὗπερ—τέλεσσεν, ἰδοῖσα ὀξεῖα Ἐριννὺς πέφνεν. hic vero obstat δὲ post ἰδοῖσα. Sin posterius, ut narrata sint omnia etiam a v. 65, requiri videtur ἄγεν pro ἄγει. Μοῖρα ἐπῆγε καὶ πῆμά τι ἄλλῳ χρόνῳ, ἐξ οὗπερ. *Ita Parca, quæ Fortunam hujus gentis moderatur*, (πατρώϊαν, *majorum*) *secundis rebus submisit vicissim* (πῆμα παλιντράπελον pro πάλιν) *alio tempore adversas res, ex quo* Œdipus patris cæde ἄγος, piaculum, commisit, et ἄτην contraxit. —Quod si ἄγεν probare nolis, est ἄγει de præterito accipiendum; quemadmodum in narrationibus fit.

73. Ἰδοῖσα δ' ὀξεῖ' Ἐριννὺς—*Erinnys acris, infesta, cum vidisset* ἄγος illud, ad ulciscendum illud effecit, ut mutua filiorum Œdipi cædes insequeretur. δὲ potest accipi dictum pro γάρ. ἑοῖ αὐτῷ, i. e. γένος αὐτοῦ.

76. Ὑπελείφθη δὲ ὑπὸ τοῦ Πολυνείκους Θέρσανδρος,—ἐριπόντι. θανόντι. ut ap. Homer. δεδουπὼς dicitur.

78. νέοις ἐν ἀέθλοις non accipiam nisi de

quod lætam sortem tuis atavis, cum opulentiâ divinitus immissâ, impertivit, alio tempore fortunam planè contrariam cum damno excitavit. Idque ex quo Œdipus, fatalis Laii filius, patrem incognitum in viâ obvium interfecit, et responsum in Pythone, de suscipiendâ prole patri datum, complevit, et ad exitum perduxit.

STROPHE III. 73—86.

Quod scelus acribus oculis intuita Erinnys, Eteoclem et Polynicem, parricidæ Œdipi filios, de regno alternatim tenendo dissidentes, et litem singulari certamine dirimere intendentes, bellicosos viros cæde mutuâ peremit. Occiso autem Polynici superstes fuit Thersander, ex Argiâ Adrasti filiâ natus,

Ἐν μάχαις τε πολέμου
Τιμώμενος, Ἀδραστιδᾶν
Θάλος ἀρωγὸν δόμοις.
Ὅθεν σπέρματος ἔχοντα ῥίζαν, πρέπει
Τὸν Αἰνησιδάμου
Ἐγκωμίων τε μελέων
Λυρᾶν τε τυγχανέμεν.

Α. γ'. Κ. ιδ'.

Ὀλυμπίᾳ μὲν γὰρ αὐτὸς
Γέρας ἔδεκτο· Πυθῶνι
Δ' ὁμόκλαρον ἐς ἀδελφεὸν,
Ἰσθμοῖ τε, κοιναὶ χάριτες ἄνθεα τεθρίππων
Δυωδεκαδρόμων
Ἄγαγον. τὸ δὲ τυχεῖν,

certaminibus juvenum; nam opp. μάχαι πολέμου. Locus omnino Epigonos respicit: in quorum laudibus etiam ἀγῶνες, ut in laudibus τῶν ἑπτὰ fuere. Mingarellus νέος pro *juvenilis* illustrabat ex Eurip. Med. 48. νέα γὰρ φροντὶς οὐκ ἀλγεῖν φιλεῖ. In v. 79. de bello ab Epigonis renovato agi, dubitari nequit.

93, sqq. Obscurus locus, si de singulis sententiis earumque nexu quæras. Priora sententiam habent, quam aliquoties repetit: *summâ voluptate frui victorem in certaminibus*, ut jam Ol. I. 157, 8, 9. et universe Ol. V. 34, sq. παραλύεσθαι τῶν δυσφρόνων, *a solicitudine et ærumnâ liberari*, pro, *frui gaudio:* ut solet poëta a contrariis rem designare; tum τὰ δύσφρονα, τὸ δύσφρον, pro δυσφροσύνη. Victoria est ἀμπνοὰ πόνων, Ol. VIII. 9. τυχεῖν. vid. ad Nem. IV. 148. Vulgaris itaque oratio: *et voluptatem, quam*

qui in juvenum tutis certaminibus, et periculosis belli conflictibus honorem est consecutus. Et Adrasti avi materni familiæ fuit vindex, quando, cum Diomede factâ in Thebanos expeditione, uterque parentibus illatam injuriam ultus est. Ex cujus stirpe originem ducentem, Theronem Ænesidemi filium, decet convenitque a me poëtâ carmen encomiasticum, ac lyræ accommodandum, obtinere.

ANTISTROPHE III. 87—100.

Nam in Olympiâ victoriam quadrigis est adeptus, et præmium inde reportavit. Præterea in Pythiis et Isthmiis, communi studio educati equi ab ipso, ejusdemque hæreditatis consorti fratre, communem etiam utrique victoriæ, quadrijugo curru duodecies ad metam circumacto partæ, gloriam compa-

Πειρώμενον ἀγωνίας,
Παραλύει δυσφρόνων.
Ὁ μὰν πλοῦτος ἀρεταῖς
Δεδαιδαλμένος
Φέρει τῶν τε καὶ τῶν

victoria affert, experti estis, mutata est lyrice in sententiam generalem: *Liberat ea res a curis*, facit molestiarum finem, lætitiâ perfundit, *si quis certamen ingressus victoriam consequitur.* ἀγωνία est id. q. ἀγών. vid. Pyth. V. 150. Nem. VII. 15. Hæc omnia expedita sunt. At obscura et impedita sunt, quæ sequuntur. Certamen curule sine magnis opibus adiri non poterat; adeoque victoria opum et divitiarum tanquam præmium et ornamentum est, et opes laudantur cum virtute, cum studio τῶν καλῶν conjunctæ. Ergo ὁ πλοῦτος ἀρεταῖς δεδαιδαλμένος sunt regiæ *opes cum virtute*, aut virtutis et laudum studio. Tribuuntur τῷ πλούτῳ ea, quæ de iis prædicantur, qui opes possident; et nunc ad solum Theronem spectant; *is moderate fert fortunam, et abhorret ab* ὕβρει. Obscurant locum plura: primo, hyperbaton ὁ πλοῦτος—ἀστὴρ, tum, indefinitum τῶν τε καὶ τῶν, tandem, prædicatum: πλοῦτος ὑπέχων μέριμναν. Ubique jungenda sunt πλοῦτος σὺν ἀρετῇ, adeoque *cum recto usu, cum studio gloriæ*, imprimis ex certaminibus. Ad gloriam dicta spectant ista: ἀστὴρ ἀρίζηλος, ἀλαθινὸν ἀνδρὶ φέγγος, *afferunt istæ opes et laudum studia splendorem vitæ.* Mox τῶν τε καὶ τῶν καιρὸν explicandum arbitror ex proximis: τοῦ πειρᾶσθαι ἀγωνίας, (seu *certaminum*, seu generalius, *rerum arduarum*,) et τοῦ τυχεῖν, h. e. τοῦ ἐπιτυχεῖν, *ut felici successu utatur aliquis.* (Aliquoties occurrit hoc τὰ καὶ τὰ; modo designat res secundas et adversas, ut Py. VII. 24. V. 74. Is. V. 66. Aliis locis simpliciter est *hæc* et *illa*, *varia* vel *multa*, ut Nem. VII. 80, 81. I. 43. Priorem sensum si h. l. inferas, sententia est: *perfert æquo animo utramque fortunam, severâ consideratione adhibitâ.* Sic grammaticus acceperat in Schol. Cod. Gotting. Alter sensus accommodatior superioribus, quem sequuntur viri docti: *afferunt opes, quæ virtutem animi comitem habent, opportunitatem variarum rerum gerendarum.*) Nunc ænigmatis similia sunt illa: βαθεῖαν ὑπέχων μέριμναν ἀγροτέραν. μέριμνα est vel *studium*, vel *contemplatio*. Ergo πλοῦτος dicitur seu *subjicere, præbere*, seu *adhibere considerationem, altam, investigatricem.* Suspicari sic licet, ex sententiarum nexu, spectare hæc ad *opportunitates*, ἀφορμὰς, *rerum gerendarum exquirendas*, ut illi, qui opes habent, intentum ad has habeant animum; (etsi vel sic μέριμνα βαθεῖα, ἀγροτέρα difficilius et gravius quid postulare videtur:) aut est *studium rerum præclararum et laudum, altum et acre*, quod *injiciunt, instillant, opes* magnæ. Ita forte idem πλοῦτος, ἀστὴρ, propter gloriam rebus præclare gestis partam. Simile fere erit sic illud Py. V. 74--76. et pr. πλοῦτος ἀρετᾷ κεκραμένος, εὐρυσθενὴς, *est potens, ad res gerendas multum valet.* Quæ sequuntur; εἰ δὲ μιν ἔχει τις, οἶδεν τὸ μέλλον, etc. referenda sunt ad notionem non minus obviam in poëtâ: *magnas opes, imprimis in civitate liberâ, plerumque comitatur* ὕβρις, quam h. l. designat voc. ἀπάλαμνοι φρένες: *quicunque* (εἴτις pro ὅστις) *divitias cum virtutis studio conjunctas possidet*, (μὶν non nisi ad πλοῦτον referri potest, tanquam subjectum in proximis: ἀστὴρ—at μέριμνα est remotior,) *qui dives est virtute instructus, quâ ad res præclaras gerendas uti possit, intelligit sibi abstinendum esse ab injuriâ*, abhorret ab ὕβρει, *quia post mortem*, κατὰ γᾶς, ἐν Ἅιδου, *pœnæ injustos manent;* (ἔτισαν pro τίνουσι. τὰ δὲ pro τὰ γάρ.) h. e. reputans ea, quæ in alterâ vitâ manent ὑβριστάς. Color orationis haud dissimilis est in Fragm. Pind. p. 83. lxxxi.

rarunt. Res autem est jucunda, et ad dispellendam molestarum curarum nubem valida, suscepti certaminis successus. Nec parum accedit opis ex opibus, viris virtute præditis: quarum subsidio, eorum generosus animus ad res præclaras capessendas excitatur magis, unde occasionem et opportunitatem variarum rerum oblatam amplectitur. (Cujus luculentum præbes

Καιρὸν, βαθεῖαν ὑπέχων
Μέριμναν ἀγροτέραν,

E. γ΄. K. η΄.

Ἀστὴρ ἀρίζηλος, ἀλαθινὸν
Ἀνδρὶ φέγγος. εἰ δέ μιν ἔχει
Τις, οἶδεν τὸ μέλλον,
Ὅτι θανόντων μὲν ἐν-
θάδ᾽ αὐτίκ᾽ ἀπάλαμνοι φρένες
Ποινὰς ἔτισαν. τὰ δ᾽ ἐν τᾷδε Διὸς ἀρχᾷ
Ἀλιτρὰ, κατὰ γᾶς δικά-
ζει τις, ἐχθρᾷ λόγον φράσαις ἀνάγκᾳ.

Σ. δ΄. K. ιδ΄.

Ἶσον δὲ νύκτεσσιν αἰεὶ,
Ἶσα δ᾽ ἐν ἁμέραις, ἅλι-
ον ἔχοντες, ἀπονέστερον

105. ἀπάλαμνοι ἐνθάδε φρένες, *indomitæ, insolentiâ efferatæ*, ὑβριστικαί; et 108. λόγον φράσαις, *sententiam ferens*, non in gratiam, sed *ita ut flecti nequeat*, justitiâ inexorabili, ἀνάγκᾳ ἐχθρᾷ, *infestâ*. Nomen judicis non memorat.

109. καὶ ἐν φωτὶ ὄντες. ἶσον δὲ—ἶσα δὲ, *pariter*. h. e. ἐπίσης νυκτὸς καὶ ἡμέρας. cf. locum e Threnis in Fragmentis.—ἀπονέστερον βίοτον νέμονται ἐσθλοί (qui opp. ταῖς ἀπαλάμνοις φρένας, ὑβρισταῖς) h. διάγουσιν ἀπόνως. Fere ut de Ægyptiis Herodot. II. 14. cui putes Pindari versus ante oculos fuisse. ἀπονέστερον pro ἀπονώτερον observat Eustath. ad Odyss. β΄. 190. p. 1441. 10.

[111. ἀπονέστερον. ad sensum expri-

exemplum, quum tu, ad virtutem natus, et opibus instructus, equos aluisti, Olympiâ decertâsti, quæ secuta est victoria, comitata coronâ, perennis honor additus.) Sic, comite virtute, opulentia dat res præclaras indagare;

EPOD. III. 101—108.

Ac tum homini verum lumen affert, adeo ut quemadmodum stella præfulgida noctu micat inter sidera: sic ille inter divites cæteros sit maximè conspicuus. Hujusmodi autem divitiarum possessor novit quid post vitæ hujus curriculum sit futurum. Nimirum impias animas quæ se inemendabiles in hâc vitâ præbuerunt, scelerum pœnas post mortem expendere. Et apud inferos judicem esse, qui, nullâ gratiâ infirmandam judicii necessitatem et sententiam pronuntians, pœnas illis infligit.

STROPHE IV. 109—122.

Bonis contrà, bene esse, quibus noctu pariter, pariterque interdiu, Solis perpetua fax lucem præbet: atque ab omni labore immunem vitam degunt:

Ἐσθλοὶ νέμονται βίο-
τον, οὐ χθόνα ταράσσον-
τες ἀλκᾷ χερῶν,
Οὐδὲ πόντιον ὕδωρ,
Κεινὰν παρὰ δίαιταν· ἀλ-
λὰ παρὰ μὲν τιμίοις
Θεῶν, οἵτινες ἔχαι-
ρον εὐορκίαις,
Ἄδακρυν νέμονται
Αἰῶνα. τοὶ δ' ἀπροσόρα-
τον ὀκχέοντι πόνον.

A. δ'. K. ιδ'.

Ὅσοι δ' ἐτόλμασαν ἐς τρὶς
Ἑκατέρωθι μείναντες
Ἀπὸ πάμπαν ἀδίκων ἔχειν

mendum conjicere oportet simplicius sumendum pro *laboris expers*, vel, *non laboriosus*. BEN.]

116. *κεινὰν παρὰ δίαιταν. διὰ ἄπορον δίαιταν, δι' ἀπορίας. propter pauperem, tenuem, victum.*

117—18. Non apponit, *quinam illi dii sint τίμιοι, honoratiores;* ut nec *locum* constituit, in quo *boni* illi versantur. De Olympo non agit; sed de locis inferis. An Pluto, Ἅδης, et Proserpina? Hoc et glossa cod. Aug. et Schol. recent. subjiciunt.

123. Redit ad priores illos, ad *bonos:* quos ex locis illis, in quibus post mortem degunt, iterum in vitam redire, tacite innuit. Quod si ii ter vitam, in quam revocati sunt, justitiam colendo exegerint: tum illi migrant ad Croni regiam. Potest illa videri in ipsâ Insulâ Beatorum esse. Verum verba 128. *Ἵνα* vix hoc admittunt. Videtur potius, antequam ad Insulam illam in Oceano sitam perveneris, regia Croni (forte in extremo Occidente) adiri, et hic *judicium* haberi a Crono, assidente Rhadamantho, v. 137—141. Tum mittuntur in Insulam. Alio loco, in Threnis, ap. Platon. in Menone (v. Fragm.) nono anno vitam reddi dixit, et hos evadere reges, viros fortes et sapientes; post mortem autem (an tertio?) insecutam fieri heroës.

neque ipsis opus est robore manuum terram colere, et naviculariam exercere, quò, vitatâ pauperie, necessarium victum comparent. Iidemque fideli juramento, et pietate delectati, apud Plutonem et Proserpinam honoratos Deos, omni mœrore vacuum ævum transigunt. Alii vero, nimirum mali et impii, pœnis visu horrendis addicti, gravissimum sustinent cruciatum.

ANTISTROPHE IV. 123—136.

Quicunque autem ad tertiam usque metempsychosim, in utroque loco commorati, in mundo dum vixerunt, in domo Plutonis, postquam vitâ

Ψυχὰν, ἔτειλαν Διὸς
'Οδὸν παρὰ Κρόνου τύρ-
σιν· ἔνθα μακάρων
Νᾶσον ὠκεανίδες
Αὖραι περιπνέουσιν· ἄν-
θεμα δὲ χρυσοῦ φλέγει,
Τὰ μὲν χερσόθεν, ἀπ' ἀ-
γλαῶν δενδρέων,
Ὕδωρ δ' ἄλλα φέρβει·
Ὅρμοισι τῶν χέρας ἀνα-
πλέκοντι καὶ στεφάνοις·

E. δ'. K. η'.

Βουλαῖς ἐν ὀρθαῖς 'Ραδαμάνθυος·

126. ἔτειλαν Διὸς ὁδὸν παρὰ Κρόνου τύρσιν —h. e. κατὰ τὴν ὁδὸν Διὸς, τὴν ἐπὶ Κρόνου τύρσιν (*regiam*) ἄγουσαν. At ἔτειλαν insolens prorsus est; etsi sententia obvia: ἐπορεύθησαν. Schol. ἔτειλαν, ἐτιλείωσαν, ἤνυσαν. Esset igitur τίλλω nova forma pro τιλειοῦν, ducta a τίλω, tanquam primitivo. Obvium est ἔτειλαν pro ἔστειλαν habere; in Aug. Cod. glossa est, ἐστείλαντο, ἐπορεύθησαν. Ita ἔτειλαν, pro ἔστειλαν, et hoc pro ἐστείλαντο. Analogiam haberent hæc. Sed exemplum nondum vidi. Apud Apollonium, III. 277. τίλλεται pro στίλλεται dictum vult Schol. At ibi οἷον τε νέοις ἐπὶ φορβάσιν οἶστρος τίλλεται est pro ἐπιτίλλεται, *invadit*. Sup. I. 122, τίλλεται erat pro γίνεται. Saturnus alias in Tartaro, a Pindaro in Beatis Insulis collocatur. In Mon. Regillæ: ἐν μακάρων νήσοισιν, ἵνα Κρόνος ἐμβασιλεύει. ubi Salmasius aliam auctoritatem desiderabat. At Visconti V. C. aliam reperit in Picturis Sepulcri Nasoniani, tab. VIII. ubi a Mercurio anima ad eum sedentem adducitur.—In eodem titulo in Triopio Regilla in Elysium deducta σκῆπτρον 'Ραδαμάνθυος ἀμφιπολεύει. sedet igitur is cum insigni judicis.

127. ὁδὸν παρὰ Κρόνου τύρσιν· τὴν ἐπὶ Κρόνου οἶκον ἄγουσαν. Sequentia putes Euripidem ante oculos habuisse in Hippol. 748, sq.

132. Sane ἄνθεμα possint ad duo tantum genera revocari, arborum et aquaticarum plantarum; melius tamen, quod et Mingarell. voluit, θ' apponas post δενδρέων, ut sit: τὰ μὲν χερσόθεν, ἀπ' ἀγλαῶν δενδρέων θ', ὕδωρ δ' ἄλλα φέρβει. mutatâ orationis formâ pro τὰ μὲν ἐκ χερσοῦ seu γῆς. τὰ δὲ ἀπὸ δενδρέων, τὰ δὲ ἐξ ὕδατος.

137. βουλαῖς ἐν ὀρθαῖς, h. κατὰ κρίσιν δικαίας. Præcessit itaque judicium et sen-

functi sunt, omnino ab injustis facinoribus abstinuerunt, et justitiæ morumque honestati studuerunt: viam quam instituit Jupiter ad Saturni urbem, quâ beatorum ad insulam perveniendum, peregerunt, ubi refertam omnigenis deliciis vitam degunt animæ beatorum. Nam locum illum lenes Oceani auræ perflant, et flores aureo colore micantes ornant: quorum alii ab humo, alii pulchris ab arboribus producuntur, alios aqua educat: unde monilia, corollasque componunt, quibus manus læti involvunt et implicant.

EPOD. IV. 137—144.

Ex recto Rhadamanthi judicis decreto, quem pater Saturnus, Rheæ,

Ὃν πατὴρ ἔχει Κρόνος ἕτοι-
μον αὐτῷ πάρεδρον,
Πόσις ὁ πάντων Ῥέας
Ὑπέρτατον ἐχοίσας θρόνον.
Πηλεύς τε καὶ Κάδμος ἐν τοῖσιν ἀλέγονται·
Ἀχιλλέα τ᾽ ἔνεικ᾽, ἐπεὶ
Ζηνὸς ἦτορ λιταῖς ἔπεισε, μάτηρ·

Σ. έ. Κ. ιδ΄.

Ὃς Ἕκτορ᾽ ἔσφαλε, Τροίας
Ἄμαχον ἀστραβῆ κίο-
να· Κύκνον τε θανάτῳ πόρεν·
Ἀοῦς τε παῖδ᾽ Αἰθίο-
πα. Πολλά μοι ὑπ᾽ ἀγκῶ-
νος ὠκέα βέλη
Ἔνδον ἐντὶ φαρέτρας
Φωνᾶντα συνετοῖσιν· ἐς

tentia, quâ admitterentur Manes ad adeundas Insulas Beatas.--Tum Cronus habet assessorem judicii Rhadamanthum, πάρεδρον ἕτοιμον, πρόθυμον, promptum ad causas dijudicandas, *qui semper ipsi adest*.

142. ἐν ταύτῃ, scil. beatis illis. Achillem igitur Thetis in Insulas Beatorum vexit, seu, precibus a Jove obtinuit, ut Achilles in hæc loca veniret.

146. κίονα, et inf. Olymp. VIII. 36. Idem quod sup. 12. ἔρεισμα, *columen* et tutela.

152. ἐς δὲ τὸ πᾶν, πάντως, ἑρμηνέων χατίζει, pro ἑρμηνείας, quæ *elocutio* est antiquis;

supremam omnium Deorum sedem occupantis, maritus, sibi ascivit, et habet promptum assessorem. In hâc beatorum insulâ recensentur Peleus et Cadmus, eòque mater Thetis, corde Jovis precibus exorato, transtulit filium Achillem,

STROPHE V. 145—158.

Qui Hectorem prostravit, inexpugnabilem et inconcussam Trojæ columnam, quâ stante, ut staret; quâ ruente, ut rueret, Ilium, erat in fatis. Qui Cycnum etiam, et Memnonem Æthiopiæ regem, Tithoni et Auroræ filium, interfecit. Reconditæ sunt in mente meâ peracutæ promptæque inventiones multæ ad encomiasticos hymnos, qui a doctis solummodo intelliguntur, apud vulgus, interprete opus habent. Atque hæc poëtices facultas quâ polleo, a naturali solertiâ promanat, quæ omni artis adminiculo

Δὲ τὸ πὰν, ἑρμηνέων
Χατίζει. σοφὸς ὁ πολ-
λὰ εἰδὼς φυᾷ.
Μαθόντες δὲ, λάβροι
Παγγλωσσίᾳ, κόρακες ὣς,
Ἄκραντα γαρυέμεν, [158. γαρύετον Ed. Ben.]

A. ε'. K. ιδ'.

Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον.
Ἔπεχε νῦν σκοπῷ τόξον,
Ἄγε, θυμέ. τίνα βάλλομεν
Ἐκ μαλθακᾶς αὖτε φρε-
νὸς εὐκλέας ὀϊστοὺς
Ἱέντες; ἐπί τοι
Ἀκράγαντι τανύσαις,

verbis, carmine, reddenda sunt illa animi cogitata. Ait scilicet, *se adhuc multa habere, quæ huic digressioni subjungere possit; se enim naturæ beneficio arti lyricæ natum, non studio et usu poëtam factum, ut alios, qui inanibus verbis strepant.*

155. Τὸ εὐφυὲς et alibi prædicat: Ol. IX. 152. Τὸ δὲ φυᾷ κράτιστον ἅπαν. Nem. III. 69. συγγενεῖ δέ τις εὐδοξίᾳ μέγα βρίθει. Ὃς δὲ διδάκτ' ἔχει, ψεφεννὸς ἀνὴρ etc. Mox λάβροι παγγλωσσίᾳ, h. e. πολυλογίᾳ, Homero sunt λαβραγόραι. In v. 158 malui cum Dawesio stare, Misc. Crit. p. 52. in restituendo γαρυέμεν, et loca, in quibus dualis de pluribus dictus occurrit, aut corrupta aut aliter interpretanda putare: Etsi contra sentiunt viri docti, ut Ern. ad Il. α'. 566. Lennep. ad Gregor. Cor. p. 97. Vauvill. ad Sophocl. Antig. p. 55. Ita res se habet in laudato loco Il. α'. 566. et in Il. δ'. 452, 5. ubi ποταμοὶ συμβάλλετον occurrit, manifestum fit poëtam de duobus amnibus cogitasse. Erit sic: μαθόντες δὲ, *(qui non ingenio evecti, sed mero studio et usu progressi ad artem lyricam)* εἰσὶ λάβροι γαρυέμεν (σὺν) παγγλωσσίᾳ, ὡς κόρακες (sc. λάβροι εἰσὶ γαρύειν) ἄκραντα πρὸς ὄρνιχα θεῖον Διός. Il. ψ'. 478, 9. 'Αλλ' αἰεὶ μύθοις λαβρεύεαι· οὐ δέ τί σε χρὴ λαβραγόρην ἔμεναι.

160. Sed redeundum est ad propositum. V. ad Ol. I. 179.

præpollet. Ac sanè doctus dici debet, et reipsâ talis est, quem naturæ solertia multarum rerum cognitione munivit. Qui vero sunt usi doctoribus, non tam solidâ scientiâ valent: ac nihilominus, multiloquio vehementes, naturâ doctis irrito clamore non cedunt: similesque sunt corvis, qui quamquam partibus omnibus aquilæ sunt impares,

Antistrophe V. 159—172.

eâ tamen non sunt minus feroces et audaces. His ergo dotibus instructus, anime mi, ad institutum redi. Quis ille est ad quem celebris nostra laudatio ex benevolâ mente proficiscens collimat? Ego, directo ad Agri-

Αὐδάσομαι ἐνόρκιον
Λόγον ἀλαθεῖ νόῳ,
Τεκεῖν μή τιν' ἑκατόν
Γε ἐτέων πόλιν
Φίλοις ἄνδρα μᾶλλον
Εὐεργέταν πραπίσιν, ἀ-
φθονέστερόν τε χέρα,

E. ε'. K. η'.

Θήρωνος. 'Αλλ' αἶνον ἔϐα κόρος
Οὐ δίκᾳ συναντόμενος, ἀλ-
λὰ μάργων ὑπ' ἀνδρῶν,
Τὸ λαλαγῆσαι θέλων
Κρύφον τε θέμεν ἐσθλῶν κακοῖς
Ἔργοις. ἐπεὶ ψάμμος ἀριθμὸν περιπέφευγεν.

166. Similis locus sup. Ol. I. 165. inf. Ol. VI. 34. XIII. 140. ἐπιτανύσαις (τὸ τόξον) 'Ακράγαντι, h. ἐπὶ 'Ακράγαντα.

167. ἐνόρκιον λόγον, *laudem tanquam jurato pro teste editam dixit*, ut λόγος sæpe: v. c. IV. 29. et *jurato* alibi similiter, ut VI. 34. μὴ πόλιν τικεῖν (pro τιτακέναι: ut et Il. ν'. 826.) ἑκατόν γε ἐτέων (ἐπὶ vel ἐντὸς, h. *inde ab urbis Agrigenti origine;* C. enim fere annos urbs steterat.) ἄνδρα τινὰ μᾶλλον φίλοις εὐεργέταν πραπίσιν, (*beneficum in amicos animo suo,*) ἀφθονέστερόν τε χέρα, Θήρωνος.

173—8. Locus impeditus, multis de causis; nam et ipsa res obscura est, et latent nos facta, quæ poëta respicit; varia in Scholiis memorantur, sed ambiguâ et incertâ fide. Κόρος potest esse ὕϐρις, potest et satietas, fastidium esse. αἶνον ἔϐα κόρος vix sanum esse potest; at nec melius ἐπέϐα, quod in Ald. et Pal. C. est. Potest jungi συνάντεσθαι δίκᾳ, διάγειν δικαίως, potest et esse συνάντεσθαί τινι σὺν δίκᾳ, *aggredi, invadere* jure vel injuriâ. Tolerabile visum erat, si sic constituerem: ἀλλὰ κόρος οὐ δίκᾳ (σὺν δίκᾳ), ἀλλὰ μάργων ὑπ' ἀνδρῶν (pro ἐξ, ἀπό. Sic Py. IX. 105. ἀνελὼν φίλας ὑπὸ ματέρος) συναντόμενος, ἐπέϐα αἴνῳ (deb. ἐπέϐα, ἐπέρχεται, αἴνῳ, *laudem incessit, impugnat*). Scilicet κόρον puto melius exponi, ut sit *fastidium, invidentia, obtrectatio laudum*, quas modo enarraverat. *At*, inquit, *laudi obstrepit invidia.* Sic alibi in laudibus, quæ nimiæ esse videri

gentum sermone, veraci mente dejerabo illam civitatem centum abhinc annis, ex quo eam extructam esse constat, neminem tulisse, qui animo ad benefaciendum amicis esset propensiore, et manu largiore, quàm Theron.

Epod. V. 173—*ad fin.*

Cui hæc virtus, unde gloriam consequebatur, furiosorum quorundam, Capyos scilicet et Hippocratis consobrinorum, invidiam conflavit: quâ perciti injustè in ipsum insolentes egerunt: ac non solum maledictis lumen hoc virtutis obscurare voluerunt: sed etiam malè factis, indicto videlicet bello,

Ἐκεῖνος ὅσα χάρματ' ἄλ-
λοις ἔθηκεν, τίς ἂν φράσαι δύναιτο;

possunt: Pyth. VIII. 43. μὴ κόρος ἐλθὼν κνίσῃ. Nem. X. 37. ἐστὶ δὲ καὶ κόρος ἀνθρώπων βαρὺς ἀντιάσαι. Cf. Nem. VII. 76, sq. Nec meliora habeo. Vetus Schol. qui reddit: τὸ δὲ χαρακτηριστικόν, φησι, τοῦ Θήρωνος ἐπέβησε πολλοὺς, εἰς ὕβριν, δηλονότι, αὐτοὺς προσηγάγετο: vix ad eam, quam habemus, lectionem spectare potuit. κόρος ei est ὕβρις μετ' ἀδικίας, (οὐ δίκᾳ συναντόμενος,) et τὸ λαλαγῆσαι, τὸ θορυβῆσαι τῷ λόγῳ, τὸ ὑβρίζειν. Tribuitur ita τῷ κόρῳ, quod faciunt homines, in quibus κόρος, ὕβρις, est: *hi id agunt, ut obtrectatione obscurent bona alterius facta.* Quæ sequuntur, pendent a κόρος, sc. κόρος, ille, ὁ θέλων, τὸ λαλαγῆσαι, obtrectationem, θεῖναι κρύφον ἐσθλῶν κακοῖς ἔργοις, *obscurare laudes alterius maledictis.*

extinguere tentârunt. Interim quemadmodum maris arenam nemo numerârit, sic neque quot beneficiis alios exhilarârit, recensere possis.

ΟΛΥΜΠΙΑ.

Εἶδος γ'.

Θ Η Ρ Ω Ν Ι.

ARGUMENTUM.

Profitetur poëta, se Theronem canere velle Olympicum victorem, modo probetur carmen Dioscuris et Helenæ. Inde 17—66. a memoratione oleagineæ coronæ transit ad narrationem de Hercule, quomodo ab Hyperboreis oleam silvestrem petiit, quâ Olympia fuit consita. Hanc gratulatur Theroni tanquam decus summum, quod assequi possit mortalis.

Σ. α΄. Κ. θ΄.

Τυνδαρίδαις τε φιλοξείνοις ἁδεῖν,
Καλλιπλοκάμῳ θ' Ἑλένᾳ,
Κλεινὰν Ἀκράγαντα γεραίρων, εὔχομαι,
Θήρωνος ὀλυμπιονίκαν
Ὕμνον ὀρθώσαις, ἀκαμαντοπόδων
Ἵππων ἄωτον.

NOTÆ HEYNIANÆ;

Interpositis Quibusdam BENEDICTINIS.

Inscriptum carmen a grammaticis τῷ αὐτῷ Θήρωνι εἰς Θεοξένια. Supplent Scholia θύοντι: eisdem totum hoc, puto, commentum de Theoxeniis a Dioscuris institutis debetur, petitum ex vss. pr. et 71, 72. his quidem male intellectis: quasi de adventu deorum agerent. Dioscuri et Helena heroës, ut pluribus locis, præcipuo aliquo cultu habiti esse debuere Agrigenti, (hocque jam Aristarchus monuerat in Schol.) forte a gente Theronis, aut a tribu Emmenidarum, (68, 69.) quos et inf. Py. VI. 5. memorat, ex quâ ille fuit. Traducta, ut probabile fit, religio Argis; hic enim Castorum fuit religio: vid. Pausan. II. 22. p. 161. His itaque diis carmen probari cupit, ut alibi aliis diis tutelaribus urbium ac præsidibus. Haud dubie scriptum est carmen in victoriam Olympicam, eandemne cum priore illâ an diversam quis dixerit? Jam autem iidem Dioscuri inter præsides certaminum Olympicorum erant v. 64. Iisdem etiam vult poëta carmen suum ἁδεῖν, probari. Τὰ Θεοξένια prorsus sunt aliena ab hoc carmine; sunt enim ea sacra, quibus dii hospites, ξένοι, adesse visi (unde dicti ξενικοὶ), aut omnino, aut certi dii; ut Apollo et Mercurius Pallenæ, unde Apollo θεοξένιος: Pausan. VII. 27. Erant Θεοξένια Delphis: ut ex Athen. IX. p. 372. A. patet, et sic alibi alia. Φιλόξεινοι autem sunt Dioscuri, non propter τὰ Θεοξένια, sed quia σωτῆρες sunt hominum in discrimine versantium: quod Simonidis exemplo constat, inprimis tamen navigantium. Theocr. XXII. 6—9. et 23. ὦ ἄμφω θνατοῖσι βοηθόοι, ὦ φίλοι ἄμφω.

4—6. Est impediti aliquid in his versibus: Θήρωνος ὀλυμπιονίκαν ὕμνον ἀκαμαντοπόδων ἵππων ἄωτον ὀρθώσαις (seu verius ὀρθώσαις). Sensit quoque Mingarellus, qui ὀρθοῦν ὕμνον recte dici negat; ὀρθοῦν esse *extollere laudibus*. Isthm. I. 64. IV. 65. Py. IV. 106. (quo l. est *confirmare animum*.) At Ol. VII. 38. est διορθοῦν λόγον, *laudem*, idem quod ὀρθοῦν ὕμνον. Ductum puta a monumento vel statuâ; ὀρθοῦν στήλην. Gravius est, ἵππων ἄωτον esse non posse nisi *præstantes equas*. Corrigit igitur vir doctus: Θήρωνος ὀλυμπιονικᾶν ὕμνῳ ὀρθώσαις ἀκαμαντοπόδων ἵππων ἄωτον, *hymno extollens ac celebrans præstantissimas The-*

PARAPHRASIS BENEDICTINA.

Strophe I. 1—9.

Instituo inclytum Agrigentum ornare, eximiâ laude Theronis equos pedibus indefessos celebrando: quos illi renunciatum est victoriam Olympicam reportâsse, cùm Theoxenia agitaret. Quorum sacrorum cum fuerint auctores Castor et Pollux, ipsis, necnon Helenæ sorori, hoc carmine placere opto. Musa autem mihi sic astitit, novâ varietate admirandum

Μοῖσα δ' οὕτω ποι παρέστα
Μοι νεοσίγαλον εὑρόντι τρόπον,
Δωρίῳ φωνὰν ἐναρμόξαι πεδίλῳ

A. α'. K. θ'.

Ἀγλαόκωμον. ἐπεὶ χαίταισι μὲν
Ζευχθέντες ἔπι στέφανοι
Πράσσοντί με τοῦτο θεόδματον χρέος,
Φόρμιγγά τε ποικιλόγαρυν,
Καὶ βοὰν αὐλῶν, ἐπέων τε θέσιν,
Αἰνησιδάμου
Παιδὶ συμμῖξαι πρεπόντως·
Ἅ, τε Πίσα με γεγωνεῖν· τᾶς ἄπο
Θεύμοροι νίσσοντ' ἐπ' ἀνθρώπους ἀοιδαί,·

ronis equas, quibus victoriam Olympiæ retulit. Vide in var. lect. an melius conjecerim. ὕμνος ἄωτος utique pro ὕμνων ἄωτος dici nequit, nec ἄωτος ἵππων pro ornamento equorum.

7, 8. οὕτω που Schol. intp. *ut probarer Dioscuris.* Melius: Μοῖσα παρέστα μοι, εὑρόντι οὕτω που ν. τρόπον ἀγλ. (ὥστε) ἐναρμόξαι φ. Δ. π. Sed nec hoc satisfacit.

[9. πεδίλῳ. hoc est ῥυθμῷ. Metaphoricè sumitur Doricum calceamentum pro harmoniâ vel rythmo. Translatum ab usu Tragœdiarum et Comœdiarum in quibus certo calceamenti genere utebantur. BEN.]

13, 14. Jungit lyram et tibiam sæpe, Ol. VII. 21, 22. X. 113, 114. Nem. IX. 19. Isthm. V. 34, 35. et tibias appellat *Lydias*, Ol. V. 44.

[17. ἅ, τε Πίσα με γεγωνεῖν. subaudi ἐπιπράττει με γεγωνεῖν. Altera causa impellens quæ hâc antistrophâ continetur; nimirum locus certaminis; unde petit et aucupatur digressionem de Herculis peregrinatione ad Hyperboreos. BEN.]

in Theoxenia scribendi commento modum, ut carmen vocemque, quâ ornatur chorea, Dorico numero accommodaverim.

ANTISTROPHE I. 10—18.

Etenim equorum Theronis victoria, ob quam implicatæ sunt illorum jubis corollæ, exigit a me ut debitum hoc encomium, afflatu Musarum contextum, in gratiam Theronis Æenesidemi filii proferam, quod ad citharam diversas voces exprimentem, ad tibiæ cantum, et vivæ vocis modulationem decenter aptetur. Quinetiam hoc ipsum exigit Pisa, a quâ ad victores homines redundat non vulgaris gloria, quam divina poëtarum carmina decantant.

E. α΄. K. θ΄.

Ὦ τινι, κραίνων ἐφετμὰς
Ἡρακλέος προτέρας,
Ἀτρεκὴς Ἑλλανοδίκας γλεφάρων
Αἰτωλὸς ἀνὴρ ὑψόθεν
Ἀμφὶ κόμαισι βάλοι γλαυ-
κόχροα κόσμον ἐλαίας. τάν ποτε
Ἴστρου ἀπὸ σκιαρᾶν παγᾶν ἔνεικεν
Ἀμφιτρυωνιάδας,
Μνᾶμα τῶν Οὐλυμπίᾳ κάλλιστον ἄθλων,

Σ. β΄. K. θ΄.

Δᾶμον Ὑπερβορέων πείσαις, Ἀπόλ-
λωνος θεράποντα. Ὅγε

[22. Αἰτωλὸς ἀνήρ. Respicit ad Oxylum, quem Hercules, Olympiorum auctor, primum unumque judicem constituit, patriâ Ætolum. Ben.]

25. Locus notabilis propter veterum inscitiam geographiæ et vagam Hyperboreorum notitiam. Oleaster petitus esse non potuit nisi ex australibus Europæ terris. De Istri fontibus non minus inscite Herodot. II. 33, 34. Auct. de Mirab. Ausc. c. 112. Repetit sua ex Pindaro Pausan. V. 7. p. 392. sed nil emendatius tradit.

29, sq. Totum locum interpunctione laborare suspicor, et continuandam orationem esse, a ver. 24, ad 32. τάν ποτε— ἔνεικεν Ἀμφιτρυωνιάδας, — δᾶμον Ὑπερβορέων πείσαις, Ἀπόλ- λωνος θεράποντα, λόγῳ, πιστὰ φρονέων Διὸς αἴτει, πανδόκῳ ἄλσει, σκιαρόν τε φύτευμα ξυνὸν ἀνθρώποις, στέφανόν τ' ἀρετᾶν, *quam oleam* (κότινον proprie) *Hercules attulit, precibus datam ab Hyperboreis, memor fani Jovis, arborem umbrosam, hospitalem, et virtutis præmium.* Ita retinere licet grammaticorum rationem, ut αἴτει sit ἀπὸ τοῦ αἶτος, διαίτημα, τέμενος τοῦ Διός. Etsi αἴτει pro ᾔτει recte se haberet, ut Py. IX. 189. αἴτιον. Nec vero ἄλσει in

Epod. I. 19—27.

Ad eos nimirum quibus incorruptus certaminis arbiter vir Ætolus, seu Eleus, antiqua Herculis mandata exequens, in decus et ornamentum supra palpebras capiti circumposuit coronam glauci oleastri: quem celebris ille Amphitryonis filius, ab Istri fontibus, qui hoc arborum genere aliisque consiti obumbrantur, olim attulit, ut esset pulcherrimum monumentum Olympicorum certaminum.

Strophe II. 28—36.

Postquam oratione suâ ita flexit Hyperboreorum, Apollinis cultorum,

Πιστὰ φρονέων, Διὸς αἴτει πανδόκῳ
Ἄλσει σκιαρόν τε φύτευμα
Ξυνὸν ἀνθρώποις, στέφανόν τ' ἀρετᾶς.
Ἤδη γὰρ αὐτῷ,
Πατρὶ μὲν βωμῶν ἁγισθέν-
των, διχόμηνις ὅλον χρυσάρματος
Ἑσπέρας ὀφθαλμὸν ἀντέφλεξε Μήνα,

A. β'. K. γ'.

Καὶ μεγάλων ἀέθλων ἁγνὰν κρίσιν
Καὶ πενταετηρίδ' ἁμᾶ
Θῆκε ζαθέοις ἐπὶ κρημνοῖς Ἀλφεοῦ.
Ἀλλ' οὐ καλὰ δένδρε' ἔθαλλε
Χῶρος ἐν βάσσαις Κρονίου Πέλοπος.

Ἄλσει mutandum, nam et alibi ἄλσος Διὸς vel Πίσας, dixit. ξυνὸν ἀνθρώποις, scil. propter umbram, ex σκιαρόν. Potest quoque cum Beckio ἤνῳκεν—Διὸς αἴτει, πανδόκῳ ἄλσει, bene jungi: h. εἰς ἄλσος, ἐν ᾧ Ζεὺς αἰνεῖ. Modo jungantur ista ἤνωκεν A. πείσαις λόγῳ. Sequitur v. 33, sq. *Nam jam semel habita fuerant ab Hercule Olympia, victo Augeâ;* (vid. inf. Ol. X. 30, sqq.) *at erat tum locus arboribus vacuus et solis radiis obnoxius:* cf. sup. II. 5, 7. et X. 51, sq. Post ludos actos ad Cervam æripedem capiendam profectus est: qui fuit proximus ab Augeâ labor secundum nostrum; diversa narrant alii. Apollod. II. 7. 2. post omnes XII. labores exantlatos Augeam victum memorat.

35, 6. Ludi habebantur die proximo a plenilunio ejus mensis, cujus novilunium proxime post solstitium æstivum subsequutum erat. Ergo Μήνη χρυσάρματος διχόμηνις (inde a novilunio) ἀντέφλεξεν ὀφθαλμόν, (*illustraverat*, ad verbum, ex adverso spectantibus, *plenum vultum*, h. e. erat plenilunium,) καθ' ἑσπέρας—καὶ—κρίσιν—θῆκε Luna, tanquam tempus, quo illa facta sunt.

41. χῶρος Πέλοπος, Olympia, ἐν βάσσαις Κρονίου (ὄρους I. 178, 9.)

animos, ut petitionem impetrârit. Nam ille, benevolo erga eos animo affectus, plantam hanc petiit, ut eâ consereret Jovis delubrum, quo confluentes undique hospites recipiuntur; cujus ex frondibus, communis hominibus umbra, et strenuis certaminum victoribus corona pararetur. Jam enim plenilunium instare: quo, cùm aureo curru vecta Luna vesperi, toto orbe illustratur, victimis honorandæ sibi sunt Jovis patris aræ;

ANTISTROPHE II. 37—45.

et ferendum sanctum atque incorruptum judicium magnorum certaminum, quæ instituto a se quinquennio mox erant celebranda in Elide prope Alphei divini fluvii præcipitia. At in convallibus Cronii collis Pelopis, unde spectantur athletæ, nullas virere arbores ad loci decus et

Τούτων ἔδοξε
Γυμνὸς αὐτῷ κᾶπος ὀξεί-
αις ὑπακουέμεν αὐγαῖς ἁλίου.
Δὴ τότ' ἐς γαῖαν πορεύειν θυμὸς ὥρμαι-

E. β'. K. θ'.

ν' Ἰστρίαν νιν. Ἔνθα Λατοῦς
Ἱπποσόα θυγάτηρ
Δέξατ' ἐλθόντ' Ἀρκαδίας ἀπὸ δει-
ρᾶν καὶ πολυγνάμπτων μυχῶν·
Εὖτέ μιν, ἀγγελίαις Εὐ-
ρυσθέος, ἔντυ' ἀνάγκα πατρόθεν
Χρυσόκερων ἔλαφον θήλειαν ἄξον-
θ'· ἅν ποτε Ταϋγέτα
Ἀντιθεῖσ' Ὀρθωσίᾳ ἔγραψεν ἱεράν.

Σ. γ'. K. θ'.

Τὰν μεθέπων, ἴδε κἀκείναν χθόνα,
Πνοιᾶς ὄπιθεν Βορέα
Ψυχροῦ. τόθι δένδρεα θαύμαινε σταθείς.

[44. ὑπακουέμεν. Triclinius exponit pro, εἰς πεῖραν ἔρχεσθαι τῶν σφοδρῶν ἀκτίνων τοῦ ἡλίου, *tentari vehementibus radiis solis.* Ben.]

56. ὄπιθεν Βορέα. v. ad v. 25.

commoditatem. Ideoque, cùm illud solum nudum, nullâ umbrâ gratum esse videretur, sed receptis solaribus radiis ferveret, sibi in mentem venisse, ut in regionem Istrianam, hoc est, Scythicam, proficisceretur.

Epod. II. 46—54.

Hìc Diana Latonæ filia, equorum agitatrix, excepit eum, cùm ex Arcadiâ veniret; quæ altis montium jugis, et depressis convallibus constat. Idque cùm, obeundo Eurysthei mandata, (paterno decreto illis obligatus, cùm Junoni concessisset ut natu posterior, priori inserviret,) aureis cornibus insignem Cervam fœminam captaret, Eurystheo in Græciam adducendam, quam Taygeta olim Dianæ consecrârat, quòd ab eâ in cervam mutata Jovis libidinem effugisset.

Strophe III. 55—63.

Dum autem eam insequebatur cervam, vidit Hyperboreorum regionem a tergo Boreæ venti sitam. Tunc obstupefactus constitit, conspiciens egregias

Τῶν νιν γλυκὺς ἵμερος ἔσχεν,
Δωδεκάγναμπτον περὶ τέρμα δρόμου
Ἵππων φυτεῦσαι.
Καί νυν ἐς ταύταν ἑορτὰν
Ἵλαος ἀντιθέοισιν νίσσεται
Σὺν βαθυζώνου διδύμοις παισὶ Λήδας.

Α. γ΄. Κ. θ΄.

Τοῖς γὰρ ἐπέτραπεν, Οὔλυμπόνδ᾽ ἰὼν,
Θαητὸν ἀγῶνα νέμειν
Ἀνδρῶν τ᾽ ἀρετᾶς πέρι, καὶ ῥιμφαρμάτου
Διφρηλασίας. Ἐμὲ δ᾽ ὦν πα
Θυμὸς ὀτρύνει φάμεν, Ἐμμενίδαις
Θήρωνί τ᾽ ἐλθεῖν
Κῦδος, εὐίππων διδόντων

58. Plin. XVI. s. 89. *Olympiæ oleaster, ex quo Hercules primus coronatus est, et nunc custoditur religiosè.*

61. ἐς ταύταν ἑορτὰν, ad victoriam Theronis celebrandam (non ad Θεοξένια). Patet e seqq. et Nem. X. 96, sq. etiam Dioscuros fuisse inter deos præsides ludorum Olympicorum. *Et nunc adest ille propitius solenni victoris unà cum Dioscuris, quos olim jussit præesse ludis, se ad deos evocato.* Tum interpunxi: τοῖς γὰρ ἐπέτραπεν, Οὔλυμπόνδ᾽ ἰὼν, θαητὸν ἀγῶνα νέμειν ἀνδρῶν τ᾽ ἀρετᾶς πέρι, καὶ ῥιμφαρμάτου διφρηλασίας: est enim ἀγὼν περὶ ἀρετῆς καὶ διφρηλασίας.

67—74. *Et nunc victoriam curulem hanc Olympicam Emmenidarum tribui et Theroni non alio quam Dioscurorum studio obtigisse pronuntio: quia eos præcipuâ aliquâ religione colunt.* Similis locus est inf. Ol. VI. 137. add. Ol. I. 171. ἐμὲ θυμὸς ἐποτρύνει, *non possum non, quin eloquar.* τελεταὶ μακάρων sunt *ipsorum Dioscurorum festa.* τραπέζας ξενίας de *epulis sacrorum* accipio, quibus adhibentur alii, tanquam hospites.

arbores: eumque simul invasit dulcis cupido iis conserendi ambitum stadii Olympici, ubi duodecies circum metam currus flectuntur a certatoribus. Idemque nunc Hercules, cum divinis Ledæ decenter cinctæ filiis Castore et Polluce, benignus ad hanc quæ fit a Therone Theoxeniorum celebritatem accedit.

ANTISTROPHE III. 64—72.

Nam cùm in cœlum ad Deos ascensurus esset, his commisit gubernationem spectabilis hujus certaminis, in quo virium corporis, et fortitudinis specimen edunt athletæ, et currus qui a velocibus equis trahuntur, agitant aurigæ. Quare me animus impellit ad dicendum toti Emmenidarum tribui, ut et Theroni, gloriam obtigisse, quam equis insignes heroës Castor et Pollux impertiverunt: quo se gratos præberent præstiti sibi officii, quum

Τυνδαριδᾶν· ὅτι πλείσταισι βροτῶν
Ξεινίαις αὐτοὺς ἐποίχονται τραπέζαις,

E. γ'. K. θ'.

Εὐσεβεῖ γνώμᾳ φυλάσσον-
τες μακάρων τελετάς.
Εἰ δ' ἀριστεύει μὲν ὕδωρ, κτεάνων
Δὲ χρυσὸς αἰδοιέστατον·
Νῦν γε πρὸς ἐσχατιὰν Θή-
ρων ἀρεταῖσιν ἱκάνων ἅπτεται
Οἴκοθεν Ἡρακλέος σταλᾶν. τὸ πόρσω
Δ' ἐστὶ σοφοῖς ἄβατον
Κἀσόφοις. οὐ μὴν διώξω. κεινὸς εἴην.

75—81. *Victori in Olympicis ludis summam*, ait, *adesse gloriam, quâ nulla major expectari possit.* Lyricâ audaciâ hoc declaravit: εἰ δὲ ἀριστεύει μὲν ὕδωρ— νῦν γε. *Si—nunc quoque*, pro: *ut aqua et aurum* (inter elementa illud, hoc inter metalla) *primum tenent locum: sic Theron ad summum felicitatis et gloriæ fastigium pervenit:* νῦν γε Θήρων, ἱκάνων ἀρεταῖς (διὰ ἀρετῶν) οἴκοθεν (h. e. διὰ οἰκείων ἀρετῶν) πρὸς ἐσχατιὰν, ἅπτεται στηλᾶν Ἡρακλέος: *extremum terminum attigit.* Hic verborum ordo. Variavit et invertit orationem carminis I. Ol. princ. Addit 79, 80, 1. hæc: *ultra columnas illas procedi non posse, nec cuiquam hoc tentandum esse:* οὐ δυνατὸν εἶναι. ut Scylax de Cerne insulâ, p. 53. τὰ ἐπέκεινα οὐκέτι ἐστὶ πλωτὰ—. Pronuntiavit hoc, ut solet, tanquam de se: οὐ μὴν διώξω· κεινὸς εἴην· pro, κενὸν εἴη τοῦτο. Cæterum *fastigium gloriæ ex certaminibus* sæpe sic declarat Pindarus: vid. Nem. III. 35-8. IV. 112-15. Isthm. IV. 18—20. VI. 14—19. quod sequuntur et alii, ut Eurip. in Hippol. 750. Aliud inventum v. ib. Isthm. V. 17. VII. 60, sq. aliud Py. X. 42, sqq. et Ol. V. fin. Nem. IX. 109.

pluribus, quàm alii mortales, sacrificiis et mensis hospitalibus Emmenidæ seu Agrigentini, et Theron, ipsos adeant:

EPOD. III. 73—*ad fin.*

Adeò religiosè debitas Diis solennitates observant. Ut autem aqua inter elementa primatum obtinet, et inter divitias pretiosissimum est aurum; sic Theron, extremos virtutis limites assecutus, Herculis ad columnas, nempe ad culmen præstantiæ, domesticis virtutibus instructus, pervenit: Quare, sicuti non licet ipsi, partâ Olympiacâ victoriâ, ulterius in viâ virtutis progredi; sic non pluribus laudibus ipsum prosequar. Nam, summâ laude propositâ, alias qualescunque congerere hominis inepti esset.

ΟΛΥΜΠΙΑ.

Εἶδος δ'.

ΨΑΥΜΙΔΙ ΚΑΜΑΡΙΝΑΙΩ.

Ἵπποις.

ARGUMENTUM.

Ad Jovem conversus vota facit pro Psaumide Camarinæo victore quadrigis —24. Subjicit laudes—27. quarum veritatem re ipsâ argui ait; quod fabulâ illustrat de Ergino, quem, propter canos risu exceptum, cursus, adeoque ipsa res, pedibus valentem declaravit.

Σ. α΄. Κ. ις΄.

Ἐλατὴρ ὑπέρτατε βροντᾶς
Ἀκαμαντόποδος
Ζεῦ· τεαὶ γὰρ ὧραι
Ὑπὸ ποικιλοφόρμιγγος ἀοιδᾶς
Ἑλισσόμεναί μ' ἔπεμψαν,
Ὑψηλοτάτων μάρτυρ' ἀέθλων·
Ξείνων δ' εὖ πρασσόντων, ἔσαναν
Αὐτίκ' ἀγγελίαν
Ποτὶ γλυκεῖαν ἐσλοί·
Ἀλλ', ὦ Κρόνου παῖ, ὃς Αἴτναν ἔχεις,
Ἶπον ἠνεμόεσσαν ἑκατογ-

NOTÆ HEYNIANÆ.

Inscribitur ἵπποις, quod idem est ac σιδηρίππῳ ἅρματι. Unde est v. 19. Ψαύμιος γὰρ ἥκει (ἵππ') ὀχέων. Sic ἵπποις sæpe in nostro quoque, ut Ol. V. 15. et sic inscripta Isthm. III. Diversa fuit victoria hæc, quæ ad Olymp. LXXXII. refertur, ab eâ, quam carmine sequenti celebrat: v. ad ejus pr.

3. Ζεῦ—ἀλλ' ὦ Κρόνου παῖ—δίκευ, *Excipe propitiâ mente Hymnum in victoriam Psaumidis; nam tuum solenne poscit me, ut celebrem summam victoriam carmine lyrico, cum hospes meus sit renuntiatus victor.* Hæc lyricè quomodo extulerit, vide. τεαὶ γὰρ ὧραι, *tuum solenne* (Olympicum) ἑλισσόμεναι (*volvens se, redeuntes anno quinto*) ἔπεμψάν με (πέμπουσι, μεταπέμπονται, *arcessunt me*) μάρτυρ' ἀέθλων ὑπὸ π. ἀοιδᾶς (διὰ, σὺν, nam poëta dicitur μαρτυρεῖν ea, *quæ celebrat:* v. c. Ol. I. 35.) Mox, 7. ἔσαναν, σαίνουσιν, ἥδονται.

11. Ἶπον esse *onus impositum*, dubitari nequit, post illustrationes voc. ἰπεῦσθαι, a viris doctis propositas: Hemsterh. ad

PARAPHRASIS BENEDICTINA.

STROPHE I. 1—15.

SUMME Deorum Jupiter, qui tonitrua, velocissimo fragore crepantia, volvis et impellis, (quandoquidem illæ tuæ cœli janitrices horæ, volventibus annis Olympiadem tibi sacram revexerunt: meque Olympicorum certaminum summè præstantium testem miserunt, ut victorem Psaumidem encomio, citharâ varios edente modulos canendo, prædicem: cujus virtutem illaudatam præterire non debeo, cùm sim ejus amicus: et sit virorum bonorum, audito dulci nuntio rei ab amicis feliciter gestæ, gestire protinus gaudio, eisque animo invidiâ vacuo gratulari;) Rogo te, fili Saturni, Jupiter, qui ventis expositam Ætnam tenes, cujus onere jacet obrutus centiceps

κεφάλα Τυφῶνος ὀβρίμου,
Οὐλυμπιονίκαν
Δέκευ Χαρίτων ἕκα-
τι τόνδε Κῶμον,

A. α'. K. ις'.

Χρονιώτατον φάος εὐρυ-
σθενέων ἀρετᾶν.
Ψαύμιος γὰρ ἥκει
Ὀχέων· ὅς, ἐλαίᾳ στεφανωθεὶς
Πισάτιδι, κῦδος ὄρσαι
Σπεύδει Καμαρίνᾳ. Θεὸς εὔφρων
Εἴη λοιπαῖς εὐχαῖς· ἐπεί μιν
Αἰνέω, μάλα μὲν
Τροφαῖς ἕτοιμον ἵππων,

Aristoph. Plutum, p. 279. Brunck. ad Lysistr. 291. tum ap. Æschyl. Prom. 365. et Gedik. Carm. Select. ad h. l. τὸν ἱστὸν illustrat Dawes, Misc. Crit. p. 200.

14. Χάριτες spectant ad *victoriæ decus, quod consequutus est Psaumis*. Est enim χάρις sæpe ἡ νίκη, et χάριτες eodem modo: ut χάριτες et χάρις omnino quodvis *decus, laus*; v. c. Py. IV. 490. porro *beneficium*, χάρμα Py. III. 127. tum χάρις etiam est *hymnus*, et Χάριτες poëtæ lyrico sunt *Musarum* loco: quo nihil frequentius, v. c. Nem. III. pr. Hinc et Χάριτες dicuntur *favere, propitiæ esse victori*, ut Nem. V. extr. et potest sic etiam h. l. Χαρίτων scribi, ut sit Χαρίτων ἕκατι, *Charitum, quibus victoriæ decus debetur, beneficio, propter victoriam.* Sic Διὸς ἕκατι Isthm. V. 37. Similiter Κάστορος ἕκατι Py. V. 10, 11. Ne. VII. 22. et sic aliquoties.—*Excipe, Jupiter Ætnæe, Hymnum huncce*, Κῶμον. In voc. Κῶμος adjuncta est hymno notio pompæ victoris, dum carmen accinitur: nam mox ille v. 19. Κῶμος ἥκει (ἐπὶ) ὀχέων Ψαύμιος. In personam autem illum mutari a poëtâ, obvium est.

ille Typhon validus, quem fulmine sub eum montem detrusisti, accipe, et boni consule Gratiarum causâ chorealem hunc hymnum,

ANTISTROPHE I. 16—30.

virtutibus præpotentibus perenne allaturum lumen, ei qui Olympia nomini tuo sacra vicit. Etenim hic hymnus curru Psaumidis vehitur, scilicet ejus laudes canit, qui, coronam oleastri Elei, quadrigarum ob victoriam, consecutus, magnam Camarinæ patriæ gloriam affert. Cui quemadmodum, hunc successum optanti, favit Deus, utinam et in reliquis votis sit propitius: quandoquidem eximiis virtutibus præditus refulget. Nam vehementi alendorum equorum studio tenetur: hospitalitate gaudet,

Χαίροντά τε ξενίαις πανδόκοις,
Καὶ πρὸς ἁσυχίαν φιλόπολιν
Καθαρᾷ γνώμᾳ τετραμμένον.
Οὐ ψεύδεϊ τέγξω
Λόγον. διάπειρά τοι
Βροτῶν ἔλεγχος.

Ε. Κ. ιβ'.

Ἅ περ Κλυμένοιο παῖδα
Λαμνιάδων γυναικῶν
Ἔλυσεν ἐξ ἀτιμίας,
Χαλκοῖσι δ' ἐν ἔντεσι νικῶν
Δρόμον, ἔειπεν Ὑψιπυλείᾳ,
Μετὰ στέφανον ἰών·
Οὗτος ἐγὼ ταχυτᾶτι·

29. Dixerat: *non contaminabo laudem mendacio*, hoc est veram laudem eloquar, *quam ipsa res veram esse arguet.* Hoc dixit: *experientia*, ipsa res, eventus, *verum arguit*, ἐλέγχει. Eadem sententia erat Ol. I. 53.

31. Vid. Schol. Sufficit tenere, in certaminibus adventu Argonautarum in Lemno ab Hypsipyle habitis prodiisse ad cursus (et quidem ὁπλίτου, ut v. 34. patet) certamen Erginum jam ætate provectum. Exceptus risu fœminarum, mox victor ad præmium ab Hypsipyle repetendum accedens, *Ecce me*, ait, *pedum velocitate satis valentem; nec minus manuum virtute et animo.* Ergo et in hoc ipsa res arguebat Erginum pedum velocitate et corporis robore valere. Debuit autem hoc ex antiquiore Argonauticorum scriptore notum esse.

quâ quemvis, excluso nemine, dignatur; est reipublicæ amantissimus, et ad pacem patriæ tuendam educatus, vir fuco carens, et sincerâ mente clarus. Ob quæ ipsum laudo: nec ullatenus mentior. Quod vulgi, illius humanitatem experti, testimonium comprobat. Nam experientia satis superque arguit quales sint homines. Quæ nunc ostendit Psaumidem, quamquam erat ante annos canus, non minus fuisse fortem, et ad Olympia aptum, siquidem victoriam reportavit.

EPOD. 31—*ad fin.*

Ut et Ergini canos prematuros, nihil vegetis juvenilium annorum viribus detraxisse arguit; quum in stadium ingressus, præter opinionem omnium vicit: et Lemniacarum mulierum irrisionem eluit: ita ut admiratæ sint eum quem ex canitie ad certamen non idoneum judicabant. Qui, cùm in armis æneis Zeten et Calain juniores cursu superâsset: et ad petendam ab Hypsipylâ coronam se conferret, ei dixit: "Ego, quem despiciebatis ob

Χεῖρες δὲ καὶ ἦτορ ἴσον.
Φύονται δὲ καὶ νέοις
Ἐν ἀνδράσι πολιαὶ
Θαμὰ, καὶ παρὰ τὸν ἁλικίας
Ἐοικότα χρόνον.

39. Volunt Psaumidem *canum* certasse, et in eo *comparationis vim* quærunt. Addunt quoque Psaumidem jam senem fuisse, ex Olymp. V. 51. Omnia sunt aliena. Immo vero est hoc epiphonema poëtæ. *Fieri interdum potest, ut aliquis mature canus sit, juvenili tamen vigore et robore utatur.*

canitiem, eâ sum pedum celeritate non expectatâ, quam facto periculo vidistis. Mearum etiam manuum vires animi alacritati respondent. Nec mirum est me ætate florenti robustum simul esse, et capillis canum, ex quibus me annosiorem, ac proinde infirmiorem, conjiciebatis. Nam canities juvenilem comam plerumque inficit, quamvis id accidat præter ætatis decorum."

Σ. α'. Κ. ιε'.

Ἐλατὴρ ὑπέρτατε βροντᾶς
Ἀκαμαντόποδος
Ζεῦ· τεαὶ γὰρ ὧραι
Ὑπὸ ποικιλοφόρμιγγος ἀοιδᾶς
Ἑλισσόμεναί μ' ἔπεμψαν,
Ὑψηλοτάτων μάρτυρ' ἀέθλων·
Ξείνων δ' εὖ πρασσόντων, ἔσαναν
Αὐτίκ' ἀγγελίαν
Ποτὶ γλυκεῖαν ἐσλοί·
Ἀλλ', ὦ Κρόνου παῖ, ὃς Αἴτναν ἔχεις,
Ἶπον ἠνεμόεσσαν ἑκατογ-

NOTÆ HEYNIANÆ.

Inscribitur ἵπποις, quod idem est ac τεθρίππῳ ἅρματι. Unde est v. 19. Ψαύμιος γὰρ ἥκει (ἵπ') ὀχέων. Sic ἵπποις sæpe in nostro quoque, ut Ol. V. 15. et sic inscripta Isthm. III. Diversa fuit victoria hæc, quæ ad Olymp. LXXXII. refertur, ab eâ, quam carmine sequenti celebrat: v. ad ejus pr.

3. Ζεῦ—ἀλλ' ὦ Κρόνου παῖ—δέκευ, *Excipe propitiâ mente Hymnum in victoriam Psaumidis; nam tuum solenne poscit me, ut celebrem summam victoriam carmine lyrico, cum hospes meus sit renuntiatus victor.* Hæc lyricè quomodo extulerit, vide. ταὶ γὰρ ὧραι, *tuum solenne* (Olympicum) ἑλισσόμεναι (*volvens se, rediens anno quinto*) ἔπεμψάν με (πέμπουσι, μεταπέμπονται, *arcessunt me*) μάρτυρα ἀέθλων ὑπὸ π. ἀοιδᾶς (διὰ, σὺν, nam poëta dicitur μαρτυρεῖν ea, *quæ celebrat :* v. c. Ol. VI. 35.) Mox, 7. ἔσαναν, σαίνουσιν, ἥδονται.

11. Ἶπον esse *onus impositum*, dubitari nequit, post illustrationes voc. ἰποῦσθαι, a viris doctis propositas: Hemsterh. ad

PARAPHRASIS BENEDICTINA.

STROPHE I. 1—15.

SUMME Deorum Jupiter, qui tonitrua, velocissimo fragore crepantia, volvis et impellis, (quandoquidem illæ tuæ cœli janitrices horæ, volventibus annis Olympiadem tibi sacram revexerunt: meque Olympicorum certaminum summè præstantium testem miserunt, ut victorem Psaumidem encomio, citharâ varios edente modulos canendo, prædicem: cujus virtutem illaudatam præterire non debeo, cùm sim ejus amicus: et sit virorum bonorum, audito dulci nuntio rei ab amicis felicíter gestæ, gestire protinus gaudio, eisque animo invidiâ vacuo gratulari;) Rogo te, fili Saturni, Jupiter, qui ventis expositam Ætnam tenes, cujus onere jacet obrutus centiceps

κεφάλα Τυφῶνος ὀβρίμου,
Οὐλυμπιονίκαν
Δίκευ Χαρίτων ἕκα-
τι τόνδε Κῶμον,

A. α'. K. ιε'.

Χρονιώτατον φάος εὐρυ-
σθενέων ἀρετᾶν.
Ψαύμιος γὰρ ἥκει
Ὀχέων· ὅς, ἐλαίᾳ στεφανωθεὶς
Πισάτιδι, κῦδος ὄρσαι
Σπεύδει Καμαρίνᾳ. Θεὸς εὔφρων
Εἴη λοιπαῖς εὐχαῖς· ἐπεί μιν
Αἰνέω, μάλα μὲν
Τροφαῖς ἕτοιμον ἵππων,

Aristoph. Plutum, p. 279. Brunck. ad Lysistr. 291. tum ap. Æschyl. Prom. 365. et Gedik. Carm. Select. ad h. l. τὸν ἱππὸν illustrat Dawes, Misc. Crit. p. 200.

14. Χάριτες spectant ad *victoriæ decus, quod consequutus est Psaumis.* Est enim χάρις sæpe ἡ νίκη, et χάριτες eodem modo: ut χάριτες et χάρις omnino quodvis *decus, laus*; v. c. Py. IV. 490. porro *beneficium,* χάρμα Py. III. 127. tum χάρις etiam est *hymnus,* et Χάριτες poëtæ lyrico sunt *Musarum* loco: quo nihil frequentius, v. c. Nem. III. pr. Hinc et Χάριτες dicuntur *favere, propitiæ esse victori,* ut Nem. V. extr. et potest sic etiam h. l. Χαρίτων scribi, ut sit Χαρίτων ἕκατι, *Charitum, quibus victoriæ decus debetur, beneficio, propter victoriam.* Sic Διὸς ἕκατι Isthm. V. 37. Similiter Κάστορος ἕκατι Py. V. 10, 11. Ne. VII. 22. et sic aliquoties.—*Excipe, Jupiter Ætnæe, Hymnum huncce,* Κῶμον. In voc. Κῶμος adjuncta est hymno notio pompæ victoris, dum carmen accinitur: nam mox ille v. 19. Κῶμος ἥκει (ἐπὶ) ὀχέων Ψαύμιος. In personam autem illum mutari a poëtâ, obvium est.

ille Typhon validus, quem fulmine sub eum montem detrusisti, accipe, et boni consule Gratiarum causâ chorealem hunc hymnum,

ANTISTROPHE I. 16—30.

virtutibus præpotentibus perenne allaturum lumen, ei qui Olympia nomini tuo sacra vicit. Etenim hic hymnus curru Psaumidis vehitur, scilicet ejus laudes canit, qui, coronam oleastri Elei, quadrigarum ob victoriam, consecutus, magnam Camarinæ patriæ gloriam affert. Cui quemadmodum, hunc successum optanti, favit Deus, utinam et in reliquis votis sit propitius: quandoquidem eximiis virtutibus præditus refulget. Nam vehementi alendorum equorum studio tenetur: hospitalitate gaudet,

Σ. α'. Κ. ιθ'.

ΥΨΗΛΑΝ ἀρετᾶν καὶ
Στεφάνων ἄωτον γλυκὺν
Τῶν Οὐλυμπίᾳ,
Ὠκεανοῦ θύγατερ,
Καρδίᾳ γελανεῖ
Ἀκαμαντόποδός τ' ἀπήνας δέκευ
Ψαύμιός τε δῶρα·
Ὃς, τὰν σὰν πόλιν αὔξων,
Καμαρίνα, λαοτρόφον,
Βωμοὺς ἓξ διδύ-
μους ἐγέραρεν ἑορ-
ταῖς θεῶν μεγίσταις,
Ὑπὸ βουθυσίαις, ἀέθλων τε πεμ-

[12. μεγίσταις ὑπὸ βουθυσίαις. Ed. Ben.]

NOTÆ HEYNIANÆ;
INTERPOSITIS QUIBUSDAM BENEDICTINIS.

Victoria fuit parta cursu mularum currui junctarum, ut patet ex v. 6. δῶρα ἀπήνης. Adscitus ille fuerat Olympiis Ol. LXX. vid. Pausan. V. 9. Malè grammaticus inscripsit pro solâ ἀπήνῃ tria ex v. 15. Spectat Ode ad aliam Olympiadem quam superior.

4. *Camarina* λίμνη tanquam una e Nymphis Oceanidibus exhibetur. Alluit urbem *Hipparis*, inf. 27. qui etiam in numis occurrit, juvenili specie, capite cornu instructo. v. nunc Eckhel V. C. Doctr. Num. tom. I. p. 199. De urbis originibus v. Diodor. XI. 76.

11. ἱεραῖς. Suppleo et accipio ἐν ἱεραῖς θεῶν μεγίσταις pro singulari *in solenni Olympico, inter sacrificia et certamina, quæ habentur per quinque dies, a die* xi—xvi, *curru, mulis, et celete.* Nec hæc de Psaumide, sed universè erant accipienda. ἐγέραρεν autem tanquam victor, sacro facto in sex aris xii. deorum, cum in singulis essent duo σύμβωμοι, v. c. Jupiter et Neptunus: v. Pausan. V. 14. et Schol. ad h. l.

PARAPHRASIS BENEDICTINA.
STROPHE I. 1—19.

O CAMARINA palus, Oceani filia, accipe animo hilari hoc dulce encomium celsarum virtutum, quarum specimina in Olympiis eduntur, et coronarum quæ victoribus tribuuntur. Cujus doni tibi auctor est Psaumis, re mulari vehiculo præclarè gestâ, qui tuam urbem, populo frequenti alendo accommodam, suâ virtute decorans et amplificans, sex duodecim Deorum aras festis diebus honoravit, oblatis multorum boum sacrificiis, et per dies

πταμέροις ἁμίλλαις,
Ἵπποις, ἡμιόνοις τε, μοναμπυκί-
α τε. τὶν δὲ κῦδος
Ἁβρὸν νικάσαις ἀνέθηκε, καὶ
Ὃν πατέρ' Ἄκρων' ἐκάρυξε, καὶ
Τὰν νέοικον ἕδραν.

Σ. β'. Κ. ιθ'.

Ἵκων δ' Οἰνομάου καὶ
Πέλοπος παρ' εὐηράτων
Σταθμῶν, ὦ πολι-
άοχε Παλλὰς, ἀεί-
δει μὲν ἄλσος ἁγνὸν

[15. *Ἵπποις*, &c. Dicit *ἵπποις*, quòd *τεθρίππῳ* in titulo: *ἡμιόνοις* quòd *ἀπήνῃ* (qui currus mularis Olymp. LXXXVII. in usum venit, et Olymp. LXXXIX. desiit, ut referunt Scholia:) *μοναμπυκίᾳ τε* dicit, quòd *κέλητι*. Est itaque *μοναμπυκία* poët. vocab. quod *μονοχάλινον* interpretatur Scholiastes, *unicum frænum habens*. ex *μόνος* et *ἄμπυξ*, *muliebre capitis redimiculum auro et gemmis variegatum*. Unde metaphoricè ad equorum ornamentum est translatum. Et quoniam celes nudus est equus, soloque fræno exornatus, *μοναμπυκίαν* equum singularem hîc appellat Pindarus. Homerus *χρυσάμπυκας ἵππους*, *διαχρύσοις χαλινοῖς* ornatos dixit. BEN.]

[20. *Ἵκων*, &c. Sic prosâ loquaris: *ἐπανελθὼν δὲ μετὰ νίκης ἀπὸ τῶν καλῶν καὶ εὐδαιμονούντων οἴκων Οἰνομάου καὶ Πέλοπος, ἤγουν ἀπὸ τῆς Ὀλυμπίας*. BEN.]

20—38. Camarina a Syracusanis bis vastata restituta erat Ol. LXXIX. Psaumidis magna videtur in novâ urbe exstruendâ fuisse opera; mox idem ei novum splendorem paravit victoriâ Olympicâ obtinendâ. Refertur ea ad Ol. LXXXII. In seqq. vereor ne imponi nobis patiamur a grammaticis, quasi in fluvio Hippari ratibus advecta fuerint ligna ad urbem exstruendam. Ne sic quidem fluvius dici potest *κολλᾷν θαλάμους*. Verùm Psaumis ille est, qui suis opibus adjuvit colonos novas domos sibi exstructuros. Illustrat victor suam urbem, adeoque et lucum Palladis, et Oanum, et lacum, *καὶ σεμνοὺς ὀχετοὺς* (*alveum*, non, canalem) *Ἵππαρις οἷσιν ἄρδει στρατὸν* (populum pro *urbe*). Nunc ad Psaumidem spectant reliqua: *κολλᾷ τε* (*κόλλα*, pro *ἐκόλλα*, præstaret, et *δὲ*, ad *ἀείδει μὲν*) *ταχέως ἄλσος* (h. *πλῆθος*) *ὑψίγυιον θαλάμων σταδίων* *magnum ædificiorum numerum celeriter educit*, *ἀπ' ἀμαχανίας ἄγων ἐς φάος τόνδε*

quinque agitatis quadrigis, mulari curru, et equo celete, qui unico fræno regitur: ac tibi gloriam eximiam, partâ victoriâ, prout quodpiam donarium, dicavit: fecitque ut cum suo, patris nomen a præcone pronuntiaretur, et civitatis, quam sibi incolendam recens instaurârat, postquàm a Syracusanis olim fuerat vastata.

STROPHE II. 20—38.

Præterea cùm ex Elide, jucundâ Œnomai et Pelopis statione, reversus est, O Camarinæ urbis Dea tutelaris Minerva, sanctum tuum lucum cele-

Τὸ τεὸν, ποταμόν τε Ὤανον, ἐγ-
χωρίαν τε λίμναν,
Καὶ σεμνοὺς ὀχετοὺς, Ἵπ-
παρις οἷσιν ἄρδει στρατὸν,
Κολλᾶ τε σταδί-
ων θαλάμων ταχέως
Ὑψίγυιον ἄλσος,
Ἀπ' ἀμαχανίας ἄγων ἐς φάος
Τόνδε δᾶμον ἀστῶν.
Αἰεὶ δ', ἀμφ' ἀρεταῖσι, πόνος δαπά-
να τε μάρναται πρὸς
Ἔργον κινδύνῳ κεκαλυμμένον.
Εὖ δὲ ἔχοντες, σοφοὶ καὶ πολί-
ταις ἔδοξαν ἔμμεν.

Σ. γ'. Κ. ιθ'.

Σωτὴρ ὑψινεφὲς Ζεῦ,

δᾶμον ἀστῶν, incolumitate, conditione lætâ, populo restitutâ. Fecit ille hoc cum impensis suis magnis: hoc in seqq. ornat generali sententiâ, v. 34—36. *in magnis conatibus*, cœptis, rebus, (ἀμφ' ἀρεταῖσι, sæpe pro ipsis factis, v. c. Ol. VI. 14. et inde pro certamine et victoriâ,) *labor et impensa nititur adversus fortunæ aleam*, h. e. *semper virtute et sumptu certatur ad consequendam rem arduam, discriminis plenam* (propter incertos exitus et successus). πόνος et δαπάνη junguntur in his, ut inf. Isthm. I. 58, 59. VI. 14, 15. Πόνον respicit ὁ κίνδυνος, ut statim VI. 14. ἀρεταὶ ἀκίνδυνοι sunt res gestæ ἄνευ πόνου. ἄπονοι.—37. Εὖ δὲ ἔχοντες, *at qui læto successu utuntur*, (εὖ πράξαντες, εὐτυχοῦντες,) *habentur viri prudentes etiam a civibus suis*, h. e. laudes ferunt.

bravit, fluviumque Oanum, et Camarinam paludem, venerandosque canales, per quos labens Hipparis civitatem irrigat, et ligna deportat, unde excelsarum et stabilium ædium multitudo Camarinæis facilè compingitur: ab inopiâ videlicet gloriæ suos cives in lucem suâ virtute, suisque præmiis ducens, ad quæ capessenda nulli labori, nullis sumptibus pepercit. Siquidem ei, qui virtutem in isto certamine exercet, labor est exantlandus, sumptusque faciendi, quorum ope, quicquid inest et delitescit periculi, superetur: adeò, reportatâ victoriâ summopere expetitâ, civibus sapiens videbatur: quandoquidem quicunque voti fit compos, sapiens existimatur a vulgo, qui consilia successu, et facta eventu metitur.

STROPHE III. 39—*ad fin.*

Cæterum ad te me converto, Servator Jupiter, qui homines in omni

Κρόνιόν τε ναίων λόφον,
Τιμῶν τ' Ἀλφεὸν
Εὐρὺ ῥέοντ' Ἰδαῖ-
όν τε σεμνὸν ἄντρον,
Ἱκέτας σέθεν ἔρχομαι, Λυδίοις
Ἀπύων ἐν αὐλοῖς,
Αἰτήσων πόλιν εὐα-
νορίαισι τάνδε κλυταῖς
Δαιδάλλειν· σέ τ', Ὀ-
λυμπιόνικε, Ποσει-
δανίοισιν ἵπποις
Ἐπιτερπόμενον, φέρειν γῆρας εὔ-
θυμον, ἐς τελευτὰν
Υἱῶν, Ψαῦμι, παρισταμένων· ὑγί-
εντα δ' εἴ τις ὄλβον

44. *Λυδίοις ἐν αὐλοῖς.* Memorantur quoque Ol. XIV. 24. Nem. IV. 73. VIII. 25. Nec tamen dicam, propriè ne sint accipienda an tantum pro epitheto ornante.

48—53. Junctura verborum: *καὶ (αἰτέων τὸν Δία, ὥστε) γῆρας εὔθυμον φέρειν σε, Ψαῦμι Ὀλυμπιόνικε, ἐπιτερπόμενον Π. ἵπποις, ἐς τελευτὰν υἱῶν παρισταμένων*, etc. *Te, Jupiter, ut rogem,—et ut te, o Psaumi, senectus tranquilla deducat* (tibi contingat). Interpunxi nunc post *εὔθυμον*. Gravior sententia est *υἱῶν παρισταμένων ἐς τελευτὰν*, *ut superstites sint liberi parentibus:* quæ votorum summa est.

v. 54. ad f. nondum satis expedita habeo: quia *ἄρδειν ὄλβον* et *ὄλβον ὑγίεντα* dicta sunt novè, et quidem tropicè et ambiguè. Age simplicissimâ ratione utamur. Sententiarum nexus est hic: si quis magnas opes, quibus ad res præclaras gerendas utitur, et optatum successum habet, (ferè ut v. 34, sq.) is summam felicitatem est adeptus. *ἄρδειν* est *ποτίζειν*, *rigare;* plantæ quæ rigantur, *aluntur*, ut crescant, ut perennent; unde et *ἄρδειν* pro *αὔξειν*: cf. Intpp. ad Eurip. Suppl. 207. (ubi *πεδὸν* intellige Telluris). *αὔξειν* est voc. quo poetæ sæpe ad ornatum utuntur pro tenuiore *ἔχειν*, *φέρειν*, sed cum notione magnitudinis et amplitudinis adjunctâ: ut Latini poëtæ *alere, fovere*, pro habere. Isthm. VII. 42. *μέγιστον κλέος αὔξων* pro *ἔχων*. Igitur verba reddo: *si quis alit, fovet, divitias ita, ut ex opibus suis impensas faciat, sustineat*, (ut v. 34, 35. nam *ἐξαρκεῖν κτεάτεσσι, διὰ κτεάνων*. Nem. I. 47. est *φίλοις ἐξαρκεῖν*, et *ἐπαρκεῖν* simpl. pro *παρέχειν*. Nem. VI. 103.) *et gloriam consequatur: ne is summa quæque*

periculo tueris, qui supra nubes in cœlo habitas, et Cronium collem incolis, fluviumque Alpheum latè fluentem, Idæumque, ubi educatus es, venerabile antrum honoras: tibique supplico, Lydiis modulans tibiis, suavissimoque cantu preces concipiens, ut hanc urbem Camarinam generosis fortium virorum factis, ob quæ benè audiat, ornes: utque tu Psaumi Olympionice, præstantissimis equis gaudens, lætâ et jucundâ senectute fruaris, quæ te, filiis astantibus, ad finem usque vitæ comitetur. Lætitiæ autem argumentum

Ἄρδει, ἐξαρκέων κτεάτεσσι, καὶ
Εὐλογίαν προστιθεὶς, μὴ ματεύ-
ση θεὸς γενέσθαι.

assequutus est. Sententia est Isthm. V. 16. ubi pro hoc est σὺν ὄλβῳ. Ὄλβον ὑγίεντα ex linguæ ratione non aliter dici posse arbitror quam *fortunas integras, stabiles, rectas,* sc. quia sunt bene partæ, εὖ νεσοῦντα. ὑγιεῖς est τέλειος. qualis est ὄλβος φυτευθεὶς σὺν θεῷ, adeoque παραμονώτερος ἀνθρώποις, Ne. VIII. 28, 29. Novissima: μὴ ματεύσῃ θεὸς γενέσθαι, Pindarico more de eo, qui summam felicitatem assequutus est. Simile est iis, quæ ad Ol. III. 75, sq. notata sunt. Ornavit idem hoc Py. X. 42, sqq. Isthm. V. 17, sq. cf. Py. I. 191, sq. Ductum ex h. l. ap. Isocr. Epp. III. f. οὐ γάρ σοι λοιπόν ἐστιν, ἢ θεὸν γενέσθαι.

tibi tuæ fortunæ præstantia suppeditat, quæ ea est, ut tuæ sorti meritò acquiescas. Et certè siquis, ut tu, justas auget divitias, possessione præsentium interea contentus, hisque laudem famamque honestam adjungat, fastigium felicitatis attigit: adeò ut cùm mortalis intra mortalium rerum limites se continere debeat, ipsi quærendum non sit ut Deus fiat.

ΟΛΥΜΠΙΑ.

Εἶδος ϛʹ.

ΑΓΗΣΙᾼ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙῼ

'Απήνῃ.

ARGUMENTUM.

Agesias genus ducebat ab Iamo Apollinis filio ex Evadne, Æpyti Arcadis filiâ, vate nobilissimo, a quo Iamidæ dicti; adeoque et ipse vates et sacrificus ad aram Jovis Olympiæ*, (v. 7, et 118.) et idem vir fortis. 1—17. Poëta eum laudat Adrasti dicto de Amphiarao;—36. inde redit ad laudes auctoris stirpis, Iami, et fabulam de ejus natalibus, nutritione, et acceptâ a parente Apolline vaticinandi arte narrat, et Iamidas celebrat.—128. Maternum genus victor ducebat ex Arcadiâ, cognatum cum Thebanis, itaque hoc quoque laudat.—148. Transit inde ad laudes victoris, et bona vota sic, ut Æneæ, chori magistro, præcipiat.

---

* Nam ex eâ familiâ abierant in alias terras nonnulli, ut Spartam ap. Pausan. III. 12. p. 237. alii Syracusas: qui tamen jus suum Olympiæ sacrificandi retinuisse videntur. Nobilem Iamidarum familiam in Elide aruspicina fuisse, docet quoque Cicero de Div. I. 41. et Pausan. VI. 2. p. 455. qui ad Pindari ᾆσμα provocat.

Σ. α'. Κ. ια'.

Χρυσεας ὑποστάσαντες εὐ-
τειχεῖ προθύρῳ θαλάμου
Κίονας, ὡς ὅτε θαητὸν μέγαρον,
Πάξομεν. ἀρχομένους δ' ἔργου, πρόσωπον
Χρὴ θέμεν τηλαυγές. εἰ
Δ' εἴη μὲν Ὀλυμπιονίκας,
Βωμῷ τε μαντείῳ ταμίας Διὸς ἐν
Πίσᾳ, συνοικιστήρ τε τᾶν κλεινᾶν Συρα-
κουσᾶν· τίνα κεν φύγοι ὕμνον

NOTÆ HEYNIANÆ;

INTERPOSITIS QUIBUSDAM BENEDICTINIS.

1—13. Ordo sententiarum obscuratur per particulas, quarum usus in Pindaro parum severè, ut solet in antiquioribus, est constitutus. Nam δὲ est pro καὶ, pro γὰρ, pro οὖν. Ex vulgari ratione erat: *Carminis præstantioris exordium facere par est splendidum, tanquam ædibus magnificis vestibulum columnis ornatum.* Nunc com*parans* et *comparatum* commiscet poëtarum more. Pro πήξω πρόθυρον θαλάμου ὑποστήσων κίονας, dixit: ὑποστάσαντες προθύρῳ κίονας πάξομεν, ὡς ὅτε sc. πάξομεν μέγαρον θαητόν. Mox, ἀρχομένους δὲ est pro γάρ: tum εἰ δὲ pro *cum vero*.

[5. εἰ δ' εἴη, &c. Sequitur ἀνταπόδοσις, hoc est, applicatio comparationis sic reddendæ: νῦν μὲν γὰρ ἐπαινῶ Ἀγησίαν, ὃς Ὀλυμπιονίκης ἐστὶ, καὶ ἱερεὺς Διὸς ἐν Πίσης μαντικῷ βωμῷ, καὶ συνῴκησεν ἐνδόξους Συρακούσας. πῶς δὲ ἀνὴρ τοιοῦτος ὤν, οὐκ ἂν τύχοι λαμπροῦ ὕμνου ἐπιθυμηταῖς ἐν ᾠδαῖς, ἐπιτυχὼν πολιτῶν οὐ φθονούντων; BEN.]

8. συνοικιστὴρ, non ipse, sed habuit majores, qui Syracusis condendis adfuere, συνοικίζοντας. Adscripserat Mingarell. οἰκιστῆρας pro ἐνοικοῦντας ap. Æschyl. (Sept. in Theb. 19.)

9. Συρα- κουσᾶν· τίνα κεν φύγοι ὕμνον κεῖνος ἀνὴρ ἐπικύρσαις, pro τίνι ὕμνῳ μὴ ἐπικύρσαι ἄν; *quem hymnum ille non consequatur*, οὐχὶ παντὸς ἂν ὕμνου ἐπιτύχοι; ἐν ἀοιδαῖς ἀστῶν ἀφθόνων, h. ᾀδόμενος ὑπ' ἀστῶν, *a civibus invidiâ vacuis.* Pergit v. 12. *Jam talis hymnus convenit tibi, victor.* ἴστω ἔχων πόδα ἐν τούτῳ πεδίλῳ: *ita ut hic calceus tibi conveniat:* non debuit indignum carmine esse ex istius ætatis sensu. Etiam deorum ac dearum πέδιλα diligenter memorant poëtæ. Addit epitheton *pedi* δαιμόνιον pro ἀνδρὸς δαιμονίου.

PARAPHRASIS BENEDICTINA.

STROPHE I. 1—11.

QUEMADMQDUM qui magnificum construunt ædificium, aureas columnas benè munito domûs vestibulo subjiciunt, quoniam par est ut qui opus istiusmodi inchoant, aspectum eminus conspicuum, et frontem præfulgidam primò faciant; Sic ego, eximium moliens encomium, et laudis argumentum præstabile tractans, prooemium illustre adhibere debeo. Et certè cùm vir ille quem prædicandum suscipio, Olympia vicerit, et fatidicæ Jovis aræ, quæ est in Elide, sit præfectus, et inclytas Syracusas incolat, quam laudem

Κεῖνος ἀνὴρ ἐπικύρσαις ἀφθόνων
Ἀστῶν ἐν ἱμερταῖς ἀοιδαῖς;

Α. α΄. Κ. ια΄.

Ἴστω γὰρ ἐν τούτῳ πεδί-
λῳ δαιμόνιον πόδ᾽ ἔχων
Σωστράτου υἱός. ἀκίνδυνοι δ᾽ ἀρεταὶ
Οὔτε παρ᾽ ἀνδράσιν, οὔτ᾽ ἐν ναυσὶ κοίλαις,
Τίμιαι. πολλοὶ δὲ μέ-
μνανται, καλὸν εἴ τι ποναθῇ.
Ἀγησία, τὶν δ᾽ αἶνος ἕτοιμος, ὃν ἐν
Δίκᾳ ἀπὸ γλώσσας Ἄδραστος μάντιν Οἰ-
κλείδαν ποτ᾽ ἐς Ἀμφιάραον
Φθέγξατ᾽, ἐπεὶ κατὰ γαῖ᾽ αὐτόν τέ νιν
Καὶ φαιδίμας ἵππους ἔμαρψεν.

14. *Quod si tu non sine impensâ et discrimine* (quandoquidem spe excidere poteras) *victoriam obtinuisti: hoc ipsum nunc facit gloriosam victoriam.* Conf. V. 34.-6.

18. Ἀγησία, τὶν δ᾽. Idem color Py. VIII. 54, sq. et al.—Ἀπὸ γλώσσας, ut iterum Py. III. 2. Seqq. ex antiquo poëtâ.

[19. Οἰκλείδαν, &c. Terminatio Dorica in αν, pro ην. Fuit Amphiaraus Oiclei filius: hunc Adrastus, offenso Polynice genero, multorum consilio belli socium adjunxit sibi. Is autem, futurorum peritus, quum ita eventurum prospiceret, ut si ad Thebas proficisceretur, eo bello caderet, tantisper delitescere statuit, donec Adrastum aliosque ad bellum egressos audiret. Studio igitur requisitus, cùm nusquam existeret, essetque ea res sola impedimento, quominus in Thebas iretur, ab Eriphyle conjuge, aureo torque corruptâ, proditus, in publicum protractus est, et bellum ire coactus: in quo fusis ad unum Adrasti militibus, Amphiaraus solus a terrâ est absorptus Jovis commiseratione. BEN.]

non consequatur amabilibus hymni cantionibus! idque, nactus cives qui hoc bonum illi non invideant.

ANTISTROPHE I. 12—22.

Etenim sciat Sostrati filius Agesias laudes hasce sibi competere ob divinam virtutem quâ præditus est, quamque laboribus celebrem reddidit. Siquidem virtutes quæ vel in terrâ vel in mari cum periculo exercentur, magno in pretio habentur: et multi rerum præclarè gestarum meminerunt. Cæterum Agesia, tibi convenit ea laus, quam meritò Adrastus olim ore proprio de Amphiarao vate Oiclei filio pronuntiavit, postquam et ipse, et insignes ejus equi, a terrâ sunt absorpti, Jovis commiseratione, ne cum aliis heroïbus in Adrasti expeditione adversus Thebanos periret.

E. α'. K. ιδ'.

Ἑπτὰ δ' ἔπειτα πυρᾶν νεκρῶν τελε-
σθέντων, Ταλαϊονίδας
Εἶπεν ἐν Θήβαισι τοιοῦτόν τι ἔπος·
Ποθέω στρατιᾶς
Ὀφθαλμὸν ἐμᾶς, ἀμφότερον,
Μάντιν τ' ἀγαθὸν,
Καὶ δουρὶ μάρνασθαι. τὸ καὶ
Ἀνδρὶ κώμου δεσπότᾳ
Νῦν πάρεστι Συρακοσίῳ.
Οὐ φιλόνεικος ἐὼν,
Οὔτ' ὦν δύσερίς τις ἄγαν,
Καὶ μέγαν ὅρκον ὀμόσσας,
Τοῦτό γέ οἱ σαφέως μαρτυρή-
σω. μελίφθογγοι δ' ἐπιτρέψοντι Μοῖσαι.

Σ. β'. K. ια'.

Ὦ Φίντις, ἀλλὰ ζεῦξον ἤ-

23. Simplicissimum est, jungere: νεκρῶν τελεσθέντων ἑπτὰ πυρᾶν, *consumptis cadaveribus septem rogorum*, h. e. quæ distributa erant per septem rogos, ut suum quæque turma haberet rogum.—ἐν Θήβαισι ad τελεσθέντων, in *agro Thebano*, impetratâ a Thebanis, Thesei interventu, sepeliendi veniâ.

32. *Etsi alioqui non facilè contendo cum repugnantibus, hunc tamen, etiam jurato, laudabo*, eodem encomio impertiam, *Musis suffragantibus*.

37. Ὦ Φίντις. Parat sibi viam ad

EPOD. I. 23—36.

Cùm enim, Thesei operâ, Adrastus Talai filius cadavera cæsorum a Thebanis obtinuisset, et septem rogos ad septem urbis portas, quibus singulis objectus erat exercitus, ad ea cremanda extruxisset, nec ullibi Amphiaraum videret: "Desidero," inquit ille, "oculum mei exercitûs, qui est utrumque, et vates eximius, et bello strenuus." Quæ laus tibi Syracusano viro, encomii mei Domino, nunc convenit. Nam arte vaticinandi, et militiâ, es clarus: siquidem vaticinii in Elide, fortitudinis in bello cum Hierone, specimen edidisti. Unde ego, qui nec sum contentiosus, nec ullo modo rixosus, te his rebus Amphiarao esse similem magno juramento palam testari ausim; nec quæ dulci voce canunt Musæ mihi refragabuntur.

STROPHE II. 37—47.

At anime mi, qui meas actiones ut auriga dirigis, jam mihi junge robustas

δή μοι σθένος ἡμιόνων,
Αἶ τάχος, ὄφρα κελεύθῳ τ' ἐν καθαρᾷ
Βάσομεν ὄκχον, ἵκωμαί τε πρὸς ἀνδρῶν
Καὶ γένος· κεῖναι γὰρ ἐξ
Ἄλλαν, ὁδὸν ἁγεμονεῦσαι
Ταύταν ἐπίστανται, στεφάνους ἐν Ὀλυμ-
πίᾳ ἐπεὶ δέξαντο. χρὴ τοίνυν πύλας
Ὕμνων ἀναπιτνάμεν αὐταῖς.
Πρὸς Πιτάναν δὲ παρ' Εὐρώτα πόρον,
Δεῖ σάμερόν γ' ἐλθεῖν ἐν ὥρᾳ·

A. β'. K. ια'.

Ἅ τοι Ποσειδάωνι μι-
χθεῖσα Κρονίῳ, λέγεται
Παῖδ' ἰοβόστρυχον Εὐάδναν τεκέμεν.
Κρύψε δὲ παρθενίαν ὠδῖνα κόλποις.

episodium de Iamo. *At ego sumam mihi argumentum carminis ex rebus Iami.* Hæc ita effinxit: *Utar hâc mularum victoriâ opportunè ad repetendas laudes stirpis Agesiæ: deducant me eæ mulæ eâdem viâ, quâ Olympiam properârunt illæ ut cursu certarent; nam eâdem viâ Pitanam, quæ vicina urbs est ad Eurotam, pervenitur, in quâ Iamus, stirpis auctor, natus est.* Hic est fundus lusus ingeniosi, lusus tamen; si rectè judico. Similis locus est Pyth. IV. pr. Interposita sunt vv. 44, 45. χρὴ τοίνυν πύλας ὕμνων ἀναπιτνάμεν αὐταῖς· *propter id ipsum* (quod στεφάνους ἐν Ὀλυμπίᾳ δέξαντο) *laudis aditus debetur ipsis in carmine.* Πρὸς Πιτάναν δὲ, lyricè: *Carminis argumentum nunc esto Pitana* (Eurotæ f. quæ e Neptuno Evadnen concepit, Iami matrem).

[47. ἐν ὥρᾳ, hoc est, κατὰ καιρόν. Scilicet hâc occasione, et hoc tempore quo Agesiæ victoriam prædico. BEN.]

mulas, (hoc est, præclarum argumentum canendi quod victrices mulæ tibi præbent accipe,) ut quàm celerrimè per puram viam currum ducamus, (hoc est, insignibus versibus hymnum contexamus,) et usque ad progenitorum virorum genus ascendamus. Nam solæ illæ ex omnibus mulæ nôrunt mihi viam sternere ad Agesiæ majorumque ejus encomium: quandoquidem, partâ Olympicâ victoriâ, coronatæ sunt. Itaque hymnorum via illis est patefacienda. Atque oportet ut hodie etiam, hâc oblatâ occasione, repetam rem altius ab origine majorum Agesiæ, et accedam ad Pitanam Eurotæ fluvii Laconici filiam.

ANTISTROPHE II. 48—58.

Quæ, cùm usa fuisset Neptuni Saturni filii concubitu, ex eo pulchram filiam Evadnen dicitur peperisse. Sed hujusmodi corruptæ virginitatis

Κυρίῳ δ' ἐν μηνὶ πέμ-
ποισ' ἀμφιπόλους, ἐκέλευσεν
Ἥρωϊ πορσαίνειν δόμεν Εἰλατίδᾳ
Βρέφος γ', ὃς ἀνδρῶν Ἀρκάδων ἄνασσε Φαι-
σάνᾳ, λάχε τ' Ἀλφεὸν οἰκεῖν.
Ἔνθα τραφεῖσ', ὑπ' Ἀπόλλωνι γλυκεί-
ας πρῶτον ἔψαυσ' Ἀφροδίτας.

E. β'. K. ιδ'.

Οὐδ' ἔλαθ' Αἴπυτον ἐν παντὶ χρόνῳ
Κλέπτοισα θεοῖο γόνον.
Ἀλλ' ὁ μὲν Πυθῶναδ', ἐν θυμῷ πιέσαις
Χόλον οὐ φατὸν ὀ-
ξείᾳ μελέτᾳ, ᾤχετ' ἰὼν
Μαντευσόμενος
Ταύτας περ ἀτλάτου πάθας.
Ἁ δὲ φοινικόκροκον
Ζώναν καταθηκαμένα,
Κάλπιδά τ' ἀργυρέαν,
Λόχμας ὑπὸ κυανέας

60. Jungenda sunt οὐκ ἔλαθεν Αἴπυτον κλέπτοισα, κρύπτουσα h. e. ἔχουσα, gestans *fœtum utero:* ἐγκυμονοῦσα ἐκ θεοῦ. Respondent sibi ὁ μὲν 61. et ἁ δὲ 66.

partum in gremio occultavit. Nono autem mense, qui partui est præstitutus, enixa, misit famulas ad Æpytum regem Arcadum Elati filium: et jussit ut ei educandam traderent infantem. Quæ Phæsanæ, ubi Alpheum, qui inde in Elim descendit, incolere sortitus est Æpytus, educata Evadne, ab Apolline primùm amata est et compressa.

EPOD. II. 59—72.

Sed non semper latuit Æpytum Evadnes furtum, quamquam se esse ex Deo gravidam celare volebat. Quo cognito, gravem iram in animo cum acri curâ prudenter comprimens, nec malum hoc, donec verâ rei notitiâ plenius esset instructus, patefacere volens, Apollinis oraculum consuluit quid sibi vellet intolerabilis hic corruptæ virginis casus. Atque interim illa, solutâ virgineâ zonâ, parturiendo prævias prænunciasque aquas, et sanguinem cum fœtu fundens, peperit sub opaco dumeto filium divinâ mente

Τίκτε θεόφρονα κοῦρον.
Τᾷ μὲν ὁ Χρυσοκόμας πραΰμη-
τίν τ' Ἐλευθὼ συμπαρέστασέν τε Μοίρας.

Σ. γ'. Κ. ια'.

Ἦλθεν δ' ὑπὸ σπλάγχνων ὑπ' ὠ-
δῖνός τ' ἐρατᾶς Ἴαμος
Ἐς φάος αὐτίκα. τὸν μὲν κνιζομένα
Λεῖπε χαμαί· δύο δὲ γλαυκῶπες αὐτὸν
Δαιμόνων βουλαῖσιν ἐ-
θρέψαντο δράκοντες, ἀμεμφεῖ
Ἰῷ μελισσᾶν, καδόμενοι. βασιλεὺς
Δ' ἐπεὶ πετραέσσας ἐλαύνων ἵκετ' ἐκ
Πυθῶνος, ἅπαντας ἐν οἴκῳ

73—76. Non satisfacio mihi in seqq. Non placet in lyrico repetitum ὑπὸ et ὑπ'. nec tamen ἀπὸ accommodatum satis. Fortè glossemati cessit ἄρα, et fuit: ἦλθεν δ' ἄρα σπλάγχνων ὑπ' ὠδῖνός τ'. Nam ὑπὸ σπλάγχνων tenendum est; etiam inf. Nem. I. 53. de Hercule: ἐπεὶ σπλάγχνων ὕπο ματέρος αὐτίκα θαητὰν ἐς αἴγλαν—ὠδῖνα φυγὼν—μόλεν. Videtur ὑπὸ esse pro ὑπέκ. Porro, ὠδῖνος ἐρατᾶς! quale hoc epitheton! Esset potius ἐρατὸς Ἴαμος. An dicendum est, ὠδῖνα h. l. esse pro *utero*, *ventre*, dictum: ut Py. IV. 175. γαστὴρ πολιὰ est? Aut ὠδῖνα ἐρατὰν dixit ab effectu? γλυκεῖαν? *partum jucundum?* Fortè interpungas: ἦλθεν—ἐς φάος. αὐτίκα τὸν μὲν κνιζομένα λεῖπε χαμαί. erit λυπουμένη, *dolens*; expectabam puerum κνυζόμενον, *vagientem*. αὐτίκα video benè etiam superioribus adhærere; deabus adstantibus, 71, 72. *facilem* partum expectes.

[76. δύο δὲ γλαυκῶπες, &c. Miranda Iami educatio. Sic a cane Cyrus fertur nutritus; Romulus cum fratre a lupâ. Sed magis est mirandum a draconibus, venenatissimis reptilibus, hominem fuisse educatum, quàm a cane vel lupâ. Sed non casu susceptum a draconibus Iamum docet, at divinâ providentiâ, ut divinam et cœlestem propaginem habere videatur. Deos autem, quorum consilio id factum est, intellige imprimis Apollinem ejus patrem, et Neptunum avum; quorum benignitatis erat desertum a pudibundâ matre fœtum curare. BEN.]

præditum, utpote vatem eximium futurum. Et, ad facilem felicemque partum, auricomus Apollo Lucinam et Parcas obstetrices constituit.

STROPHE III. 73—83.

Tunc autem ex visceribus per amabilem partum Iamus statim in lucem venit: quem, suæ virginitatis florem sibi decerptum esse dolens, et inde ignominiam metuens, humi relictum deseruit. Sed duo cæsiis oculis dracones, Apollinis patris et Neptuni avi consilio ac providentiâ, susceptâ derelicti infantis curâ, eum melle a favis apum subducto nutriverunt. Interim rex in equo ex petricosâ Pythone reversus, omnes domesticos

Εἴρετο παῖδα, τὸν Εὐάδνα τέκοι·
Φοίβου γὰρ αὐτὸν φᾶ γεγάκειν

Α. γ'. Κ. ια'.

Πατρός· πέρι θνατῶν δ' ἔσε-
σθαι μάντιν ἐπιχθονίοις
Ἔξοχον. οὐδέ ποτ' ἐκλείψειν γενεάν.
Ὣς ἄρα μάνυε. τοὶ δ' οὔτ' ὦν ἀκοῦσαι,
Οὔτ' ἰδεῖν εὔχοντο, πεμ-
πταῖον γεγεναμένον. ἀλλ' ἐγ-
κέκρυπτο γὰρ σχοίνῳ βατίᾳ τ' ἐν ἀπει-
ράτῳ, ἴων ξανθαῖσι καὶ παμπορφύροις
Ἀκτῖσι βεβρεγμένος ἁβρὸν
Σῶμα· τὸ καὶ κατεφάμιξεν καλεῖ-
σθαί μιν χρόνῳ σύμπαντι μάτηρ

Ε. γ'. Κ. ιδ'.

Τοῦτ' ὄνυμ' ἀθάνατον. Τερπνᾶς δ' ἐπεὶ
Χρυσοστεφάνοιο λάβεν
Καρπὸν ἥβας, Ἀλφεῷ μέσσῳ καταβὰς,

interrogabat, ubi esset puer, quem Evadne pepererat. Eum enim esse ab Apolline patre prognatum;

ANTISTROPHE III. 84—94.

et omnium mortalium fore in terris vatem præstantissimum, neque sobolem ejus defecturam unquam. Sic utique accepti responsi monita referebat. Sed ejus famuli constanter asseverabant se nec audîsse nec vidisse infantem, idque, etsi quintus jam esset dies ex quo erat in lucem editus. Neque enim id scire poterant, siquidem Evadne, clam enixa, fœtum in junco, dumetoque magno occultârat, ubi tenerum ipsius corpus flavarum et purpurearum violarum splendentium rore madebat. Ac propterea promulgavit mater ut in perpetuum vocaretur Iamus,

EPOD. III. 95—108.

immortali nomine. Postquam vero puberem ætatem attigit, quæ ob suam venustatem suavis est, et delectabilis; et flavam lanuginem, quâ, velut aureâ coronâ, mentum ejus et genæ circumdarentur, pubertatis fructum, accepit, ad Epidaurum, quæ urbs media est inter Arcadiam et Elidem, ad

Ἐκάλεσσε Ποσει-
δᾶν' εὐρυβίαν ὃν πρόγονον,
Καὶ τοξοφόρον
Δάλου θεοδμάτας σκοπὸν,
Αἰτέων λαοτρόφον
Τιμάν τιν' ἑᾷ κεφαλᾷ,
Νυκτὸς ὑπαίθριος. ἀν-
τεφθέγξατο δ' ἀρτιεπὴς
Πατρία ὄσσα, μετάλλα-
σέν τέ μιν· Ὄρσο, τέκνον, δεῦρο πάγ-
κοινον ἐς χώραν ἴμεν, φάμας ὄπισθεν.

Σ. δ'. Κ. ια'.

Ἵκοντο δ' ὑψηλοῖο πέ-
τραν ἀλίβατον Κρονίου·
Ἔνθα οἱ ὤπασε θησαυρὸν δίδυμον
Μαντοσύνας· τόκα μὲν, φωνὰν ἀκούεν

107. *Age, fili, sequere me, quâ parte vox mea præcedit, huc Olympiam, in quâ erunt aliquando magni hominum conventus*; ita interpretamur χώραν πάγκοινον, ut ad πανήγυριν referatur; possis quoque laudare v. 116. Nescio tamen an præstet: *in locum, quo nos conveniamus.* Χώραν πάγκοινον simpl. ἐς κοινὸν, *in locum communem convenire* etiam Latinè dixeris. Inde processerunt uterque ad collem Cronium, Olympiæ imminentem, ibique Apollo Iamum arte vaticinandi impertivit, tum quidem arte augurali, mox etiam extispicinâ, τῇ διὰ θυμάτων μαντείᾳ, quæ tamen latius etiam ad flammam, victimas, et alia spectasse videtur.—φωνὰν 112 nude positam de *cantu avium* accipere, video quidem quam præceps sit; nec tamen res et verba aliud suppeditant.

[108. ἴμεν. Ion. et Dor. infinitivus pro εἶναι, τὸ πορεύεσθαι. subaudi ἕνεκα τοῦ, *ad eundum*. BEN.]

Alpheum descendit, et Neptunum avum latè potentem, et patrem Apollinem arcu insignem, dominumque et custodem Deli a Deo Jove conditæ, quum e mari emersit ejus jussu, ut ibi pareret Latona, noctu sub dio invocavit, postulans, ut sibi dignitatem regiam impertiret. Tum paterna vox veridica, quæsito compellatoque filio, respondit his verbis. Surge fili, huc ades, meamque vocem a tergo sequere, ut eamus in Olympiam, quæ olim futura est toti Græciæ communis, quum instituta erunt ab Hercule certamina, ad quorum spectaculum ex universâ Græciâ confluent.

STROPHE IV. 109—119.

Itaque venerunt ad excelsum alti Cronii promontorium: ubi pater dedit ipsi geminam vaticinandi facultatem: unam quidem ex arte, per

Ψευδέων ἄγνωστον· εὖ-
τ' ἂν δὲ θρασυμάχανος ἐλθὼν
Ἡρακλέης, σεμνὸν θάλος Ἀλκαϊδᾶν,
Πατρός θ' ἑορτάν τε κτίσῃ πλειστόμβροτον,
Τεθμόν τε μέγιστον ἀέθλων,
Ζηνὸς ἐπ' ἀκροτάτῳ βωμῷ τότ' αὖ
Χρηστήριον θέσθαι κέλευσεν.

Α. δ'. Κ. ια'.

Ἐξ οὗ πολύκλειτον καθ' Ἕλ-
λανας γένος Ἰαμιδᾶν. [121. γένος Ἰαμιδᾶν ὄλβος ἅμ' ἕσπετο. Ed. Ben.]
Ὄλβος ἅμ' ἕσπετο. Τιμῶντες δ' ἀρετὰς,
Ἐς φανερὰν ὁδὸν ἔρχονται. τεκμαίρει
Χρῆμ' ἕκαστον. Μῶμος ἐξ
Δ' ἄλλων κρέμαται φθονεόντων

118. Ut antea interpungebatur: ἀέθλων, Ζηνὸς ἐπ' ἀκροτάτῳ βωμῷ· ἐπὶ β. erat *juxta*. Sane ara Jovis erat in Alti, in quâ habebantur agones. Vix tamen dubito interpungendum esse: Ζηνὸς ἐπ' ἀκροτάτῳ βωμῷ τότ' (vel potius τόκ') αὖ χρηστήριον θέσθαι κέλευσεν. Nam τὸ μαντεῖον, τὸ διὰ θυμάτων, fuit in *arâ Jovis:* ut sup. 7. vidimus: cum hic ex Iamidis Agesias sit βωμῷ μαντείῳ ταμίας Διὸς ἐν Πίσᾳ. Intelligenda autem est *ara maxima Jovis Olympii* ante Pelopium: ut sup. Ol. I. 148. vidimus. Ea ab Hercule dicebatur facta; ut idem Altin et lucum instituerat: sup. Ol. III. et inf. Ol. X. 51, sq. eratque e cinere victimarum exstructa, saltem aucta: v. Pausan. V. 13. Videntur sacra in hâc arâ fecisse et Iamidas consuluisse de victoriâ certaturi: ut colligas ex Ol. VIII, pr.

122. Τιμῶντες δ' ἀρετὰς—puta per sententiam universè dici, quæ de Iamidis erant memoranda.

[123. τεκμαίρει, &c. Hoc est, ἕκαστον ἀνθρώπων ἡ πρᾶξις οἰκεία δεικνύει, quod quisque facit, id qualis quisque sit indicat et prodit. Ben.]

πυρομαντίαν: alteram ex ἐνθουσιασμῷ. Jussitque tunc ut suam vocem mendacii nesciam audiret: et quum Hercules, Alcæi avi venerandum germen, Heros ad res gerendas audacissimus, et animo confidentissimus, celebritatem Jovis patris instituisset in Olympiâ, quò spectatorum conflueret infinita multitudo, ritumque certaminum condidisset, tunc in summâ Jovis arâ cortinam oraculi collocaret.

Antistrophe IV. 120—130.

Quod cùm fecisset Iamus, ab eo tempore, celebre Iamidarum genus secutæ sunt divitiæ. Siquidem qui virtutem colunt, in viam honoribus, omnibusque bonis apertam, ingrediuntur. Cæterùm quod quisque facit, qualis quisque sit indicio certo declarat. Sed tamen rei benè gestæ reprehensio ab invidis proficiscitur, cùm in alios, tum in eos etiam, quibus, equos

Τοῖς, οἷς ποτε πρώτοις περὶ δωδέκατον
Δρόμον γ' ἐλαυνόντεσσιν αἰδοία ποτι-
στάζει χάρις εὐκλέα μορφάν.
Εἰ δ' ἐτύμως ὑπὸ Κυλλάνας ὄρος,
Ἀγησία, μάτρωες ἄνδρες

E. δ'. K. ιδ'.

Ναιετάοντες, ἐδώρησαν θεῶν
Κάρυκα λιταῖς θυσίαις
Πολλὰ δὴ πολλαῖσιν Ἑρμᾶν εὐσεβέως,
Ὃς ἀγῶνας ἔχει
Μοῖράν τ' ἀέθλων, Ἀρκαδίαν
Τ' εὐάνορα τι-
μᾷ. κεῖνος, ὦ παῖ Σωστράτου,
Σὺν βαρυγδούπῳ πατρὶ,
Κραίνει σέθεν εὐτυχίαν.
Δόξαν ἔχω τιν' ἐπὶ

129. Nova sententia. Debet Agesias victoriam Mercurio a majoribus coli solito. Similis color Ol. III. 67, sqq.

132. λιταῖς dictum pro λιτανευτικαῖς: nam prima brevis esse debet; est enim versus prosodiacus. Non a λιτὸς, *tenuis*, *exiguus*, quod habet primam longam, ut e Callimacho constat; a λῖς, communi origine cum λεῖος et λισσός; at λίσσομαι, λίτομαι, λιτὸς, adeoque λιταὶ, scil. εὐχαί. Hinc et λιταὶ ἐπαοιδαὶ, Pyth. IV. 385.

140—3. Non sine lyrico tumore dicta hæc tropis confusis. Vult dicere: *esse adhuc aliud quid, quod se ad ortum materni generis victoris ex Arcadiâ commemorandum impulerit;* esse enim Thebanis communem originem maternam ex Arcadiâ; quandoquidem Thebe, a quâ urbs nomen duxit, fuit filia Asopi, qui Bœotiæ fluvius est, ex Metope Ladonis filiâ; atqui Ladon Arcadiæ fluvius est. Conf. inf. Nem. IV. 36. et ibi Schol.

agitantibus, stadio duodecies in Pisâ dextrè decurso, et victis Olympiis, gratia veneranda quam præstat victoria, gloriosum vultum præbet: quemadmodum tibi evenit. Si autem Agesia, avi tui materni, sub Cyllenes monte habitantes,

EPOD. IV. 131—144.

pietatis studio, Mercurium Deorum præconem, qui certamina gubernat et præmiorum sortem regit, et viris insignem Arcadiam, in quâ præcipuè se coli animadvertit, honorat, multis frugalibus sacrificiis crebrò donaverunt; Ille, memor accepti a tuis majoribus honoris, tibi Agesia, Sostrati fili, cum Jove patre graviter tonante, felicitatem perficit. Subit animum cogitatio,

Γλώσσᾳ ἀκόνας λιγυρᾶς,
Ἅ μ' ἐθέλοντα προσέλκει
Καλλιρόοισι πνοαῖς. ματρομάτωρ ἐμὰ Στυμφαλὶς, εὐανθὴς Μετώπα,

Σ. ε'. Κ. ια'.

Πλάξιππον ἃ Θήβαν ἔτικτεν, τᾶς ἐρατεινὸν ὕδωρ
Πίομαι, ἀνδράσιν αἰχματαῖσι πλέκων

Isthm. VIII. 34, sq. Hinc et vindicarunt sibi fabulas Arcadum Bœoti, ut de Atlante v. Paus. IX. 20. p. 749. Jam volebat dicere: *est quod impellat me*, δοκεῖ μοι εἶναι ἀκόνη ἐπὶ γλώσσῃ, *videor mihi habere in linguâ cotem*, ac si in cote acuatur lingua ad sonos edendos acutos, suaves: *ea cos* (invitamentum) *impellit me jam alias proclivem* ῥοαῖς, πρὸς ῥοάς, *ad suaves sonos*, ad canendum. Ut in tropum cotis incideret, facit hoc, quod Græci dicunt γλῶσσαν ὀξῦναι, et ἀκόνησθαι γλῶσσαν, στόμα. Si *acuitur lingua* vulgari sermone, affinxit *cotem* ut poëta, *quâ acuitur lingua ad eloquendum*, ut ferrum ad secandum. Etiam in pedestri diceres: *mentione Arcadicæ originis factâ* παρεξύνομαι πρὸς τὸ λέγειν. Simili tumore seu audaciâ, quam et Galenus reprehendebat, (locus est in Fragm. Pind. p. 88. xcvii.) dixit Pindarus Pyth. I. 166. impeditâ sententiâ: (*esto verax*, ἀλάθει) ἀψευδεῖ δὲ πρὸς ἄκμονι χάλκευε γλῶσσαν. Hic χαλκεύειν dixit pro ὀξύνειν, novo tropo, fortè etiam duriore: *procudere, acuere linguam, orationem, ad dicendum verum, non simulatè.* Propriè dicta verba, sunt ἀψευδῆ, hinc lingua ἀψευδής, et cum traxit ad ἄκμονα, ut esset ἀψευδής, quo procuduntur vera, ἀψευδῆ, ἀληθῆ. Simile est illud Antimachi in Analect. Brunck. tom. II. p. 115. versus χαλκευτοὺς ἐπ' ἄκμοσι Πιερίδων, *versus procusus*; et Horat. *versus malè tornatos* (simpl. pro cusos) *incudi reddere*, ut ferrum iterum conflatum refingitur. Simpliciùs dixit Ol. XIII. 15. ἔχω καλά τι φράσαι, τόλμα τέ μοι εὐθεῖα γλῶσσαν ὀρνύει λέγειν. (ubi ὀρνύει ferè quod h. l. προσέλκει, alias ἐγείρει, ut Ol. IX. 72. Nem. I. 16. X. 39.) τόλμα καὶ ἀμφιλαφὴς δύναμις ἕσποιτο id. Ol. IX. 122. Propriè est vox ὀξεῖα. Et ὀξύνεται ἡ φωνὴ πρὸς τὸ λέγειν: inservit cos ad acuendum. Videtur nunc sibi habere cotem in linguâ, quæ *acuat vocem*, itaque illa est λιγυρά, *canora cos.* Jam lingua seu vox proclivis est ad eloquendum vel canendum, adeoque ea lacessit poëtam *ad eloquenda ea*, quæ adhuc animo habet: προσέλκει πρὸς πνοάς. Est adeo δόξαν ἔχω ἀκόνας, pro ἀκόνη δοκεῖ μοι εἶναι ἐπὶ τῇ γλώσσῃ. *Est aliquid, quod me impellat, ut aliud quid adjiciam. Non possum quin hoc addam.*

148. Scilicet fuit, ut paulò ante dixi, cognatio aliqua inter majores Thebanorum et maternum genus Iamidarum ex Arcadiâ oriundum. Nam Thebe fuit filia Asopi, Bœotiæ fluvii, ex Metope Ladonis, Arcadiæ fluvii, filiâ. Thebes sororem videbimus inf. (Nem. IV. 36. ubi vid. not.) Æginam; add. Pausan. V. 22. extr.

quæ me impellit et attrahit, meâ sponte jam satis propensum, ad texendum hymnum, ad lyræ argutæ musicam, quæ me cotis instar exacuit, et ad pulchrifluos tibiæ flatus, canendum. Stymphalica Metope, Ladonis Arcadiæ fluvii filia, et Asopi fluminis Thebani conjux, ac proinde Thebes mater, avia mea est materna,

STROPHE V. 145—155.

quæ Thebam equorum agitatricem peperit, in quâ jucundè vescor et vivo,

Ποικίλον ὕμνον. Ὄτρυνον νῦν ἑταίρους,
Αἰνέα, πρῶτον μὲν Ἥ-
ραν Παρθενίαν κελαδῆσαι·
Γνῶναί τ' ἔπειτ', ἀρχαῖον ὄνειδος ἀλα-
θέσιν λόγοις εἰ φεύγομεν, Βοιωτίαν
Ὗν. ἐσσὶ γὰρ ἄγγελος ὀρθὸς,
Ἠϋκόμων σκυτάλα Μοισᾶν, γλυκὺς
Κρητὴρ ἀγαφθέγκτων ἀοιδᾶν.

A. ε'. K. ια'.

Εἶπον δὲ, μεμνᾶσθαι Συρα-
κουσᾶν τε καὶ Ὀρτυγίας·

148. Ὄτρυνον νῦν. Novâ formâ transitus ad alia. *Meminero etiam hoc carmine Junonis*, et v. 156. *Syracusarum cum Hierone.* Conversus ad χοροδιδάσκαλον Æneam, præcipit, quæ canenda sint a choro: nam hi sunt ἑταῖροι: ἔνισπε δὲ γνῶναι, *jube eum, manifestum facere, non cadere in nos vetus proverbium: Bæotos esse stupidos; sed te multorum hymnorum esse peritum:* hoc ornatè declarat: *eum esse* ἄγγελον ὀρθὸν, *verum* κήρυκα, ἐραννὸν, *esse eum scytalen Musarum*, h. e. memoriâ tenere hymnos, tanquam librum, quo illi scripti sunt; et comparat *cum cratere, in quo dulcis potus:* solent enim sæpè carmina cum melle, vino, potione, comparari: ut statim VII. 12. Tam diversos tropos misceri, in Pindaro ferendum est.

150. Ad Arcadicam generis materni originem spectare videtur et hoc, quod Junonis Partheniæ memoratio fit a monte Arcadiæ Parthenio, tanquam patriæ deæ. Alioqui Parthenia Juno ad Samum pertinet: ut v. c. e Callim. et Apollon. I. 187, 8. et aliunde constat.

151. Æneam, fortè et ipsum Thebanum aut Bœotum, arte suâ declarare jubet, quantum cantu ac choro ducendo excellat; ita ut in eum vetus proverbium de Bœotorum stupore haud cadat Βοιωτία ὗς. v. Fragm. Pind. p. 49. ex Schol. et Strab. VII. p. 495. A. Malè audiit ὗς eâdem notione, pro stupido, ut inter nos asinus: ὗς Ἀθηνᾶν. γνῶναι videtur h. l. transitivè dictum, ut et Schol. accepit, γνωρίσαι, *notum reddere*, celebrare; ut inf. XIII. 3. γνώσομαι, εἰς γνῶσιν ἄξω.

156. εἶπον δὲ, *præcipe porro*, ut chorus celebret Hieronem.

carmine componens eximia encomia bellicosis viris. Cæterum Ænea, chori institutor, hortare tuos socios, ut primum quidem Junonem, quæ in Parthenio monte colitur, tecum celebrent: deindè rectè canendo notum faciant, nos vetus illud in stupidam ignorantiam probrum, scilicet, "Bœoticam suem," verâ ratione effugere. Tu enim es hujusmodi, ut quemadmodum Lacones per scytalam arcana suâ suis Imperatoribus, misso fideli nuntio, significabant; sic Musæ pulchricomæ, tibi, tanquam bono chori magistro, mysteria sua commiserint, ita ut sis vas et promus melodiæ carminum, ex quibus valdè sonantibus gloria ad me redundat.

ANTISTROPHE V. 156—166.

Dic etiam tuis sociis, ut Syracusarum, paternæ patriæ, et Ortygiæ insulæ,

Τὰν Ἱέρων καθαρῷ σκάπτῳ διέπων,
Ἄρτια μηδόμενος, φοινικόπεζαν
Ἀμφέπει Δάματρα, λευ-
κίππου τε θυγατρὸς ἑορτὰν,
Καὶ Ζηνὸς Αἰτναίου κράτος. ἁδύλογοι
Δέ μιν λύραι μολπαί τε γινώσκοντι. μὴ
Θραύσοι χρόνος ὄλβον ἐφέρπων.
Σὺν δὲ φιλοφροσύναις εὐηράτοις
Ἀγησία δέξαιτο κῶμον,

Ε. έ. Κ. ιδ΄.

Οἴκοθεν οἴκαδ᾽ ἀπὸ Στυμφαλίων
Τειχέων ποτινισσόμενον,
Ματέρ᾽ εὐμάλοιο λείποντ᾽ Ἀρκαδίας.

[159. *φοινικόπεζαν*, &c. Hoc est, *τιμᾷ καὶ θεραπεύει τὴν Δήμητρα, τοὺς πόδας ἐρυθρὰν, ἢ ξανθήν.* Itaque puniceis pedibus Cererem dicit: hoc est, rubicundam vel flavam. ut Virg. Georg. lib. I. *At rubicunda Ceres medio succiditur æstu.* idemque, *Flava Ceres æstatis habet sua tempore regna.* Cæterum dicit Hieronem venerari Cererem, quia segetum ubertate pollet Sicilia. Veneratio autem ista consistere videtur in festi ejus celebratione, quod Demetria, Thesmophoria, et Eleusinia, Græci vocârunt. BEN.]

166—73. Excipito Hiero victorem redeuntem Syracusas. Poëta cum *Stymphalo* Arcadiæ venire dicit, unde *origo victoris materna* ducta. *Κῶμος* ergo e Stymphalo nunc redire putandus Syracusas. *οἴκοθεν οἴκαδε*, ut et Ol. VII. 6. Nam si victorem *κωμάζοντα*, Olympiâ reducem, Stymphalum ingressum esse diceremus, argutum magis esset quam verum. At alterum est lyricum, victorem alterâ patriâ Stymphalo redire Syracusas: quia ex iis locis venit, quæ Olympiæ vicina sunt.

169. *ματέρα Ἀρκαδίας*: *metropolin* Arcadiæ vix benè dixeris Stymphalum. *Μάτηρ* est urbs, quatenus nutrit cives. Sic infra, IX. 31, 32. Opuntem appellat *Λοκρῶν ματέρα*.

mentionem faciant, ubi rectis consiliis, justoque sceptro dominatur Hiero: ibique maturis segetibus flavam Cererem colit, ejusque filiæ Proserpinæ, albis equis ad Jovem in cœlum a matre reductæ, festum celebrare solet, et Jovem Ætnæum, potentiâ præpollentem, honorat. Is quem non modò Musices peritum, sed rebus etiam gestis clarum, dulcisonæ citharæ et cantiones cognoscunt: sive quid ipse canat; sive illis ipse celebretur. Cujus felicitatem utinam futurum tempus non interrumpat et obliteret, sed benevolo animo Agesiæ encomium excipere velit,

EPOD. V. 167—*ad fin.*

quod a maternâ domo, nimirum a Stymphaliis mœnibus, transit ad paternam, Syracusas nimirum, relictâ Stymphalo, Arcadiæ pecorosæ metropoli:

Ἀγαθαὶ δὲ πέλον-
τ', ἐν χειμερίᾳ νυκτὶ θοᾶς
Ἐκ ναὸς ἀπε-
σκίμφθαι, δύ' ἄγκυραι. θεὸς
Τῶνδ' ἐκείνων τε κλυτὰν
Αἶσαν παρέχοι φιλέων.
Δέσποτα ποντόμεδον,
Εὐθὺν δὲ πλόον, καμάτων
Ἐκτὸς ἐόντα, δίδοι, χρυ-
σαλακάτοιο πόσις Ἀμφιτρί-
τας, ἐμῶν δ' ὕμνων ἄεξ' εὐτερπὲς ἄνθος.

[175. παρέχων φιλίων δέσποτα, &c. Ed. Ben.]

170. Ἀγαθαὶ δὲ πέλονται δύο ἄγκυραι, (ὥστε) ἀποσκίμφθαι· pro vulgari: ἀγαθόν ἐστιν, ἔχειν δύο πατρίδας, ὥσπερ τις ἔχει δύο ἀγκύρας, ut possint demitti, ἀποσκίμφθαι. Eustath. Il. ρ. p. 1140. l. 20. καὶ ἄγκυρα παρὰ Πινδάρῳ σκίμπτεται. Sic et ἄροτρον Py. IV. 399. Duxit hinc Epictetus suum illud: οὔτε ναῦν ἐκ μιᾶς ἀγκύρας, οὔτε βίον ἐκ μιᾶς ἐλπίδος ὁρμιστέον, in Fragm. Stobæi, Serm. CX. unde Upton. p. 771. habet.

175. Neptunum invocat, tanquam auctorem stirpis Iamidarum, v. 48. δίδοι φιλίων, *da propitiâ voluntate.* Meliùs tamen jungitur cum παρέχοι φιλίων.

[177. εὐθὺν πλόον, &c. Allegoricè petit ἀκάματον βίον. Comparatur autem vita humana navigationi: unde, adhibitâ ejus ratione, scitè Palladas: Πλοῦς σφαλερὸς τὸ ζῆν, χειμαζόμενοι γὰρ ἐν αὐτῷ, πολλάκι ναυηγῶν πταίομεν οἰκτρότερα. Ben.]

179. χρυσηλάκατον præstare de aureâ colo accipere, quæ deam decet, putabat Toll. ad Apollonii Soph. lex. p. 714. Si tamen ἠλακάτη omnino designat lignum teres, arundinem, adeoque sagittam, colum, fusum, partem mali: quidni etiam *hastile*, adeoque *hastam* s. *sceptrum* declaraverit? Dianæ epitheton est ap. Hom. Il. π. 183. et υ. 70.

180. ἐμῶν δ' ὕμνων ἄεξ' εὐτερπὲς ἄνθος pro simpl. τοὺς ὕμνους ἐμούς. *fac ut hymnus meus placeat.* ἀέξειν est *alere, fovere, amplecti*, tum *illustrare, honorare.*

ut patriam Agesiæ utramque memorem. Quemadmodum autem utile est duas anchoras habere ad firmandam navim adversus tempestatem noctu ingruentem; sic Agesiæ bonum fuerit duplicem patriam agnoscere, ut si fortè in hâc malè se habeat, ad illam confugiat. At utinam conterraneorum ipsius, tum Arcadum, tum Syracusanorum, res prosperet Deus. Cæterùm tu Neptune domine marisque rector, Amphitrites, aureâ colo insignis, marite, tuum nepotem Agesiam amore dignatus, in hoc vitæ curriculo sic dirigas, ut illud citra omnem ærumnam conficiat. Quinetiam efficias ut magis magisque placeant jucundi mei hymni.

ΟΛΥΜΠΙΑ.

Εἶδος ζ.

ΔΙΑΓΟΡᾼ ῬΟΔΙῼ,*

Πύκτῃ.

ARGUMENTUM.

Profitetur poëta se celebrare velle victorem Rhodium,—35. cujus genus celebrandum sibi sumit—43. Cum genus ille paternum ducat a Tlepolemo, narrat, quomodo is, perpetratâ cæde Licymnii, abierit Rhodum ex responso Apollinis, in quo insula per imbrem aureum in eâ factum declarata fuerat—61. Inseruntur fabulæ de Rhodi originibus, et primo quidem de Palladis natalibus, aureoque imbre, et antiquissimo Palladis sacro sine igne fieri solito, per Heliadas instituto, et de muneribus a Pallade impertitis—99. tum de Rhodi origine, et caussâ insulæ Soli consecratæ, e quo tres heroës oriundi fuere, trium insulæ urbium conditores—141. Colitur Tlepolemus tanquam heros, etiam certaminibus, quibus Diagoras victor fuerat; unde procedit poëta ad ceteras ejus victorias enumerandas—159. Subjiciuntur bona vota.

---

* [Διαγόρᾳ Ῥοδίῳ. Hic Diagoras Rhodius, auctore Gellio, l. iii. c. 15. quum se unà cum tribus filiis victoribus coronatum victorem Olympicum videret, præ gaudio animam efflavit. Rhodius a patriâ dicitur: et ab atheo illo distinguitur, qui fuit Milesius philosophus, et poëta modicus; qui dictus est atheus, quòd putavit nullos esse Deos. Bnr.]

Σ. α'. Κ. ια'.

Φιάλαν ὡς εἴ τις ἀ-
φνειᾶς ἀπὸ χειρὸς ἑλὼν,
Ἀμπέλου ἔνδον καχλάζοι-
σαν δρόσῳ, δωρήσεται
Νεανίᾳ γαμβρῷ προπίνων
Οἴκοθεν οἴκαδε, πάγ-
χρυσον, κορυφὰν κτεάνων,
Συμποσίου τε χάριν, κᾶδός τε τιμά-
σαις ἑὸν, ἐν δὲ, φίλων
Παρεόντων, θῆκέ μιν ζα-
λωτὸν ὁμόφρονος εὐνᾶς·

Α. α'. Κ. ια'.

Καὶ ἐγὼ νέκταρ χυτὸν,

NOTÆ HEYNIANÆ;
INTERPOSITIS QUIBUSDAM BENEDICTINIS.

1—12. Pulcherrimum locum sic ordina: ὡσεί τις—δωρήσεται—ἐνέθηκέ τέ μιν ζ.—(οὕτω) καὶ ἐγὼ ἱλάσκομαι. ergo pro δωρεῖται καὶ ἐντίθησι. tum pro ὡσεί τις ἀφνειὸς ἑλὼν σὺν χειρὶ δωρεῖται, est ἀπὸ χειρὸς ἀφνειᾶς. ἐκ χειρός. et pro ἐν φίλοις παροῦσι θῆκε dixit ἐνέθηκε, φίλων παρεόντων. Mingarell. ἐν δὲ accipit pro ἐν τούτῳ δὲ, *et ita*. Sanè nil impedit, absolutè ἐν positum accipi: ut et alibi occurrit ap. Homer. et inf. Ol. XIII. 31, 32. ἐν δὲ Μοῖσ', &c. Ad 12. cf. Ne. III. 134.

[6. οἴκοθεν οἴκαδε. Hoc est, e domo soceri phialam dantis, οἴκαδε ad domum generi accipientis: ut gener a soceri domo ad suam donum illud ferat. BEN.]

[12. καὶ ἐγὼ, &c. Comparationis ἀπό-

PARAPHRASIS BENEDICTINA.
STROPHE I. 1—11.

QUEMADMODUM si socer dives phialam, munificâ manu sumptam, ex solido auro conflatam, partemque suarum opum præstantissimam, infuso generoso vino bullientem, juveni genero præbibens, donet e suâ domo domum illius ferendam, quo et gratos convivas exhilaret, et generum, cum quo affinitatem contraxit, honoret: hoc facto in præsentiâ amicorum, efficit ut beatus ille prædicetur, qui cum adeò liberali socero necessitudine sit conjunctus: siquidem concordiam, conjugalemque amicitiam arctiori vinculo sic connecti posse sperant;

ANTISTROPHE I. 12—22.

Ita ego, suave carminum meorum nectar, quibus immortales reddo viros

Μοισᾶν δόσιν, ἀθλοφόροις
Ἀνδράσιν πέμπων, γλυκὺν καρ-
πὸν φρενός γ', ἱλάσκομαι
Οὐλυμπίᾳ Πυθοῖ τε νικών-
τεσσιν. ὁ δ' ὄλβιος, ὃν
Φᾶμαι κατέχοντ' ἀγαθαί.
Ἄλλοτε δ' ἄλλον ἐποπτεύει χάρις ζω-
θάλμιος, ἁδυμελεῖ
Θ' ἅμα μὲν φόρμιγγι, παμφώ-
νοισί τ' ἐν ἔντεσιν αὐλῶν.

E. α'. K. ιγ'.

Καί νυν ὑπ' ἀμφοτέρων
Σὺν Διαγόρᾳ κατέβαν, τὰν ποντίαν

λειψις, in quâ est ἔλλειψις vocis οὕτω. Sic autem declaranda est: οὕτως ἐγὼ νέκταρ αὐτόχυτον, ὅπερ αἱ μοῦσαι δεδώκασιν, ὃ καὶ ἐκ τῆς ἐμαυτοῦ διανοίας ἐκαρπωσάμην, παρέχω τοῖς Ὀλυμπίᾳ καὶ Πυθοῖ νικηταῖς καὶ ἀθλοφόροις οὖσιν, ἵνα ἱλαροὺς αὐτοὺς ποιῶμαι. BEN.]

19, sq. Alio tempore alium celebravi carmine: nunc Diagoram: *Musa cum lyrâ et tibiâ invisit modo hunc modo illum.* ζωθάλμιος, ἡ θάλλειν τὴν ζωὴν ποιοῦσα, quod βιοθάλμιος Hymn. in Ven. 188. ubi cf. 104, 5, 6.

23—35. Ordo: καὶ νῦν κατέβαν (νῦν δὲ ἔρχομαι) ὑμνέων Ῥόδον σὺν Διαγόρᾳ, *venio ad celebrandam insulam et victorem.* Nisi magis lyricum esse putes: σὺν Διαγόρᾳ κατέβαν, sc. Olympia, *cum victore procedo ad laudandam Rhodum in honorem victoris.* Eam Nympham dixit ποντίαν, *in mari habitantem*, ut Nereïdes πόντιαι, ἅλιαι. ὑμνέων, παῖδ' Ἀφροδίτας Ἀελίοιό τε, Νύμφαν Ῥόδον· εὐθυμάχαν ὄφρα πελώριον ἄνδρα αἰνέσω—πατέρα τε Δαμάγητον—ναίοντας Ἀργείᾳ σὺν αἰχμᾷ. Ita interpunctionem emendo. Etiam Mingarell. v. 24. κατέβαν *in insulam Rhodum* accipit, et comparat Ol. VIII. 67, διδροι. et sup. v. 170. ubi κῶμος Stymphalo advenit. Quæ in medio posita sunt, sic jungo: στεφανωσάμενον πυγμᾶς ἄποινα, *certaminis præmia sibi imponendo*, παρ' Ἀλφειῷ καὶ παρὰ Κασταλίᾳ. Sic Ne. VI. 32-4. Ἔρνεα ἀπ' Ἀλφειοῦ στεφανωσάμενος.—32. ἀδόντα Δίκᾳ, *probatum Justitiæ*, adeoque *virum justum.*

[23. ὑπ' ἀμφοτέρων, &c. Transitio ad propositam Diagoræ laudationem; ad quam testatur se descendere. ὑπ' ἀμφοτέρων, hoc est, μετὰ, *cum*, sicuti apud Homerum; δαΐδων ὑπὸ λαμπομενάων, *cum facibus arden-*

insignes, Musarum dono, sponte ex meâ mente fusum, cujus dulcis est fructus, mittens iis qui ex Olympiorum et Pythiorum victoriâ præmium reportârunt, illos exhilaro, beoque meis laudibus. Siquidem beatus est ille, qui famam bonam a poëtis consequitur. Ego autem, nunc hunc, nunc illum respicio, cui carmen gratificer, quo cum blandisonâ etiam citharâ, omnisonisque tibiis decantato, vitam ejus vegetem.

EPOD. I. 23—35.

Nunc autem cum utroque, carminis nimirum vivifico encomio, et citharæ tibiarumque cantu, cum duce Diagorâ, descendi, celebrans Rhodum, insulam

Ὑμνέων παῖδ' Ἀφροδίτας
Ἀελίοιό τε, νύμφαν
Ῥόδον, εὐθυμάχαν
Ὄφρα πελώριον ἄνδρα παρ' Ἀλ-
φειῷ στεφανωσάμενον
Αἰνέσω, πυγμᾶς ἄποινα,
Καὶ παρὰ Κασταλίᾳ,
Πατέρα τε Δαμάγητον ἀδόντα Δίκᾳ,
Ἀσίας εὐρυχόρου
Τρίπολιν νᾶσον πέλας
Ἐμβόλῳ ναίοντας Ἀργείᾳ σὺν αἰχμᾷ.

Σ. β'. K. ια'.

Ἐθελήσω τοῖσιν ἐξ

tibus. Refertur autem ἀμφοτέρων ad Poësin, quam χάριν ζωθάλμιον appellavit, et ad Musicam, quæ lyrâ tibiisque peragebatur, ad quas carmina Pindari canebantur. Quamquam Leonicerus et Aretius, Scholiasten et Triclinium secuti, referunt ad φόρμιγγα et αὐλούς. Eligat lector, quam lubebit sententiam. Ben.]

35. Ἐμβόλῳ. De loco quæritur, primum sitne nomen proprium *Embolus* vel *Embolum*, an poëta a formâ rostri vel cunei locum quendam sic appellaverit; alterum, sitne in Rhodo ille locus quærendus, an in Asiâ oppositâ. Utraque ratio partim in scholiis proponitur, sed sine idoneâ auctoritate, partim ab interpretibus defenditur. Donec mihi de loco et de re aliunde constabit, sequar id quod simplicissimum: ναίοντας τρίπολιν νᾶσον πέλας (κατὰ τοῦ) Ἐμβόλῳ Ἀσίας εὐρυχόρου, et accipiam de Persæâ, quæ Rhodo objecta est, ita ut in cuneum ferè exeat: ut in tabulis geographicis cernere licet. Alioqui ex scholiis illud arridet, quod aiunt locum esse juxta Arycandam Lyciæ, olim Embolum, mox Trierem dictum. De altero hoc ex Plinio et Strabone constare aiebat Schmidius; sed ii de Triere Syriæ loquuntur, cujus et Stephanus Byz. meminit. Itaque de uno atque altero melior fides exspectanda.

36—40. Jungenda: τοῖσιν, per appositum, Ἡρακλέος εὐρυσθενεῖ γέννᾳ· οἷς ἐθέλω ἀγγέλλων διορθῶσαι λόγον pro ἀγγέλλειν, *præconis more laudes pronuntiare*, ut Py. IX. 2, 3. ἐθέλω ἀγγέλλων γεγωνεῖν. διορθῶσαι Schol. ἀκριβῶσαι, διασημῆναι, εἰπεῖν. erit ergo ἐξηγεῖσθαι ὀρθῶς? Præstat retinere lyricum illud, de quo supra ad Ol. III. 5. dictum est. ὀρθοῦν ὕμνον est ductum a columnâ, monumento, quod erigitur; uti et Isthm. I. 64, ξυνὸν ὀρθῶσαι καλόν. ξυνὸν λόγον, *laudem communem* toti genti.

marinam, Veneris filiam, Solisque sponsam: ut ingentem illum virum Diagoram, intrepidum pugnatorem, qui Olympiâ prope Alpheum, et Pythiâ prope Castaliam, coronatus est, in victoriæ pugilatu partæ remunerationem; et patrem ejus Damagetum, qui justitiam coluit, collaudem. Qui ambo, cum Argivâ multitudine, insulam illam Rhodum incolunt, tres urbes, scilicet Lindum, Ialysum, et Camirum continentem, et prope Embolum, Aricandes Lyciæ urbis templum, sitam.

Strophe II. 36—46.

Volo igitur illis, nimirum Diagoræ, et Damageto, genus ab initio ad

Ἀρχᾶς ἀπὸ Τλαπολέμου
Ξυνὸν ἀγγέλλων διορθῶ-
σαι λόγον, Ἡρακλέος
Εὐρυσθενεῖ γέννᾳ. τὸ μὲν γὰρ
Πατρόθεν, ἐκ Διὸς εὔ-
χονται· τὸ δ' Ἀμυντορίδαι
Ματρόθεν, Ἀστυδαμείας. Ἀμφὶ δ' ἀνθρώ-
πων φρεσὶν ἀμπλακίαι
Ἀναρίθματοι κρέμανται.
Τοῦτο δ' ἀμάχανον εὑρεῖν,

Α. β'. Κ. ια'.

Ὅ τι νῦν, καὶ ἐν τελευ-
τᾷ φέρτατον ἀνδρὶ τυχεῖν.
Καὶ γὰρ Ἀλκμήνας κασίγνη-
τον νόθον σκάπτῳ θένων

[43. *ἀμφὶ δ' ἀνθρώπων*, &c. Sententia, quâ Tlepolemi casum honestè excusare conatur: suo more etiam infortunia heroüm referens in laudes, quum ea vel sententiis molliat, vel aliâ ratione excuset. Porro haec gnome sumpta est a proprio hominis. Nam, ex Sopatri sententiâ, *σύμφυτον τὸ ἁμαρτάνειν ἀνθρώποις*. Et, ut ait Rhianus, Ἦ *ἄρα δὴ μάλα πάντες ἁμαρτίνοοι πελόμεσθα, ἄνθρωποι*. Unde vulgò dicimus, *Humanum est errare*. BEN.]

46. Similem locum cf. Nem. V. 25, sq. Sententia inde a 43 vulgari modo sic se haberet: Multa committunt furore et animi impetu abrepti homines, dum non vident, id quod in præsens juvat, quandoquidem viam vel cupiditatem explent, in posterum magnam calamitatem ipsis esse allaturum. Per sententiam generalem exponit, quod de Tlepolemo narrandum erat: is, errore animi irâ occæcati, Licymnium fratrem ex pellice occidit, cum nec reputâsset, exulandum sic sibi fore e patriâ domo. cf. var. lect. ad 48.

Tlepolemum referens, communem hunc sermonem tribuere Rhodiis omnibus, utpote qui Tlepolemum patrem agnoscant, ac proinde præpotentis Herculis præpotens sunt progenies. Nam genus paternum a Jove Herculis patre profectum gloriantur: et maternum ab Astydamiâ, Amyntoris filiâ, deducunt. Cæterùm humanæ mentes innumeris erroribus implicatæ sunt, et obnoxiæ: ita ut nosse nemo, nec comperire possit,

ANTISTROPHE II. 47—57.

an felicitas, quâ quis in præsentiâ fruitur, ad vitæ finem usque sit permansura. Etenim hic Tlepolemus, qui coloniam olim in hanc Rhodi insulæ terram deduxit, Licymnium, Alcmenæ fratrem nothum, duro oleæ baculo

Σ. α'. Κ. ια'.

ΦΙΑΛΑΝ ὡς εἴ τις ἀ-
φνειᾶς ἀπὸ χειρὸς ἑλὼν,
Ἀμπέλου ἔνδον καχλάζοι-
σαν δρόσῳ, δωρήσεται
Νεανίᾳ γαμβρῷ προπίνων
Οἴκοθεν οἴκαδε, πάγ-
χρυσον, κορυφὰν κτεάνων,
Συμποσίου τε χάριν, κᾶδός τε τιμά-
σας ἑὸν, ἐν δὲ, φίλων
Παρεόντων, θῆκέ μιν ζα-
λωτὸν ὁμόφρονος εὐνᾶς·

Α. α'. Κ. ια'.

Καὶ ἐγὼ νέκταρ χυτὸν,

NOTÆ HEYNIANÆ;
INTERPOSITIS QUIBUSDAM BENEDICTINIS.

1—12. Pulcherrimum locum sic ordina: ὡσεί τις—δωρήσεται—ἐνέθηκε τέ μιν ζ.—(οὕτω) καὶ ἐγὼ ἱλάσκομαι. ergo pro δωρεῖται καὶ ἐντίθησι. tum pro ὡσεί τις ἀφνειὸς ἑλὼν σὺν χειρὶ δωρεῖται, est ἀπὸ χειρὸς ἀφνειᾶς. ἐκ χειρός. et pro ἐν φίλοις παροῦσι θῆκε dixit ἐνέθηκε, φίλων παρεόντων. Mingarell. ἐν δὲ accipit pro ἐν τούτῳ δὲ, *et ita*. Sanè nil impedit, absolutè ἐν positum accipi: ut et alibi occurrit ap. Homer. et inf. Ol. XIII. 31, 32. ἐν δὲ Μοῖσ', &c. Ad 12. cf. Ne. III. 134.

[6. οἴκοθεν οἴκαδε. Hoc est, e domo soceri phialam dantis, οἴκαδε ad domum generi accipientis: ut gener a soceri domo ad suam donum illud ferat. BEN.]

[12. καὶ ἐγὼ, &c. Comparationis ἀπό-

PARAPHRASIS BENEDICTINA.
STROPHE I. 1—11.

QUEMADMODUM si socer dives phialam, munificâ manu sumptam, ex solido auro conflatam, partemque suarum opum præstantissimam, infuso generoso vino bullientem, juveni genero præbibens, donet e suâ domo domum illius ferendam, quo et gratos convivas exhilaret, et generum, cum quo affinitatem contraxit, honoret: hoc facto in præsentiâ amicorum, efficit ut beatus ille prædicetur, qui cum adeò liberali socero necessitudine sit conjunctus: siquidem concordiam, conjugalemque amicitiam arctiori vinculo sic connecti posse sperant;

ANTISTROPHE I. 12—22.

Ita ego, suave carminum meorum nectar, quibus immortales reddo viros

Μοισᾶν δόσιν, ἀθλοφόροις
Ἀνδράσιν πέμπων, γλυκὺν καρ-
πὸν φρενός γ', ἱλάσκομαι
Οὐλυμπίᾳ Πυθοῖ τε νικών-
τεσσιν. ὁ δ' ὄλβιος, ὃν
Φᾶμαι κατέχοντ' ἀγαθαί.
Ἄλλοτε δ' ἄλλον ἐποπτεύει χάρις ζω-
θάλμιος, ἁδυμελεῖ
Θ' ἅμα μὲν φόρμιγγι, παμφώ-
νοισί τ' ἐν ἔντεσιν αὐλῶν.

E. α'. K. ιγ'.

Καί νυν ὑπ' ἀμφοτέρων
Σὺν Διαγόρᾳ κατέβαν, τὰν ποντίαν

λεως, in quâ est ἔλλειψις vocis οὕτω. Sic autem declaranda est: οὕτως ἐγὼ νέκταρ αὐτόχυτον, ὅπερ αἱ μοῦσαι διδόασιν, ὃ καὶ ἐκ τῆς ἐμαυτοῦ διανοίας ἐκαρπωσάμην, παρέχω τοῖς Ὀλυμπίᾳ καὶ Πυθοῖ νικηταῖς καὶ ἀθλοφόροις οὖσι, ἵνα ἱλαροὺς αὐτοὺς ποιῶμαι. BEN.]

19, sq. Alio tempore alium celebravi carmine: nunc Diagoram: *Musa cum lyrâ et tibiâ invisit modo hunc modo illum.* ζωθάλμιος, ἡ θάλλειν τὴν ζωὴν ποιοῦσα, quod ζωθάλμιος Hymn. in Ven. 188. ubi cf. 104, 5, 6.

23—35. Ordo: καὶ νῦν κατέβαν (νῦν δὲ ἔρχομαι) ὑμνέων Ῥόδον σὺν Διαγόρᾳ, *venio ad celebrandam insulam et victorem.* Nisi magis lyricum esse putes: σὺν Διαγόρᾳ κατέβαν, sc. Olympia, *cum victore procedo ad laudandam Rhodum in honorem victoris.* Eam Nympham dixit ποντίαν, *in mari habitantem*, ut Nereïdes πόντιαι, ἅλιαι. ὑμνέων, παῖδ' Ἀφροδίτας Ἀελίοιό τε, Νύμφαν Ῥόδον—εὐθυμάχαν ὄφρα πελώριον ἄνδρα αἰνέσω—πατέρα τε Δαμάγητον—ναίοντας Ἀργείᾳ σὺν αἰχμᾷ. Ita interpunctionem emendo. Etiam Mingarell. v. 24. κατέβαν *in insulam Rhodum* accipit, et comparat Ol. VIII. 67, δεῦρο. et sup. v. 170. ubi κῶμος Stymphalo advenit. Quæ in medio posita sunt, sic jungo: στεφανωσάμενον πυγμᾶς ἄποινα, *certaminis præmia sibi imponendo*, παρ' Ἀλφειῷ καὶ παρὰ Κασταλίᾳ. Sic Ne. VI. 32-4. Ἔρνεα ἀπ' Ἀλφειοῦ στεφανωσάμενος.—32. ἁδόντα Δίκᾳ, *probatum Justitiæ*, adeoque *virum justum.*

[23. ὑπ' ἀμφοτέρων, &c. Transitio ad propositam Diagoræ laudationem; ad quam testatur se descendere. ὑπ' ἀμφοτέρων, hoc est, μετὰ, *cum*, sicuti apud Homerum; δαΐδων ὕπο λαμπομενάων, *cum facibus arden-*

insignes, Musarum dono, sponte ex meâ mente fusum, cujus dulcis est fructus, mittens iis qui ex Olympiorum et Pythiorum victoriâ præmium reportârunt, illos exhilaro, beoque meis laudibus. Siquidem beatus est ille, qui famam bonam a poëtis consequitur. Ego autem, nunc hunc, nunc illum respicio, cui carmen gratificer, quo cum blandisonâ etiam citharâ, omnisonisque tibiis decantato, vitam ejus vegetem.

EPOD. I. 23—35.

Nunc autem cum utroque, carminis nimirum vivifico encomio, et citharæ tibiarumque cantu, cum duce Diagorâ, descendi, celebrans Rhodum, insulam

Σεμνὰν θυσίαν θέμενοι,
Πατρί τε θυμὸν ἰάναιεν Κόρᾳ τ' ἐγ-
χειβρόμῳ. ἐν δ' ἀρετὰν
Ἔβαλεν καὶ χάρματ' ἀνθρώ-
ποισι προμαθέος αἰδώς.

A. γ'. K. ια'.

Ἐπὶ μὰν βαίνει τι καὶ
Λάθας ἀτέκμαρτα νέφος, [83. ἀτέκμαρτον, Ed. Ben.]
Καὶ παρέλκει πραγμάτων ὀρ-
θὰν ὁδόν γ' ἔξω φρενῶν.
Καί τοι γὰρ αἰθούσας ἔχοντες
Σπέρμ' ἀνέβαν φλογὸς οὔ·
Τεῦξαν δ' ἀπύροις ἱεροῖς
Ἄλσος ἐν ἀκροπόλει. κείνοισι μὲν ξαν-

79. *αἰδὼς προμαθέος, reverentia erga prudentem*, h. eum qui prudenter monet, ἐνέβαλεν (pro ἐμβάλλει) *ἀνθρώποις ἀρετὰν καὶ χάρματα, solet instillare hominum animis robur et alacritatem.* Æschyl. Suppl. 709. *τὰν πόλιν κρατύνοι προμαθεὺς εὐκοινόμητις ἀρχά. magistratus providus.* Hæc generaliter extulit, cum vellet dicere: Heliadas paruisse deo. De his v. inf. 131.

82. Iterum hoc *γνωμικῶς* pro vulgari: *Paruere illi quidem parentum monitis; verum obliti sunt ignem apportare.* Hæc sic extulit: *Solet interdum fieri, ut,* cum curare aliquid volumus vel maximè, *obscura oblivionis caligo offuscet mentem, et rectam rerum gerendarum rationem animo excutiat, excidere faciat. Scilicet et Heliadæ obliti sunt ignem ad sacrum apportare.*

88–9. Dicendum erat: *ἄπυρα ἱερὰ fecerunt et deæ τέμενος consecrârunt, in eoque aram ad sacra.* Fuit sanè *πεδίον καὶ ἄλσεων μεστὴ* acropolis secundum Aristidem in Rhodiaca. *ἄλσος* pro *τέμενος*, ut de Hercule Olymp. III. 24, sq. X. 41. Subtilior esset ratio, *ἄλσος* accipere, *ἀνὰ ἄλσος*. et *τεῦξαν*, absolute, ut *ῥέζειν*, *Litârunt sacro sine igni facto in luco.*

89, sq. Redit ad superiora v. 63. Natâ

exhilararent: cum futurum esset, ut qui hoc primi fecissent, habitaturam apud se Deam retinerent. Verum ut venerandus Prometheus, consiliis quidem virtutem et lætitiam animo immittit humano;

ANTISTROPHE III. 82—92.

sed interdum accedit oblivionis improvisa nebula, quæ mentes hominum a rectâ rei gerendæ ratione avocat; sic hujus quidem rei præscientia, animos illorum studio Deæ lætos reddidit: sed oblivio effecit ut aliquid ad rem gerendam necessarium deesset. Etenim Rhodii, quum in arcem ascenderunt, sacra in templo ibi extructo facturi, ignem non habuerunt. Quo quamvis caruerunt in peragendâ re sacrâ; nihilominus Jupiter et Minerva

θὰν ἀγαγὼν νεφέλαν,
Πολὺν ὗσε χρυσόν· αὐτὰ
Δέ σφισιν ὤπασε τέχναν

E. γ'. K. ιγ'.

Πᾶσαν ἐπιχθονίων
Γλαυκῶπις ἀριστοπόνοις χερσὶ κρατεῖν.
Ἔργα δὲ ζωοῖσιν ἑρπόν-
τεσσί θ' ὁμοῖα κέλευθοι
Φέρον. ἦν δὲ κλέος
Βαθύ. Δαέντι δὲ καὶ σοφία
Μείζων ἄδολος τελέθει.

Pallade imber aureus decidit; at ipsa dea, recens nata, imbuit Heliadas omni ad artes exercendas solertiâ, facto sacro delectata. Imber quidem aureus manifestavit præsentiam numinis. Scilicet ut omnino præsentia deorum similibus prodigiis declaratur, sic et aureo imbre. Apolline nato in Delo omnia facta sunt aurea: v. Hymn. Hom. in Apoll. 135, sq. Callim. in Del. 260. et de Inacho in Lav. Pall. 49. Unde fluxisse quoque videtur figmentum magnæ felicitatis Midæ, ut omnia ejus tactu in aurum mutata esse dicerentur. Videri potest Homericum πλοῦτον κατέχευε Il. β. 677. Pindaro ante oculos fuisse.

98. Δαέντι δὲ καὶ σοφία μείζων ἄδολος τελέθει. Sententiæ, brevitate obscuræ, meliorem interpretationem non habeo, quam Schmidianam: *perito artis etiam permagna intelligentia sine fraude, sine præstigiis magicis, obtingere potest.* Scilicet respici suspicor *Telchines*, qui olim in Rhodo fuere, mirabilibus operibus et ipsos claros, sed cum veneficii infamiâ: v. Diodor. V. 55. Iis nunc opponuntur seriorum artes. Τοῦ δαέντος γίνεται (εἶναι δύναται) τέχνη μεγίστη (nam μείζων, major quam aliis, ut sæpè ponitur) ἄνευ δόλου, γοητείας. Dixit universè, quod pergere debebat narrare de Rhodiis: *magna eorum erat celebritas, et excellebant operibus arte et ingenio, non præstigiis*, ut olim Telchinum in eâdem insulâ, *elaboratis.* Sententia a v. 95. procedit: *Loca publica urbis habebant artis opera viventibus et incedentibus similia; et erat gloria eorum magna.* Nec, quod vulgo de Telchinibus narratur, præstigiis illi hac in re usi sunt; nam *ei, qui usum rei habet, ars summa etiam sine præstigiis contingit.*

studium boni consulentes, ille, adductâ nube flavâ, aureum imbrem effudit: hæc vero Dea cæsiis oculis artem omnem ipsis præbuit, et statuariam in primis:

EPOD. III. 93—105.

in quâ manibus industriis optimè exercendâ sic excelluerunt, ut mortales omnes superârint. Eorum autem artificum præstantia cernebatur in operibus eximiis, quæ passim in compitis urbis extabant, tam scitè elaborata, ut vivis et gradientibus similia viderentur. Atque hinc Rhodiis obtigit ingens gloria: quibus, ad hanc artem naturâ bene comparatis, accessit institutionis a Minervâ acceptæ complementum. Et certè perfectiora edit opera, quis-

Φαντὶ δ' ἀνθρώπων παλαιαὶ
Ῥήσιες, οὔπω, ὅτε
Χθόνα δατέοντο Ζεύς τε καὶ ἀθάνατοι,
Φανερὰν ἐν πελάγει
Ῥόδον ἔμμεν ποντίῳ·
Ἁλμυροῖς δ' ἐν βένθεσιν νᾶσον κεκρύφθαι.

Σ. δ'. Κ. ια'.

Ἀπέοντος δ' οὔτις ἔν-
δειξεν λάχος Ἀελίου·
Καί ῥά μιν χώρας ἀκλάρω-
τον λίπον ἁγνὸν θεόν.
Μνασθέντι δὲ Ζεὺς ἄμπαλον μέλ-
λεν θέμεν. ἀλλά μιν οὐκ
Εἴασεν· ἐπεὶ πολιᾶς
Εἶπέ τιν' αὐτὸς ὁρᾶν ἔνδον θαλάσσας
Αὐξομέναν πεδόθεν
Πολύβοσκον γαῖαν ἀνθρώ-
ποισι, καὶ εὔφρονα μάλοις.

100. Ut a Pallade artes acceperant Rhodii: ita propitius ipsis fuit Sol, cui tanquam γέρας assignatum fuit inter ceteros deos insula. Hinc nova digressio. Est autem hæc orbis terrarum divisio diversa ab illâ distributione, quæ post bellum cum Titanibus facta est apud Hesiodum in Theogoniâ, quando dii suum quisque γέρας accepere.

quis ingenii dexteritatem arte expolivit. Siquidem qui præceptis ingenium excoluit, majorem solertiam doli expertem adipiscitur. Cæterum veteres poëtarum fabulæ ferunt, Rhodum insulam, quum Jupiter, aliique Dii terram partiebantur, nondum in mari alto manifestam extitisse: sed in salsas profunditates immersam latuisse.

STROPHE IV. 106—116.

Sed cum Sol abesset interim, dum altero in Hemisphærio curriculum absolvebat, nullus Deorum meminit illi relinquendam esse sortem: Deumque illum, qui suis radiis omnia repurgat et illustrat, regionis exortem prætermiserunt. Quod cum Jovi in memoriam revocâsset, Jupiter sortitionem iterare statuebat. Sed Sol non passus est: quia dixit se videre in cano mari e fundo sese attollentem terram, quæ multis hominibus alendis esset idonea, et jucunda pecudibus pabula procreare posset.

Α. δ'. Κ. ια'.

Ἐκέλευσεν δ' αὐτίκα
Χρυσάμπυκα μὲν Λάχεσιν
Χεῖρας ἀντεῖναι, θεῶν δ' ὅρ-
κον μέγαν μὴ παρφάμεν, [120. παρβάμεν, Damm. Lex.]
Ἀλλὰ Κρόνου σὺν παιδὶ νεῦσαι,
Φαεινὸν ἐς αἰθέρα μιν
Πεμφθεῖσαν ἑᾷ κεφαλᾷ
Ἐξοπίσω γέρας ἔσσεσθαι. τελεύτα-
σαν δὲ λόγων κορυφαὶ
Ἐν ἀλαθείᾳ πετοῖσαι.
Βλάστε μὲν ἐξ ἁλὸς ὑγρᾶς

Ε. δ'. Κ. ιγ'.

Νᾶσος· ἔχει τέ μιν ὀ-
ξειᾶν ὁ γενέθλιος ἀκτίνων πατὴρ,

119-20. *θεῶν δ' ὅρκον μέγαν μὴ παρφάμεν.* *παρφάναι* aut est solenni notione *decipere*, ita est, *ne deciperet*, sed verè sibi juret per Stygem; aut est *recusare:* tum *μὴ παρφάμεν* est idem ac *φάμεν*, s. *φάμεναι*, *φάναι*, *non recusare* pro *dicere*, *eloqui*.

[*θεῶν δ' ὅρκον*, &c. Deorum juramentum est quod fit per Stygiam paludem inferorum, per quam pejerare non licebat; unde Odyss. l. V. *στυγὸς ὕδωρ, ὅς τε μέγιστος ὅρκος, δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι.* Qui autem pejerâssent, per quoddam tempus a Deorum epulis abstinebant, ut refert Hesiodus in Theog. BEN.]

124-6. Ex sermonis indole et usu alius verborum sensus esse nequit quam hic:

ANTISTROPHE IV. 117—127.

Tum protinus exegit a Lachesi, aureo reticulo insigni, ut, porrectâ manu, per Stygiam paludem, maximum et sanctissimum Deorum juramentum, juraret, nec falleret, sed cum Jove annueret, insulam illam, quum e mari emersisset, et in lucem prodiisset, sibi pro præmio in sortem obventuram. Hæc autem petitio optatum eventum est sortita. Utque vera loquebatur Sol, quum dicebat se in mari profundo videre terram, sese ad emergendum attollentem; sic eam postulatam impetravit. Atque emersit quidem e mari humido

EPOD. IV. 128—140.

insula: quam obtinet genitalis ille radiorum ardentium pater, et equorum

Πῦρ πνεόντων ἀρχὸς ἵππων.
Ἔνθα Ῥόδῳ ποτὲ μιχθεὶς
Τέκεν ἑπτὰ, σοφώ-
τατα νοήματ' ἐπὶ προτέρων
Ἀνδρῶν παραδεξαμένους,
Παῖδας· ὧν εἷς μὲν Κάμειρον,
Πρεσβύτατόν τε Ἰά-
λυσον ἔτεκεν, Λίνδον τ'. ἀπάτερθε δ' ἔχον,
Διὰ γαῖαν τρίχα δασ-
σάμενοι, πατρωΐαν
Ἀστέων μοῖραν· κέκληνται δέ σφιν ἕδραι.

Σ. ε'. Κ. ια'.

Τόθι λύτρον συμφορᾶς
Οἰκτρᾶς γλυκὺ Τλαπολέμῳ
Ἵσταται Τιρυνθίων ἀρ-

eventum suum vere habuere dicta. πιτοῖσαι, ut πίπτειν, a sortibus ductum: ut Ol. XII. 14. πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν. ἐν ἀλαθείᾳ, σὺν ἀλ. pro ἀληθῶς, *vero eventu.* ἐπιλεύτασαν πιτοῖσαι ornate pro simplici; et κορυφαὶ λόγων sunt ipsi λόγοι, ut λόγων κορυφὰ ὀρθὴ Pyth. III. 141. pro λόγος ὀρθὸς, *dictum verum.* Sic ἔργων τέλος pro ἔργον Ol. II. 33. Sunt autem h. l. λόγοι vel *verba jurisjurandi* simpliciter, vel *cum Solis postulatis.*

[130. Πῦρ πνεόντων, &c. Quia Sol fons est caloris, ideo ejus equos ignem spirare fingit: et more poëtico equos ei adscribit, quos apud Ovid. II. Metam. quatuor legas: *Interea volucres Pyrois, Eous, et Æthon, Solis equi, quartusque Phlegon, hinnitibus auras flammiferis implent.* Ben.]

141. Τόθι. *Jam hic*, in hâc insulâ, *Tlepolemo tanquam heroï sacrum fit cum certamine publico:* λύτρον, *compensatio laborum.* Tlepolemo tanquam heroï honores habiti a Rhodiis, nec modo inferiis factis, verum tanquam deo, victimis cæsis et certaminibus institutis. Debuere esse dicta τὰ Τληπολέμεια. Cæsus ille ad Trojam a Sarpedone: Il. ε. 655, sq.

ignem spirantium rector. Ubi olim, compressâ Rhodo Nymphâ, septem genuit liberos, nempe Cercaphum, Actim, Macareum, Tenagem, Triopem, Phæthontem, et Ochimum, qui, priscorum virorum tempore, magno valuerunt ingenii acumine et solertiâ, et sapientissimi fuerunt. Quorum unus, videlicet Cercaphus, ex Cydippe Ochimi filiâ genuit natu maximum Ialysum, deinde Camirum, tertio Lindum, qui, patriâ terrâ in tres partes divisâ, separatim ac privatim urbes suas incoluerunt: easque sedes singuli a sese denominârunt.

Strophe V. 141—151.

Illâ in insulâ Tlepolemo Tyrinthiorum et Argivorum regi constituuntur

χαγέτᾳ, ὥσπερ θεῷ,
Μάλων τε κνισσάεσσα πομπὰ,
Καὶ κρίσις ἀμφ' ἀέθλοις.
Τῶν ἄνθεσι Διαγόρας
'Εστεφανώσατο δίς· κλεινᾷ τ' ἐν 'Ισθμῷ
Τετράκις εὐτυχέων,
Νεμέᾳ τ' ἄλλαν ἐπ' ἄλλᾳ,
Καὶ κρανααῖς ἐν 'Αθάναις.

A. ε'. K. ια'.

"Ο, τ' ἐν "Αργει χαλκὸς ἔ-
γνω μίν· τά τ' ἐν 'Αρκαδίᾳ
"Εργα καὶ Θήβαις· ἀγῶνές
Τ' ἔννομοι Βοιώτιοι·
Αἴγινα, Πελλάνα τε, νικῶν-

147. Similis locus Ol. XIII. 45, sq. IX. 124, sq. Sequentia certamina partim e Schol. partim ex Pausan. et ex ipso poëtâ passim facilè possunt illustrari. Add. Excerpta Philemonis ap. Villois. ad Apollonii Lex. Hom. p. 856. Sed video de his certaminibus jam doctè notata esse multa a Beckio in Not. ad Schol. p. 434.

[151. καὶ κραναοῖς ἐν 'Αθάναις. Per synecdochen Athenas pro totâ Atticâ sume, ut sit pro, ἐν πετρώδει καὶ καταξήρῳ 'Αττικῇ. Ubi celebrabantur Panathenæa, Heraclea, Eleusinia, et Panellenia: quæ omnia forte vicit Diagoras, siquidem nihil Pindarus certi determinat. BEN.]

[155. Βοιώτιοι. Plurali numero loquitur, quia complures erant ludi in Bœotiâ, in quibus vicit Diagoras. Erant in Oropo Amphiarai; in Lebadeâ Trophonii; in Platæis Eleutherii; in Thespiis Erotidii. BEN.]

divini honores, qui sint tanquam jucunda sedatio miserandæ calamitatis, quam, vagis erroribus a patriâ exulando, expertus erat. Etenim ei, tanquam Deo, relatis ex Trojâ ejus ossibus, templum condiderunt, sacrificia nidorosa magno apparatu peragenda instituerunt, et certamina dedicârunt; in quibus victor Diagoras albâ populo bis est coronatus, præterquam quod inclytis in Isthmiis quater prosperè rem gessit: Nemeis quoque bis unâ serie est potitus, et in asperæ ac petricosæ Atticæ certaminibus excelluit.

ANTISTROPHE V. 152—162.

Ipsum quoque victorem novit scutum illud æreum, quod pro Junoniorum victoriâ accepit. Noverunt etiam Lycea, quæ in Arcadiâ; Iolæa et Herculea, quæ Thebis; legitimaque Bœotiorum certamina; et Æacea, quæ in Æginâ; et Theoxenia, quæ in Pellenâ devicit. Ejusdemque

θ' ἑξάκις· ἐν Μεγάροι-
σίν τ' οὐχ ἕτερον λιθίνα
Ψᾶφος ἔχει λόγον. Ἀλλ' ὦ Ζεῦ πάτερ νώ-
τοισιν Ἀταβυρίου
Μεδέων, τίμα μὲν ὕμνου
Τεθμὸν, Ὀλυμπιονίκαν

E. έ. K. ιγ'.

Ἄνδρα τε, πὺξ ἀρετὰν
Εὑρόντα· δίδοι τέ οἱ αἰδοίαν χάριν,
Καὶ ποτ' ἀστῶν, καὶ ποτὶ ξεί-
νων· ἐπεὶ ὕβριος ἐχθρὰν
Ὁδὸν εὐθυπορεῖ,
Σάφα δαεὶς, ἅτε οἱ πατέρων
Ὀρθαὶ φρένες ἐξ ἀγαθῶν
Ἔχραον. μὴ κρύπτε κοινὸν
Σπέρμ' ἀπὸ Καλλιάνα-

158. οὐχ ἕτερον, *non alium*, eundem, *titulum* (nam hic est λόγος) *habet columella* (ψῆφος λιθίνη, στήλη) *posita Megaris:* sc. et ibi eum victorem fuisse. Mox 162 jungere ferè malim ὕμνου τεθμὸν Ὀλυμπιονίκαν, (ut v. c. Ol. III. 4.) ἄνδρα τε πὺξ ἀρετὰν εὑρόντα (h. νίκην).

[162. ὕμνου τεθμὸν appellat ipsum hymnum, quo pro more et legitimè laudat egregium virum. BEN.]

168. σάφα δαεὶς (ἐκεῖνα) ἅτε οἱ ἐξ ἀγαθῶν πατέρων (ὄντι, γεννηθέντι) φρένες ὀρθαὶ ἔχραον· *mens bona*, disciplinâ domesticâ bonâ nutrita, *monet*, (pro χράουσι. χρησμῳδοῦσι, h. e. παραινοῦσι,) scil. in magnis opibus retinendum esse sensum æquitatis et modestiæ.

omnium frequentissimè apud Megarenses, lapideis columnis ob crebras victorias insculptum est nomen. Cæterùm, O Jupiter Pater, qui in summo Atabyrii montis Rhodii vertice, erectâ tibi statuâ, dominaris, meo carmini encomiastico honorem confer, illique viro, qui victoriam Olympicam est adeptus,

EPOD. V. 163—*ad fin.*

et virtutis laudem ex pugilatu nactus. Da etiam eidem Diagoræ, ut cum cives, tum exteri revereantur ipsum, siquidem ab injuriâ declinans, rectum justitiæ tramitem calcat et insistit. Tuque anime mi, qui compertum habes, quam præclaris monitis rectæ proborum ejus majorum mentes, ipsum ad virtutis avitæ imitationem incitârint, ne reticeas Diagoram nobile notumque omnibus genus ducere a Callianacte, et ab Eratidis, qui decus a Gratiis

κτος, Ἐρατιδᾶν τοι σὺν χαρίτεσσιν. ἔχει
Θαλίας καὶ πόλις. ἐν
Δὲ μιᾷ μοίρᾳ χρόνου,
Ἄλλοτ᾽ ἀλλοῖαι διαιθύσσουσιν αὖραι.

173. Nexus sententiarum: *μὴ κρύπτε—serva, ne sine perire—nec læta hæc fortuna ullo gravi casu evertatur.* Hoc expressit a caussâ: *nam variæ sunt fortunæ vicissitudines, μεταβολαί, s. μετατροπίαι,* ut dixit Py. X. 32. *αὖραι,* ut *πνοαὶ ἀνέμων,* Py. III. 186–8. *διαιθύσσουσιν* exquisitè de celerrimo motu: pro, *emergunt, succedunt.*

[ἐν δὲ μιᾷ, &c. hoc est, ἐν μιᾷ ὥρᾳ, βραχεῖ τε χρόνῳ, τὰ πράγματα ἄλλοτε ἄλλως διατίθεται, καὶ ὁρμῶσιν ἄλλοτε ἄλλαι μεταβολαί, καὶ εἴτι συμβαίνει λυπηρὸν, ταχέως ἐπὶ τὸ κρεῖττον τραπήσεται. Sumpta autem est metaphora a ventis qui subinde mutantur. BEN.]

acceperunt. Cæterum etiam in urbe Rhodiorum festa convivia ad voluptatem et recreationem celebrantur: verum unâ eâdemque diei horâ, brevique tempore, rerum status et conditio subinde mutatur, ita ut quod incommodum modo accidit, mox in melius verti possit, et contra.

ΟΛΥΜΠΙΑ.

Εἶδος η΄.

ΑΛΚΙΜΕΔΟΝΤΙ

Παιδὶ Παλαιστῇ.

ARGUMENTUM.

Gratulatur Alcimedonti victoriam Olympicam consequuto, ut paulo ante frater Timosthenes victor fuerat renuntiatus in Nemeis;—27. prædicat insulæ Æginæ felicitatem hanc, ejusque laudes subjicit, quas ab ipso conditore Æaco repetit:—40. quem Apollo et Neptunus in muris Trojæ extruendis socium operis habuere—69. Inde laudes Melesiæ aliptæ—97. Meminit quoque poëta tribulium Blepsiadarum,—101. Iphionis et Callimachi cognatorum vitâ jam defunctorum—109. Bona vota.

Σ. α'. Κ. θ'.

ΜΑΤΕΡ ὦ χρυσοστεφάνων
Ἀέθλων, Οὐλυμπία,
Δέσποιν' ἀλαθείας· ἵνα μάντιες ἄνδρες,
Ἐμπύροις τεκμαιρόμενοι, παραπει-
ρῶνται Διὸς ἀργικεραύνου,
Εἴ τιν' ἔχει λόγον, ἀνθρώπων πέρι
Μαιομένων μεγάλαν
Ἀρετὰν θυμῷ λαβεῖν,
Τῶν δὲ μόχθων ἀμπνοάν.

Α. α'. Κ. ι'.

Ἄνεται δὲ πρὸς χάριν εὐ-
σεβέων ἀνδρῶν λιταῖς.

NOTÆ HEYNIANÆ;
INTERPOSITIS QUIBUSDAM BENEDICTINIS.

[3. *Δέσποιν' ἀλαθείας.* Domina veritatis Olympia nuncupatur, quòd Iamidæ vates ibi responsa darent, Jovis numine afflati. BEN.]

5, 6. Malè distinguebatur: *εἴ τιν' ἔχει λόγον ἀνθρώπων πέρι*; nam, *λόγον ἔχειν περί τινος*, vix Græcè dicitur. Verum jungenda sunt: Iamidæ (v. Ol. VI. 118) sacris ab iis, qui ad certamina accedunt, factis, *παραπειρῶνται Διὸς, περὶ ἀνθρώπων μαιομένων, Jovis mentem explorant super, de, viris. εἴ τινα ἔχει λόγον, φροντίδα,* sc. *αὐτῶν· ut respiciat eos, propitius iis sit victoriâ largiendâ.*

7, 8. Junge: *μαιομένων θυμῷ,* (h. e. *σπουδαζόντων*) *λαβεῖν* (pro *ἐπιλαβεῖν*) *ἀρετὰν μεγάλαν, altam laudem ex victoriâ consequi* (ut *ἀρετὴ* paulo ante Ol. VII. 163. *ἄνδρα πὺξ ἀρετὰν εὑρόντα,* h. e. *νίκην,* nam est *ἀρετὴ omne id, quo quis præstat aliis, excellit: vis animi, corporis,*) *τῶν δὲ μόχθων ἀμπνοάν,* h. e. victoriam, recreationem post tot ærumnas et labores, ut Ol. II. 93—95. Ol. I. 157.

10. *Ἄνεται δὲ πρὸς χ. rata autem hæc fiunt ex voto piorum hominum ad preces factas.*

PARAPHRASIS BENEDICTINA.

STROPHE I. 1—9.

O ELIDIS metropoli Olympia, quæ egregias ex oleastro coronas præbes Olympicorum certaminum victoribus; quæque es domina veritatis; apud quam Iamidæ, concisis coriis, lorisque in ignem conjectis, Jovis, lucidum veloxque fulmen torquentis, per certas conjecturas mentem explorant, an rationem sit habiturus hominum, qui magnæ virtutis præconium ex Olympicâ victoriâ consequi cupiunt, et post labores respirare, et otio ac tranquillitate frui:

ANTISTROPHE I. 10—18.

Fieri autem solet, ut Jovis voluntas et consilium innotescat in oraculi consultorum gratiam, ope supplicationum, quibus pii vates responsum

Ἀλλ', ὦ Πίσας εὔδενδρον ἐπ' Ἀλφεῷ ἄλσος,
Τόνδε κῶμον καὶ στεφαναφορίαν
Δέξαι. μέγα τοι κλέος αἰεὶ,
Ὧ, τινι σὸν γέρας ἕσπητ' ἀγλαόν.
Ἄλλα δ' ἐπ' ἄλλον ἔβαν
Ἀγαθῶν, πολλαὶ δ' ὁδοὶ
Σὺν θεοῖς εὐπραξίας·

E. α'. K. ια'.

Τιμόσθενες, ὔμμε δὲ κλάρωσεν Πότμος
Ζηνὶ γενεθλίῳ· ὃν μὲν
Ἐν Νεμέᾳ πρόφατον,
Ἀλκιμέδοντα δὲ πὰρ Κρόνου λόφῳ
Θῆκεν Ὀλυμπιονίκαν.
Ἦν δ' ἐσορᾶν καλός· ἔργῳ
Τ' οὐ κατὰ εἶδος ἐλέγχων,

[16. ἄλλα δ' ἐπ' ἄλλον, &c. hoc est, οὐ πάντες ταυτὰ ἔχουσιν ἀγαθὰ, ἀλλ' ἄλλος ἄλλο. Cui sententiæ occasionem dedit, quòd Alcimedon quidem Olympiâ, Timosthenes autem Nemeâ devicit. Quare non omnia uni contingunt, unde Homerus, Il. N. 729. ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα δυνήσεαι αὐτὸς ἐλέσθαι· ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε Θεὸς πολεμήϊα ἔργα, ἄλλῳ δ' ὀρχηστὺν, ἑτέρῳ κιθάριν καὶ ἀοιδήν. BEN.]

19—23. Dixit lyricè pro: ὑμᾶς δὲ, ὦ Τιμόσθενες καὶ Ἀλκίμεδον, πότμος ἐκλήρωσε (σὺν) Ζηνὶ γενεθλίῳ, *propitio Jove vestrorum natalium præside*, τὸν μὲν,—τὸν δὲ— Mox, 23. θῆκεν idem πότμος.— 24. Similia loca Nem. III. 32, 33. Ist. VII. 30.— 28. Eadem Æginæ laus Py. VIII. pr. et 31. Nem. IV. 19.

[24. ἦν δ' ἐσορᾶν καλός. Sic Olympionicam Theocritum laudat Simonides lib. I. Epigramm. εἰς ἀγῶνας, quem dicit, κάλλιστον μὲν ἰδεῖν, ἀθλεῖν δ' οὐ χείρονα μορφῆς. BEN.]

eliciunt. At O Pisæ nemus, inquam, juxta Alpheum sitæ pulchris arboribus consitum, accipe carmen hoc, quo coronam victoriâ partam celebro. Magnam sanè gloriam semper consequitur, quem tui præmii clarus honor sequitur. Cæterum non omnes eadem obtinent bona, sed alius aliâ in re præstat: cum multæ, variæque sint viæ, modique, quibus favor divinus felicitatem impertit.

EPOD. I. 19—29.

Quod vestro probari potest exemplo Timosthenes. Nam fatum, Jovi generationis auctori, hac ætate juvenili, vos asciscendo et conciliando, fecit, ut tu quidem victoriâ Nemeorum conspicuus evaseris; Alcimedon autem in Olympiâ, ubi Cronius est Collis, Olympico certamine claruerit: quare strenue gestâ, vir formosus formam non dedecoravit, sed fortitu...

Ἐξένεπε, κρατέων
Πάλᾳ, δολιχήρετμον Αἴγιναν πάτραν·
Ἔνθα Σώτειρα, Διὸς ξενίου
Πάρεδρος, ἀσκεῖται Θέμις

Σ. β΄. Κ. θ΄.

Ἔξοχ᾽ ἀνθρώπων. ὅ τι γὰρ
Πολὺ, καὶ πολλᾷ ῥέπει,
Ὀρθᾷ διακρίνειν φρενὶ, μὴ παρὰ καιρὸν,
Δυσπαλές. τεθμὸς δέ τις ἀθανάτων
Καὶ τάνδ᾽ ἁλιερκέα χώραν
Παντοδαποῖσιν ὑπέστασε ξένοις
Κίονα δαιμονίαν,
(Ὁ δ᾽ ἐπαντέλλων χρόνος
Τοῦτο πράσσων μὴ κάμοι·)

30—34. Malè interpungebatur post διακρίνειν. Jungenda sunt: δυσπαλὲς (ἐστὶ) διακρίνειν (σὺν) ὀρθᾷ φρενὶ, μὴ παρὰ καιρὸν, (*non imperitè*) debebat sequi τὰ πολλὰ ὄντα καὶ ῥέποντα πολλῇ: dixit; (ἐκεῖνο) ὅ, τι πολὺ, καὶ πολλᾷ ῥέπει, *quod multiplex est et multis modis variat*, pro rerum, temporum, personarum, rationibus: ut sunt jura, caussæ, negotia mercatorum. Conf. var. lec. Fuit igitur apud Æginetas species aliqua ejus, quod nos *judicium mercatorium* appellamus.

37, 38. In parenthesi interposita sunt, pro voto: *utinam insula sit præsidium tale adeuntium eam per omne tempus!* Tribuitur hoc tempori tanquam id efficienti: ex poëtico more.

exornavit. Imo etiam luctâ victoriam adeptus, Æginæ patriæ lumen decusque addidit, quæ jam re nauticâ commendabilis est, et observatione Justitiæ Jovi assidentis, quam illi omnium hominum præstantissimè colunt et exercent.

Strophe II. 30—38.

Nam ubi est multitudo, variasque ad vias, inter se differentes, tendit, et in diversa studia inclinat, hanc regere et gubernare tempestivè, certo justoque rationis judicio, difficile est, ut in Æginâ videlicet: quò etsi innumeri confluunt advenæ, sententiis inter se dissidentes, rectè tamen gubernantur. Sed Deorum voluntas et decretum fecit, ut hæc regio, mari vallata et cincta, non modo æquitatis observatrix, sed et convenientibus undique hospitibus tutum sit columen et asylum, tanquam divina quæpiam columna, (quod utinam ei longâ futuri temporis serie continuetur,)

A. β'. K. θ'.

Δωριεῖ λαῷ ταμιευ-
ομέναν ἐξ Αἰακοῦ·
Τὸν παῖς ὁ Λατοῦς εὐρυμέδων τε Ποσειδᾶν,
Ἰλίῳ μέλλοντες ἐπὶ στέφανον
Τεῦξαι, καλέσαντο συνεργὸν
Τείχεος· ἦν ὅτι νιν πεπρωμένον
Ὀρνυμένων πολέμων
Πτολιπόρθοις ἐν μάχαις
Λάβρον ἀμπνεῦσαι καπνόν.

E. β'. K. ια'.

Γλαυκοὶ δὲ δράκοντες, ἐπεὶ κτίσθη, νέον
Πύργον ἐσαλλόμενοι τρεῖς,
Οἱ δύο μὲν κάπετον,
Αὖθι δ', ἀτυζομένω, πνοὰς βάλον·
Εἷς δ' ἐσόρουσε βοάσαις.
Ἔννεπε δ' ἀντίον ὁρμαί-

[52. εἷς δ' ἐσόρουσε &c. Hoc est, ὁ δὲ εἷς εἰσῆλθε, vel melius, εἰσώρμησε. Notat in hâc periodo schema Scholiastes, γλαυκοὶ δράκοντες, &c. nominativum pro genitivo γλαυκῶν δὲ δρακόντων εἰσαλλομένων τριῶν, οἱ δύο μὲν κατέπεσον, ὁ δὲ εἷς ἐσόρουσε· cujus schematis hoc exemplum affert ex Homero; οἱ μὲν δύο σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει. BEN.]

ANTISTROPHE II. 39—47.

Quam populus Doriensis gubernavit, ex quo eam Triacon, collectâ manu Argivorum, qui Dorico fuerunt genere, occupavit, Æaco mortuo: quem olim Latonæ filius Apollo, lateque imperans Neptunus, mœnibus Ilium cincturi, vocarunt ut in muri constructione esset adjutor. Erat enim in fatis, ut, bello adversus ipsum commoto, expugnatum conflagraret, eoque ex incendio fumum vehementem exhalaret: quod alioqui fieri non potuisset, si a solis Diis conditum fuisset.

EPOD. II. 48—58.

Hoc autem aliquando futurum portenderunt dracones tres glaucis oculis horrendi, qui, extructo muro, in recens conditam turrim impetum fecerunt: ex quibus duo quidem mortui corruerunt, ibique turbati animas efflârunt; tertius vero, graviter vociferatus irruit, et intravit. Quod prodigium inimicum

νων τέρας εὐθὺς Ἀπόλλων·
Πέργαμος ἀμφὶ τεαῖς,
Ἥρως, χερὸς ἐργασίαις ἁλίσκεται,
(Ὣς ἐμοὶ φάσμα λέγει Κρονίδα
Πεμφθὲν βαρυγδούπου Διός.)

Σ. γ'. Κ. θ'.

Οὐκ ἄτερ παίδων σέθεν. ἀλ-
λ' ἅμα πρώτοις ἄρξεται
Καὶ τετράτοις. Ὣς ἄρα θεὸς σάφα εἴπαις,
Ξάνθον ἤπειγεν, καὶ Ἀμαζόνας εὐ-
ίππους, καὶ ἐς Ἴστρον, ἐλαύνων.

55, seqq. Jungenda sunt ἁλίσκεται σὺν ἄτερ παίδων σέθεν. Scilicet Apollo dixit: *eâ parte, quâ tu, Æace, murum duxisti, capietur Pergamus, tuorum quidem posterorum operâ: sed eveniet hoc primâ et quartâ generatione*, ἄρξεται, γενήσεται, τὸ ἁλίσκεσθαι, σὺν τοῖς πρ. pro σὺν τῷ πρώτῳ καὶ τετάρτῳ παιδὶ, *per Telamonem et Neoptolemum.* ἀντίον ὁρμαίνων, *propius accedens.* At Schol. reddit: στοχαζόμενος εὐθέως, ut sit ὁρμαίνων ἐν φρεσὶν, *interpretatur portentum extemplò versans animo.*

62. An alia sit auctoritas, quâ constet Apollinem ab Amazonibus cultam fuisse, ita ut eas nunc adire dicatur, ignoro. Tum si Xanthus est Lyciæ, mira est profectio per Lyciam ad Amazonas et ad Hyperboreos, quos per Istrum designat, ut sup. Ol. III. Nam diversa loca eum commemorare, quæ ille fortè adire possit, vix poëtam deceret. Magis consentaneum esset, Apollinem ad unum certum locum properare, ut Neptunus ad Isthmum, non tria diversa loca et sacra adire: nam adeunt dii loca, in quibus præcipuâ religione coluntur. Verum nec hoc poëtam velle puto; sed Apollo tendit ad Hyperboreos, quà via ducit, ex priscâ terrarum situs ignoratione, per Amazonas in borealibus locis habitantes; Xanthus autem est Troadis fl. inde a quo iter in septentrionem ingreditur. Ad eum relicti equi pabulum carpebant, ut apud Homer.

animo volvens et considerans protinus Apollo, Æacum est allocutus; "Ilium eâ parte, quâ tuis manibus est conditum, erit expugnatu facile. Innuit hoc mihi visio illa, quam Jupiter Saturnius, gravi fragore tonans, immisit.

STROPHE III. 59—67.

Neque id perficietur sine liberis tuis. Sed primi (qui fuerunt Telamon et Peleus, et Herculem contra Laomedontem juverunt,) Ilium populabuntur. Et quarti posteri, (respicit autem ad Neoptolemum, qui, connumerato Æaco, fuit quartus) extremo dabunt excidio." Sic Deus perspicuè locutus, per Xanthum Trojæ fluvium in Lyciam ad Amazonas properabat equis insignes, et ad Istrum equitans Hyperboreos populos adibat.

'Ορσοτρίαινα δ' ἐπ' Ἰσθμὸν ποντίαν
Ἅρμα θοὸν τάνυεν,
Ἀποπέμπων Αἰακὸν
Δεῦρ' ἀν' ἵπποις χρυσέαις,

A. γ'. K. θ'.

Καὶ Κορίνθου δειράδ', ἐπο-
ψόμενος δαῖτα κλυτάν.
Τερπνὸν δ' ἐν ἀνθρώποις ἴσον ἔσσεται οὐδέν.
Εἰ δ' ἐγὼ Μελησίᾳ ἐξ ἀγενεί-
ων κῦδος ἀνέδραμον ὕμνῳ·
Μὴ βαλέτω με λίθῳ τραχεῖ φθόνος.
Καὶ Νεμέᾳ γὰρ ὁμῶς
Ἐρέω ταύταν χάριν·
Τὰν δ' ἔπειτ' ἀνδρῶν μάχαν

70, sq. Viam sibi parat ad laudem Melesiæ, aliptæ: in quâ interserendâ invidiam deprecatur. *Non omnibus eadem probantur. Si ego itaque laudes Melesiæ carmine repeto a victoriâ, quam ipse olim inter pueros luctâ retulit; invidi me non reprehendant.* εἰ δ' ἐγὼ Μελησίᾳ ἐξ ἀγενείων κῦδος ἀνέδραμον ὕμνῳ pro, εἰ σὺν ἀνατρέχω, *percurro, pertexo laudes carmine.* Sic ἀναδραμεῖν et alii; item ἀπελθεῖν, ut apud Euripidem.

73. μή τίς με φθονείτω. Cf. Schneid. Vita Pind. p. 117. Scilicet ex heroum ætate petitum, qui non minus saxis pro telis utuntur. Invidia autem *petere* aliquem dicitur.

75. ταύταν χάριν paulo durius pro, τὴν αὐτὴν, *commemorare enim possum similiter eum olim inter pueros Nemeis vicisse, et postea* ἐν ἀνδράσι *pancratio.*

76. Junge ἐν παγκρατίῳ ἀνδρῶν.

Neptunus verò, tridente terram pulsans, ad marinum Isthmum currum velocem impellebat, huc ad Æginam pulchris in equis Æacum deducens,

ANTISTROPHE III. 68—76.

et ad Corinthi jugum properabat, celebre sacrificium, ibi suum in honorem peragi solitum, inspecturus. Cæterum non omnes homines iisdem rebus et studiis delectantur, sed alius aliis dat operam, sicut hi athletæ, alius alii certamini. Quod si jam ad Melesiæ laudes hoc hymno me conferam, ne quis invideat mihi, neque me petat maledictis, prædicantem decus quod, annis adhuc imberbibus, Olympiorum et Nemeorum victoriâ est adeptus: posteaque ætate virili, quum pancratio, quo viri pugnant, antagonistam superavit.

Ε. γ'. Κ. ια'.

Ἐν παγκρατίῳ. τὸ διδάξασθαι δέ τοι,
Εἰδότι ῥαίτερον. ἄγνω-
μον δὲ, τὸ μὴ προμαθεῖν·
Κουφότεραι γὰρ ἀπειράτων φρένες.
Κεῖνα δ' ἐκεῖνος ἂν εἴποι
Ἔργα περαίτερον ἄλλων,
Τίς τρόπος ἄνδρα προβάσει,
Ἐξ ἱερῶν ἀέθλων
Μέλλοντα ποθεινοτάταν δόξαν φέρειν.
Νῦν μὲν αὐτῷ γέρας Ἀλκιμέδων,
Νίκαν τριακοστὰν ἑλών·

Σ. δ'. Κ. θ'.

Ὃς τύχᾳ μὲν δαίμονος, ἀ-
νορέας δ' οὐκ ἀμπλακὼν

77—80. τὸ διδάξασθαι—*Melior est alipta is, qui ipse certamina ingressus est.* Contra *imperiti hominis est, docere velle alios quæ ipse antea non didicerit. Inexperti homines nihil habent, cui satis firmiter insistant;* sed fluctuant in artis præceptis tradendis.

81. *Itaque iste, ista* quod attinet *certamina, docere potest doctius, quomodo aliquis victoriam consequatur.* κεῖνα ἔργα, pro κατ' ἐκεῖνα, ἐν ἐκείνοις ἀγῶσιν, in quibus ipse victor fuit.

88—92. In vulgari interpretandi ratione sensus quidem, τέσσαρας παῖδας ἐνίκησε, benè se habet: sed vix expedias grammaticam in ἀπεθήκατο νόστον ἔχθιστον ἐν γυίοις τέτρασι παίδων. Nam ἀποτίθεσθαι non est *reddere,*

EPOD. III. 77—87.

Præterea, siquidem ei, qui sit alicujus artis gnarus, facile est eam docere; nec id præ imperitiâ præstare potest ignarus, et qui prius non didicit; quoniam ineruditorum mentes sunt leves, et incertæ rerum experientiâ non comprobatarum: hic utique athleticam cum laude expertus, ea melius quam quisquam alius præceperit, quæ quis facere debet, quò desideratissimam ex sacris certaminibus gloriam reportet. Et certè post viginti novem alios discipulos, quorum unctor et præceptor, quibusque victoriæ auctor fuit Melesias, ipsi nunc maximum decus peperit Alcimedon, discipulorum trigesimus, luctâ victoriam adeptus:

STROPHE IV. 88—96.

Qui et divino favore usus, et suæ fortitudinis dexteritate non frustratus,

Ἐν τέτρασιν παίδων ἀπεθήκατο γυίοις
Νόστον ἔχθιστον, καὶ ἀτιμοτέραν
Γλῶσσαν, καὶ ἐπίκρυφον οἶμον·
Πατρὶ δὲ πατρὸς ἐνέπνευσεν μένος
Γήραος ἀντίπαλον.
Ἀΐδα τοι λάθεται
Ἄρμενα πράξαις ἀνήρ.

A. δ'. K. ια'.

Ἀλλ' ἐμὲ χρὴ μναμοσύναν
Ἀνεγείροντα φράσαι
Χειρῶν ἄωτον Βλεψιάδαις ἐπίνικον,

(Triclin. ἀντὶ τοῦ ἐπέθηκεν: quo usu aut exemplo?) et quid ἐν? Ad sermonis itaque usum sic constituere malim: ὃς (σὺν) τύχᾳ μὲν δαίμονος, (h. σὺν δαίμονι, *deo juvante*,) ἀνορίας δὲ οὐκ ἀμπλακὼν ἐν τέτρασι παίδων γυίοις, *et virtute usus in quatuor pueris*, (quibuscum luctatus est; erant scilicet duo paria, quibus successit ipse ἔφεδρος,) ἀπεθήκατο (*amovit a se*) νόστον ἔ. &c. h. τὴν ἧτταν. cf. Py. VIII. 119, sq. Sic ἀποθέσθαι νίκας κρισσόνων, Ol. X. 47. Porro γλῶσσαν ἀτιμοτέραν, ut loquerentur sine auctoritate; opp. victorum jactantiâ. Alio in carmine ἀγρυξίαν dixerat: v. Fragm. LVI.

93. *Avum victor juventæ quasi reddidit, et effecit, ut vitam ei producat lætitia.* Hoc iterum enuntiavit generatim.

96. ἄρμενα πράξαις ἀνήρ. εὖ πράσσειν (opp. κακῶς πράσσειν) est *benè rem gerere, successum habere*, quod idem est, *felicem esse*. Ol. XI. 4. εἰ δὲ σὺν πόνῳ τις εὖ πράσσοι. Ol. IV. 7. ξείνων εὖ πρασσόντων. Pro εὖ nunc ἄρμενα. ut πράσσειν ἄντια, pro κακῶς, Py. VIII. 72. ἐπιεικῶς πράσσειν ap. Atticos. Hoc modo sanè fieri potest, ut πράττειν et πάσχειν possint Latinè iisdem verbis interdum reddi: non autem πράττειν et πάσχειν eandem notionem per se habent; ita εὖ παθεῖν et εὖ ἀκούειν, *benè rem gerere et laudem consequi*, Py. I. 191, 2. Isthm. V. 17. Nem. I. 46. Ergo *avus, cui tam prospera fortuna fuerat, ut nepotem victorem videret, vitam recreatus gaudio producit.*

97. *At mihi etiam Blepsiadarum tribulium memoratio cum laude est facienda, e quorum medio sextus jam victor renuntiatur, et quidem luctæ et pugilatûs:* ἄωτον ἐπίνικον χειρῶν, pro, ἄωτον νίκης τῶν χειρῶν. De hoc cf. dicta ad III. 5, 6.

quatuor pueros antagonistas prostravit; ita ut per noctem, viasque occultas, patriam invito animo, et ignominiosè repetere eos coëgerit, omnemque loquendi libertatem pudore perfusis ademerit. Contra verò, gloriæ accessione ex victoriâ, paternum avum tanto gaudio perfuderit, ut debilem ejus senectutem, velut inspirato robore novo recreârit: ipse verò, re tam præclarè gestâ, mortis metu sit liberatus: cum illius obliviscatur quisquis, edito virtutis specimine, nominis immortalitatem est consecutus.

ANTISTROPHE IV. 97—105.

Cæterum oportet ut hæc Alcimedontis victoria, mihi majores ejus Blepsiadas

Ἔκτος οἷς ἤδη στέφανος περίκει-
ται φυλλοφόρων ἀπ' ἀγώνων.
Ἔστι δὲ καί τι θανόντεσσιν μέρος
Καννόμον ἐρδόμενον.
Κατακρύπτει δ' οὐ κόνις
Συγγόνων κεδνὰν χάριν.

E. δ'. K. ια'.

Ἑρμᾶ δὲ θυγατρὸς ἀκούσαις Ἰφίων
Ἀγγελίας, ἐνέποι κεν
Καλλιμάχῳ λιπαρὸν
Κόσμον Ὀλυμπίᾳ, ὅν σφιν ὤπασεν
Ζεὺς γένει. ἐσλὰ δ' ἐπ' ἐσλοῖς
Ἔργα θέλοι δόμεν· ὀξεί-
ας δὲ νόσους ἀπαλάλκοι.

102, 3. Tandem et mortuorum in carmine mentionem facit poëta, *Callimachi* et *Iphionis*. Videtur Iphion vitâ excessisse tempore inter victoriam et carmen interjecto, nuntio tamen de victoriâ accepto: itaque is, ἀκούσαις τῆς Ἀγγελίας, nuntiat in inferis Callimacho. Pro Ἀγγελία inf. XIV. 29. est Ἠχώ. μέρος τι (sc. eorum quæ in carmine memorantur) ἐστὶν ἐρδόμενον κατὰ νόμον καὶ θανοῦσι, *quod, tanquam inferiarum honos, persolvitur mortuis ritè. Non enim terra occultat cognatorum gloriam, quo minus ad inferos perveniat*, h. e. rescis-cunt illi suorum superstitum gloriam.

in memoriam revocet, quorum etiam in gratiam, victorialem hunc hymnum canam, fructum quem utriusque fratris victoria ipsis peperit. Quorum, Blepsiadarum nimirum, generi, sexta hæc corona jam obtigit ex Olympicis ludis, in quibus fronde oleastri coronantur victores. Nec mirum, si dum nepotes celebro, majorum etiam defunctorum memini. Nam et ad mortuos consanguineos ex lege pertinet pars laudis viventium, et rerum quæ ab illis geruntur præclarè. Neque sepulchrum occulit cognatorum eximiam virtutem, ita ut illa, apud superos manifesta, ad sepultos non perveniat.

EPOD. IV. 106—*ad fin.*

Quare Iphion, Alcimedontis et Timosthenis pater, auditâ filiorum victoriâ ex Nunciatione, Mercurii filiâ, eorum avunculo Callimacho referre poterit, quemadmodum Jupiter suo generi splendidum in Olympicis ludis ornamentum coronæ præbuit. Cæterum velim ut idem Jupiter, quicquid hi juvenes agent, bona super bonis immittendo, prosperet, omnesque morbos vehementes et periculosos ab ipsis arceat. Quinetiam precor ne patiatur, ut ab

Εὔχομαι ἀμφὶ καλῶν
Μοίρᾳ Νέμεσιν διχόβουλον μὴ θέμεν·
Ἀλλ' ἀπήμαντον ἄγων βίοτον,
Αὐτούς τ' ἀέξοι καὶ πόλιν.

113. Deprecatur invidiam Fortunæ in tantâ felicitate. Rectè subjectum constituitur, εὔχομαι, μὴ τὸν Δία ἀμφιθέμεν Νέμεσιν μοίρᾳ καλῶν, (h. ἐπιτιθέναι, ἐπιβαλεῖν). *Nemesin* dicit διχόβουλον, *infestam*, ut δίχα νοεῖν. δίχα φράζειν. apud Homer. Ἀλλὰ (Ζεὺς) ἄγων (ἐπάγων) βίοτον ἀπήμαντον, ἀέξοι αὐτούς τε καὶ πόλιν, *beet* (ut Callim. in Jov. 95. οὐκ ἀρετῆς ἄτερ &c.) αὐτοὺς s. πολίτας, s. *victorem et gentem*, ex γένει v. 110.

invidiâ, rebus præclaris contrariâ, lædantur; sed illæsos ad inoffensæ vitæ metam deducat: et cum ipsos, tum patriam Æginam bonis et honoribus amplificet et cumulet.

ΟΛΥΜΠΙΑ.

Εἶδος θ'.

ΕΦΑΡΜΟΣΤῼ ΟΠΟΥΝΤΙῼ

Παλαιστῇ.

ARGUMENTUM.

A Laudibus victoris exorsus, statim ad Opuntis, urbis patriæ, laudes progreditur;—33. ut eas celebret, ingenio si satis valeat, quod solius naturæ beneficio debeatur—62. Redit ad urbis laudem et originem. Deucalion et Pyrrha post diluvium consederant circa Opuntem in Locride, reparatâ humanâ gente. Locrus erat improles, cui Jupiter compressam a se Opuntis ex Elide adductam filiam matrimonio junxit. Appellatus ille avi materni nomine Opus, rexit urbem Opuntem; in quâ heroës fuêre, et (119) victores certaminum, in quibus Epharmostus. Hinc ejus laudes.

Σ. α'. Κ. ιϛ'.

Το μὲν Ἀρχιλόχου μέλος
Φωνᾶεν, Ὀλυμπίᾳ
Καλλίνικος ὁ τριπλόος κεχλαδὼς,
Ἄρκεσε Κρόνιον παρ' ὄ-
χθον ἁγεμονεῦσαι
Κωμάζοντι φίλοις Ἐφαρ-
μόστῳ σὺν ἑταίροις·
Ἀλλὰ νῦν ἑκαταβόλων
Μοισᾶν ἀπὸ τόξων
Δία τε φοινικοστερόπαν
Σεμνόν τ' ἐπίνειμαι

NOTÆ HEYNIANÆ;
Interpositis Quibusdam BENEDICTINIS.

1, sq. Sensus lyricus docet, μέλος φωνᾶεν esse doctè dictum, ut Lat. poëtis epitheton *canorum, vocale;* idem μέλος, καλλίνικος (ὕμνος) ὁ τριπλόος κεχλαδὼς (ἐν) Ὀλυμπίᾳ, ἄρκεσε &c. *Etsi solenne illud carmen, Callinicus, trinis strophis constans, Olympiæ cani solitum,* (vid. var. lect.) *sufficere poterat: nunc tamen aliud accinam* in victoriam Olympicam; quæ declaratur, e more, per Jovem et per Olympiam: quæ designatur nunc per Elidem a Pelope olim occupatam. καλλίνικος ὕμνος, expressè Nem. IV. 26. nec tamen ubique cum Musgravio ad Eurip. Med. 45. substituendum putabo; est enim καλλίνικος i. q. νικητήριος, et occurrit καλλίνικον κῦδος. ἅρμα. χάρμα. καλλίνικος πάλη inf. Py. XI. 70. et ipsi victores καλλίνικοι, ut Py. I. 63. Hiero. Quidni igitur καλλίνικον στέφανον in Euripidis loco feramus? In Archilochi hymno Καλλίνικος erat *Hercules*, et hinc hymnus, cujus exordium erat: Καλλίνικε χαῖρε ἄναξ, appellatus et ipse Καλλίνικος.

11. ἐπίνειμαι βέλεσσιν ἀπὸ τόξων Μοισᾶν

PARAPHRASIS BENEDICTINA.
Strophe I. 1—16.

Ille quidem Archilochi callinicus hymnus, quem in gratiam Herculis, pulchras variasque victorias adepti, composuit, quique postea singulis victoribus altâ voce in Olympiâ, trinâ repetitione, cani solitus est, eo quidem in loco, videlicet in colle Cronio, suffecit ad præludium chori publici, ubi saltationem ducebat, sequentibus dilectis sociis, Epharmostus. Sed nunc, anime mi, ne communi duntaxat omnibus victoribus laude vir rarus fruatur, sed suis etiam meritis peculiarem consequatur, hujusmodi carminibus quæ a Musis suppeditantur ad encomia, quibus longè latèque fama virtutis diffunditur, prosequere et Jovem, rutila fulmina contorquentem, et ve-

Ἀκρωτήριον Ἄλιδος
Τοιοῖσδε βέλεσσιν, [13. μέλεσσιν, Ed. Ben.]
Τὸ δήποτε Λυδὸς ἥρως
Πέλοψ ἐξάρατο κάλλι-
στον ἕδνον Ἱπποδαμείας.

A. α'. K. ις'.

Πτερόεντα δ' ἵει γλυκὺν
Πυθῶνά δ' ὀϊστόν. οὔ-
τοι χαμαιπετέων λόγων ἐφάψῃ,
Ἀνδρὸς ἀμφὶ παλαίσμασιν
Φόρμιγγ' ἐλελίζων
Κλεινᾶς ἐξ Ὀπόεντος, αἰ-
νήσαις ἑ καὶ υἱόν·
Ἂν Θέμις θυγάτηρ τέ οἱ

Δία. Insolens sanè hoc: ἐπινέμεσθαι βέλεσί τι. Fortè sic expedias: νέμειν, νέμεσθαι βέλη ἐπί τι, diceres in pedestri quoque oratione: *distribuere, ad varias res dirigere sagittas.* Exquisitius nunc ἐπινέμεσθαί τι βέλεσι more poëtarum solenni in similibus.

17. Memora quoque victoriam Pythicam. οὔτοι χαμαιπετέων λόγων ἐφάψῃ, *non vanas laudes attinges; ex merito laudabis.* Py. VI. 37. χαμαιπετὲς δ' ἄρ' ἔπος οὐκ ἀπέῤῥιψεν αὐτοῦ, *non irritam vocem Nestor emisit.* Nec alia est γνώμα κενὰ χαμαιπετοῖσα, Nem. IV. 65, 66. *consilium inane, irritum.* Fuerat autem Epharmostus jam ante Olympicam victoriam victor Pythiis, v. 17, 18. et una cum Lampromacho fratre vel cognato Isthmiis, v. 124.

22. αἰνήσαις ἑ καὶ υἱόν, Opuntem, tanquam nympham seu deam, ejusque urbis civem, tanquam deæ sobolem. pro αὐτὴν τὴν πόλιν καὶ τὸν πολίτην.

24. ἂν Opuntem urbem bonis legibus et reip. administratione claram.

[ἂν Θέμις &c. Themis apud Hesiodum Jovis est conjux. Hujus filiæ sunt, ut ex Orphei Hymno constat, δίκη, εὐνομία, εἰρήνη. Sic enim ille: ὧραι θυγατέρες Θέμιδος, καὶ Ζηνὸς ἄνακτος, Εὐνομίη τε, Δίκη τε, καὶ Εἰρήνη πολύολβε. Ben.]

nerandum Elidis promontorium Cronium, quod Pelops, Lydus heros, quondam in pulcherrimam Hippodamiæ dotem, oppresso Œnomao, retulit.

Antistrophe I. 17—32.

Ad Pythonem quoque, ubi, ut et in Elide, vicit Epharmostus, mitte celeriter dulcem hymnum. Humi repentibus verbis sanè non uteris, viri, Opuntis inclytæ civis, luctas citharâ recinendo. Velim utique civem collaudes, ipsamque civitatem, in quâ diligentes extant justitiæ cultores, et legum bonarum, quibus integræ respublicæ servantur, observatores magnam hoc studio gloriam consequuntur; quæque pariter sui civis strenuitate clarescit,

Σώτειρα λέλογχεν
Μεγαλόδοξος Εὐνομία.
Θάλλει δ᾽ ἀρεταῖς, ἴ-
σον τε Κασταλίᾳ παρ᾽ Ἀλ-
φειοῦ τε ῥέεθρον·
Ὅθεν στεφάνων ἄωτοι
Κλυτὰν Λοκρῶν ἐπαείροντι
τι ματέρ᾽ ἀγλαόδενδρον.

E. α΄. K. ι΄.

Ἐγὼ δέ τοι φίλαν πόλιν
Μαλεραῖς ἐπιφλέγων ἀοιδαῖς,
Καὶ ἀγάνορος ἵππου θᾶσσον
Καὶ ναὸς ὑποπτέρου, παντᾷ
Ἀγγελίαν πέμψω ταύταν,
Εἰ σύν τινι μοιριδίῳ παλάμᾳ
Ἐξαίρετον Χαρίτων νέμομαι

38. *σύν τινι μοιριδίῳ παλάμᾳ.* Novo tropo poësis per *Musarum vireta*, hortum, seu arbusta, declaratur: ea *colit poëta:* si læto cum arborum proventu, *manu faustâ* id facere putandus est: hæc est χεὶρ, παλάμη. μοιρίδιος, *divina:* per quam declaratur ingenium divinitus datum. Grammatici, dum δαιμονίᾳ μηχανῇ καὶ τέχνῃ reddunt, usum loquendi Pindaricum sequuti sunt, quo aliquid dicitur fieri, contingere, σὺν θεῷ, σὺν θεοῖς, σὺν τύχᾳ θεῶν, et Ol. X. 25. θεοῦ σὺν παλάμᾳ, itaque et h. l. σὺν μοιριδίῳ παλάμᾳ: *colit Musarum vireta, juvante deo;* pro quo σὺν παλάμῃ θείᾳ, δαιμονίᾳ, dicere poterat; vel σὺν μοίρᾳ θεῶν, Ol. II. 37. dixit igitur σὺν παλάμῃ μοιριδίᾳ. Est idem mox κατὰ δαίμονα, quod alias ἐκ θεῶν, ut Py. I. 79. h. e. θείᾳ μοίρᾳ. *Fortes et ingeniosi viri nascuntur deorum numine, voluntate. Nam si hoc ita se non haberet, quomodo Hercules tam animosus esse potuisset, ut vel cum diis pugnaret &c.*

cujus geminum edidit specimen; alterum, quum in Pythone, ubi est fons Castalius, Pythiorum; alterum, quum in Olympiâ, prope fluvium Alpheum sitâ, Olympiorum, victor evasit. Unde fit, ut encomiasticus hic hymnus, qui coronarum illarum est fructus, celebrem Opuntem, Locrorum metropolim, et arboribus insigne solum, extollat.

Epod. I. 33—42.

Itaque dilectam hanc urbem claris illustrans carminibus, hujus Epharmosti victoriæ nuntium per omnes terrasque tractusque maris, velocius generoso equo, et celerrimâ nave, mittam, si modò fatali ope adjutus ego poëta eximius, Gratiis splendidum carmen contexo: quandoquidem quic-

Κᾶπον· κεῖναι γὰρ ὤπασαν
Τὰ τέρπν᾽. ἀγαθοὶ δὲ
Καὶ σοφοὶ κατὰ δαίμον᾽ ἄνδρες

Σ. β΄. Κ. ις΄.

Ἐγένοντο. ἐπεὶ ἔναν-
τ᾽ ἂν πῶς τριόδοντος Ἡ-
ρακλέης σκύταλον τίναξε χερσὶν;
Ἀνίκ᾽ ἀμφὶ Πύλον σταθεὶς
Ἤρειδε Ποσειδᾶν.
Ἤρειδέν τέ μιν ἀργυρέῳ
Τόξῳ πολεμίζων
Φοῖβος. οὐδ᾽ Ἀΐδας ἀκι-
νήταν ἔχε ῥάβδον,
Βρότεα σώμαθ᾽ ᾇ κατάγει
Κοίλαν πρὸς ἀγυιὰν
Θνασκόντων. Ἀπό μοι λόγον

47. Ποσειδᾶν ἤρειδέ μιν, *eum repulit, repressit.* Est, ut puto, petitum a luctâ, in quâ alter alterum ἐρείδει, *obnixus protrudere laborat et prosternere.* Diversum est ἐρείδειν (scil. ἑαυτὸν) εἴς τινα, κατά τινα.

50—54. οὐδ᾽ Ἀΐδας ἀκινήταν ἔχε ῥάβδον, &c. pro: καὶ Ἅδης ἐκίνει. ἀνέσχεν. ἀνέτεινεν. *et Pluto hastam intentavit in ipsum suam, quâ ille animas ad Orcum ducere solet.* ῥάβδος de hastâ, (nam eâ utitur h. l. pugnando,) quæ nunc, ut sæpè, pro sceptro est, quo *ille* compellere umbras dicitur, ab aliis *Mercurius.* De Herculis descensu ad Cerberum auferendum malim intelligere, ne iterùm ad Pylum redeat poëta, de quo jam actum erat v. 46. Variis modis potuit etiam hoc Herculis facinus a poëtis tractari. βρότεα σώματα dixit, quæ Homerus εἴδωλα καμόντων.

quid jucundum est, et placet, ab illis proficiscitur. Divino autem dono homines cùm ad sapientiam, tum ad alias virtutes a naturâ sunt comparati.

STROPHE II. 43—58.

Etenim nisi ita se res haberet, ut sapientes et fortes divinitùs redderent homines, quomodo fieri potuisset ut Hercules, clavâ manibus vibratâ, tridentem reprimeret, quum ei, circa Pylum adversus Neleum pugnanti, resistebat Neptunus, filio ferens opem? quomodo etiam Apollinem superâsset, quum argenteo arcu etiam ipsi obsistebat; quando huic Deo projecto tripode bellum intenderat, quia Pythia sacerdos Deum adesse, et responsa dare, aliquando sciscitanti negaverat? quomodo etiam quum Pluto non immotam teneret virgam, quâ mortalia corpora trahit ad sepulchrum, eo repulso,

Τοῦτον, στόμα, ῥῖψον·
Ἐπεὶ τόγε λοιδορῆσαι
Θεούς, ἐχθρὰ σοφία· καὶ
Τὸ καυχᾶσθαι παρὰ καιρὸν,

A. β'. K. ις'.

Μανίαισιν ὑποκρέκει.
Μὴ νῦν λαλάγει τὰ τοι-
αῦτ'. Ἔα πόλεμον μάχαν τε πᾶσαν
Χωρὶς Ἀθανάτων. φέροις
Δὲ Πρωτογενείας
Ἄστει γλῶσσαν, ἵν', αἰολο-
βρόντα Διὸς αἴσᾳ,
Πύῤῥα Δευκαλίων τε, Παρ-
νασσοῦ καταβάντε,
Δόμον ἔθεντο πρῶτον· ἄτερ
Δ' εὐνᾶς, ὁμόδαμον
Κτησάσθαν λίθινον γόνον.

57—59. Benè enodavit Schol. *narrare de diis turpia, accedit ad vesaniam:* similia illis Ol. I. 82. Refugit poëta a narratione numine indignâ, pugnâ inter deos factâ. *καυχᾶσθαι* pro λέγειν, at cum notione ostentationis, *σεμνύνεσθαι, placere sibi nimiùm in Herculis laude.* παρὰ καιρὸν, παρὰ τὸ δέον, *plus quam fas est*, sc. detrahendo deorum laudibus. Κρέκειν propriè lyricen, qui fides pulsat et sonum elicit; hinc κρέκειν, *sonare:* unde et fides κρέκουσι. nunc ὑποκρέκειν, ὑπηχεῖν, *succinere, respondere cantu.* Hæc fortè Schol. dicere voluit.

Cerberum ex inferis reduxisset? At vero tu, meum os, sermonem hunc missum facito. Nam absurda de Diis dicere contumeliosum est, odiosum, stultumque, et gloriando Diis homines anteponere, insaniæ simillimum.

Antistrophe II. 59—74.

Ne nunc nugas hujusmodi proponas; missum facias bellum; nullius pugnæ memineris quando de Diis ages, cum hæc non cadant in eos. Quin potius de Opunte, Protogeniæ urbe, sic ab Opunte ejus filio denominatâ, loquaris, ubi Jovis, velocium fulminum auctoris, consilio et providentiâ, Deucalion et Pyrrha, quum, represso Græciæ diluvio, ex monte Parnasso descendissent, primas sedes posuerunt, et, citra conjugalem congressum, homines sui similes comparârunt, jactis post terga lapidibus, ita ut jactu viri,

Λαοὶ δ' ὀνόμασθεν.
Ἔγειρ' ἐπέων σφὶν οἶμον
Λιγύν. αἴνει δὲ παλαιὸν
Μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων

E. β'. K. ί.

Νεωτέρων. Λέγοντι μὰν
Χθόνα μὲν κατακλύσαι μέλαιναν
Ὕδατος σθένος· ἀλλὰ Ζηνὸς
Τέχναις ἀνάπωσιν ἐξαίφνας
Ἄντλον ἑλεῖν. κείνων δ' ἔσσαν

72—74. Pedestre esset: molire, move carmen novi argumenti, quod genus carminum delectare solet. Omnino Locrenses mythi non multùm a poëtis tractati esse videntur. Tum 75—79 narratio est, aquas obruisse solum; mox eas refluxisse iterùm Jovis operà, numine. In 78, sq. puta subjectum esse τὸν ἄντλον, τὸ πλῆθος ὕδατος. has aquas ait ἑλεῖν ἀνάπωσιν, refluxisse.

[76. μέλαιναν. Hoc epitheton terræ fœcunditatem denotat; etenim àb omni ævo compertum est fertilem esse terram hujusmodi. BEN.]

79. κείνων δ' ἔσσαν, &c. Videamus primo, quid verba per se, et ordine suo constituta, suggerant. De *Opuntiorum majoribus* agitur. Dicuntur fuisse *Deucalion* et *Pyrrha*, aut ipsi, aut ex iis nati. At iidem sunt ἀρχᾶθεν κοῦροι φύτλας Ἰαπετιονίδος, κορᾶν τε φερτάτων Κρονιδᾶν. *origine tenus progenies stirpis Iapeti et filiarum primorum Cronidarum.* Hìc hæremus. Deucalion et Pyrrha avum habuere Iapetum et Asiam: hi duxere ortum ab Oceano, et fuere inter Titanes. At enim, quomodo majores illi simul esse potuerint κοῦροι κορᾶν φερτάτων Κρονιδᾶν, *nati e filiabus primorum Cronidarum*, obscurum est. Primores Cronidæ sunt Jupiter, Neptunus, Pluto. Ex iis itaque filiæ natæ esse debuere, quæ matres erant factæ majorum Locrensium. Atqui has ignoramus. His tamen quomodo occurri possit, video: poëticè pluralis pro singulari poni solet, dictumque adeò est nihil aliud, quam majores duxisse ab Iapeti stirpe, et ab unâ filiâ Jovis Saturnii. Atqui ignoratur etiam hæc. Tum verò nova et gravior difficultas oritur e temporis notatione; πρὶν— Nam majores illi v. 79, a Deucalione et Pyrrhâ orti, debuere esse *ante Locrum:* πρὶν v. 85. Reponas: πρὶν absolutè positum esse, *antea*, κατὰ τὸ πρὶν, seu, ut Schol. κατὰ τὸ παλαιόν. Sic ipse aliquando tuebar locum. At enim

virilis, jactu fœminæ, fœmineus, sexus repararetur; unde populi a λᾶας *lapis* appellati sunt λαοὶ: primùmque primi illi Opuntii, quorum in gratiam velim, O tu meum os, nunc carmina pronuncies; omissisque veteribus fabulis, quæ eorum in gloriam, sicuti Epharmosti victoria, recens acciderunt, recens canas; siquidem, ut vina meliora quidem reddit dies, sic contrà gratiores sunt hymni eximii recens conditi.

EPOD. II. 75—84.

Porro dicunt aquæ vim ingentem nigram fœcundamque terram impetu magno obruisse; sed, Jovis arte, aquas quæ exundârunt, derepentè refluxisse, et resorptas in suos sinus rediise. Ex iis autem, Deucalione et Pyrrhâ,

Χαλκάσπιδες ὑμέτεροι πρόγονοι
Ἀρχᾶθεν Ἰαπετιονίδος
Φύτλας κοῦροι κορᾶν τε φερ-
τάτων Κρονιδᾶν, ἐγ-
χώριοι βασιλῆες αἰεί.

Σ. γ'. Κ. ιϛ'.

Πρὶν Ὀλύμπιος ἀγεμὼν,
Τὰν παῖδ᾽ ἀπὸ γᾶς Ἐπει-

parùm proficias. Nam primo nimis abrupta esset oratio: —βασιλῆες αἰεί. Πρὶν Ὀλύμπιος ἀγεμὼν—μίχθη. Manet porrò omnis reliqua difficultas *in filiabus* seu *Cronidarum* seu *unius Jovis*. Ad hoc πρὶν tanquam ad scopulum impacta omnis hæret interpretatio. Nam *inter Deucalionem et Locrum* non alii intercessisse feruntur quam *Opus et ejus filia* a Jove ad Locrum adducta: addas licet ex Schol. Amphictyonem, Deucalionis f. Locri patrem. Itaque in intervallo isto non esse potuere ἐγχώριοι βασιλῆες αἰεί. Multò minùs assequi licet, quinam fuerint κοῦροι κορᾶν φερτάτων Κρονιδᾶν, seu φερτάτου Κρονιδᾶν, h. e. Διός, *ex filiabus Jovis nati?* nec prodest, si κόρας legeris: nam ne *una* quidem *Jovis filia* inter Deucalionem et Locrum fuisse memoratur. Opuntis autem filia et serior est, et ex Jove Locrum, non puellam, peperit. — Potest interpretatio sic institui, ut v. 81—84 tanquam *in medio posita* includantur, et πρὶν v. 85 referatur non ad βασιλῆες αἰεί, verùm ad κείνων δ᾽ ἔσσαν χαλκάσπιδες ὑμέτεροι πρόγονοι: *orti ab illis fuere majores vestri, antequam Jupiter Opuntis filiam ad Locrum adduxit:* ut sic majorum memoratio ornetur: ἀρχᾶθεν κοῦροι Ἰαπετιονίδος φύτλας κορᾶν τε φερτάτου Κρονιδᾶν, *viri ab Iapeto orti et a filiabus Jovis;* ut universè dicat: majores Epharmosti esse ortos a filiabus Jovis. At enim ignoratur, quinam inter majores hos sive e filiabus sive ex unâ filiâ Jovis nati fuerint. Nam Opuntis filia Opuntem filium peperit, non filiam. Esset adeò statuendum, ignorari a nobis origines Locrorum, et inter Deucalionem et Locrum interesse potuisse plures generationes, in his ductas a Jovis filiabus seu filiâ. Nexus tamen verborum et sententiæ *filias Jovis cum Iapeti stirpe conjungit:* ἀρχᾶθεν Ἰαπετιονίδος φύτλας κοῦροι κορᾶν τε φερτάτων (vel φερτάτου) Κρονιδᾶν. Iapetus Urani fuit filius, adeòque Uranidas expectes; Cronidæ locum non habent.— Ex his itaque colligo: Pindarum fabulam sequi a vulgari diversam nobisque minus notam *de puellâ, ex Iapeti stirpe, a Jove amatâ, e quâ progenies fuit, quæ Locridem tenuit jam ante Deucalionem.* Sic omnia benè procedunt: v. 79, κείνων, *ab istis* (Deucalione et Pyrrhâ puta) *genus duxere majores vestri, origine primâ illi ex Iapeti stirpe prognati, et a filiabus Jovis,* (potest esse dictum indefinitè pro unâ, si non admittas κόρας τε,) *indigenæ reges hujus regionis ante Locrum, patrem Opuntis adoptivum.* Hunc autem Locrum et Opuntem ad multò seriores, quam vulgo fit, annos detrusit; nam Opuntem facit æqualem Menœtio, Patrocli patri: 104, sq.

ortum duxerunt vestri majores, O Opuntii; illi sanè bellicosi. Nam ex eorum filiâ Protogeniâ matre, et patre Jove, filiorum Saturni præstantissimo, natus est filius, exinde nati ex eâ stirpe reges indigenæ, ita ut sui sanguinis dominos semper habuerint.

STROPHE III. 85—100.

Antea enim Jupiter cœli Dominus, Protogeniam Opuntis, aliter Deucali-

ὧν Ὀποῦντος ἀναρπάσαις, ἕκαλος
Μίχθη Μαιναλίαισιν ἐν
Δειραῖς, καὶ ἔνεικεν
Λοκρῷ, μὴ καθέλοι μιν αἰ-
ὼν, πότμον ἐφάψαις,
Ὀρφανὸν γενεᾶς. Ἔχε
Δὲ σπέρμα μέγιστον
Ἄλοχος. εὐφράνθη τε ἰδὼν
Ἥρως θετὸν υἱὸν,
Μάτρωος δ' ἐκάλεσσέ μιν
Ἰσώνυμον ἔμμεν,
Ὑπέρφατον ἄνδρα μορφᾷ
Τε καὶ ἔργοισι. πόλιν δ' ὤ-
πασεν λεών τε διαιτᾶν.

A. γ'. K. ιϛ'.

Ἀφίκοντο δέ οἱ ξένοι,
Ἔκ τ' Ἄργεος, ἔκ τε Θη-
βᾶν, ἰδ' Ἀρκάδες, οἱ δὲ καὶ Πισᾶται·
Υἷα δ' Ἄκτορος ἐξόχως
Τίμασεν ἐποίκων

onis, filiam, ex Eleorum solo clam sursum abreptam, in Mænalo monte compressit, et ad Locrum maritum gravidam reduxit, ne liberis carens vitâ defungeretur, atque ita successore destitueretur. Illa autem ex summi Jovis semine uterum gerebat; et heros Locrus, conspecto supposititio filio, quem tamen proprium existimabat, exhilaratus est, et Opuntem appellavit, ut Deucalioni materno patri, aliter Opunti vocato, esset cognominis, qui in virum, supra quàm dici potest formâ factisque eximium, evasit; et cui gentis Opuntiæ pater imperium tradidit, ut subjectum populum administraret.

ANTISTROPHE III. 101—116.

Virtute autem fuit adeò clarus, ut undique ad eum se contulerint hospites ejus famâ perciti: finitimique heroës Argivi, Thebani, Arcades, et Pisatæ, amicitiæ ergo confluxerint. Verùm inter cæteros heroas qui Opuntem habitatum venerunt, amore maximo cohonestavit Actoris et Æginæ filium

Αἰγίνας τε Μενοίτιον.
Τοῦ παῖς, ἅμ' Ἀτρείδαις
Τεύθραντος πεδίον μολὼν,
Ἔστα σὺν Ἀχιλλεῖ
Μόνος, ὅτ' ἀλκᾶντας Δαναοὺς
Τρέψαις ἁλίαισιν
Πρύμναις Τήλεφος ἔμβαλεν·
Ὥστ' ἔμφρονι δεῖξαι
Μαθεῖν Πατρόκλου βιατὰν
Νόον γ'. ἐξ οὗ Θέτιος γό-
νος οὐλίῳ μιν ἐν ἄρει

E. γ'. K. ι'.

Παραγορεῖτο, μήποτε
Σφετέρας ἄτερθε ταξιοῦσθαι

107. Spectant hæc de Patroclo narrata ad Antehomerica, copiosiùs exposita haud dubiè in Cyprio carmine. Nonnulla inde colligas ex Tzetzæ Antehom. 269, sqq. ubi cf. Not.

[τοῦ. Articulus præpositivus pro subjunctivo. οὗ, nimirum Μενοιτίου, παῖς, &c. Ben.]

119, seq. εἴην εὑρησιεπὴς ἀναγεῖσθαι, &c. Videtur sententia hæc esse: Possem procedere (ἠγεῖσθαι, ἀνηγεῖσθαι, *invehi*) in digressione; *haberem quæ dicere possem; esset etiam ingenii audacia et vis.* At aliud est quod ago: *Veni, adsum,* (ἦλθον,) *ut commemorem plures victorias, quas Epharmostus cum Lampromacho* (fratre vel cognato) *consequutus est.* προξενίᾳ δ' ἀρετᾷ τε, *propter hospitis necessitudinem et præclaram virtutem victoris.* Currus Musarum, quo poëta fertur, lyricum inventum. cf. Pyth. X. 102. Nem. IX. 17. Isthm. II. 3. VIII. 134.

Menœtium. Nam Ægina, postquam Æacum peperisset, Actori Thessalo nupsit, unde natus Menœtius; cujus et Stheneles filius, cum Agamemnone et Menelao, Atrei filiis, in Mysiam, ubi olim regnavit Teuthras, appulsus, (quum ignari viarum Græci, Trojam, adversus quam militabant, ibi esse rati, solum vastabant) solus cum Achille, quando Telephus rex, susceptâ patriæ defensione, strenuum Græcorum exercitum fugavit, et ad naves compulit, fugatis omnibus aliis, in acie stetit: ita ut hoc suæ virtutis specimine, cuivis prudenti facilè indicârit magnanimum esse se, fortemque bellatorem. A quo tempore viri fortitudinem admiratus Achilles Thetidis filius,

EPOD. III. 117—126.

rogavit ut nunquam ab hastâ suâ semotus, quâ mortales potentèr occidit,

Δαμασιμβρότου αἰχμᾶς. Εἴην
Εὑρησιεπὴς ἀναγεῖσθαι
Πρόσφορος ἐν Μοισᾶν δίφρῳ·
Τόλμα δὲ καὶ ἀμφιλαφὴς δύναμις
Ἕσποιτο. προξενίᾳ δ' ἀρετᾷ
Τ' ἦλθον τιμάορος Ἰσθμίαι-
σι Λαμπρομάχου μί-
τραις· ὅτ' ἀμφότεροι κράτησαν

Σ. δ'. Κ. ις'.

Μίαν ἔργον ἂν ἁμέραν.
Ἄλλαι δὲ δύ' ἐν Κορίν-
θου πύλαις ἐγένοντ' ἔπειτα χάρμαι,
Ταὶ δὲ καὶ Νεμέας Ἐφαρ-
μόστῳ κατὰ κόλπον·
Ἄργει τ' ἔσχεθε κῦδος ἀν-
δρῶν. παῖς δ' ἐν Ἀθάναις.
Οἷον ἐν Μαραθῶνι, συ-
λαθεὶς ἀγενείων,
Μένεν ἀγῶνα πρεσβυτέρων,

in acie consisteret: sed secum, suoque in ordine semper pugnaret. Utinam vero ego verborum et argumentorum inventione polleam; ita ut, conscenso Musarum curru, sublime poëma accipiam, et sim ad celebrandum victorem idoneus. Utinam etiam dicendi libertatem, amplamque facultatem in rerum copiâ consequar. Accedo autem eâdem operâ laudaturus Isthmiacas Lampromachi victorias, propter quas coronis est redimitus; quando ipse et Epharmostus, ambo consanguinei, vicerunt, sive hic Olympia, ille Isthmia, sive uterque Isthmia,

Strophe IV. 127—142.

uno eodemque die. Porro in Isthmo Corinthiaco, bis post Olympia victis Isthmiis, semelque in Nemeâ Nemeis, gaudio perfusus est Epharmostus. Argis præterea, vir inter viros, in Junoniis: Athenis, juvenis inter juvenes, in Panathenæis, re strenuè gestâ, magnum decus obtinuit. Quàm verò fortem sese præbuit in Marathone, cùm Heraclea celebrarentur! ubi, clam

'Αμφ' ἀργυρίδεσσιν;
Φῶτας δ' ὀξυρεπεῖ δόλῳ
'Απτῶτι δαμάσσαις,
Διήρχετο κύκλον ὅσσᾳ
Βοᾷ, ὡραῖος ἐὼν καὶ
Καλὸς, κάλλιστά τε ῥέξαις;

A. δ'. K. ις'.

Τὰ δὲ Παῤῥασίῳ στρατῷ
Θαυμαστὸς ἐὼν φάνη
Ζηνὸς ἀμφὶ πανάγυριν Λυκαίου·
Καὶ ψυχρᾶν ὁπότ' εὐδια-
νὸν φάρμακον αὐρᾶν
Πελλάνᾳ φέρε. σύνδικος
Δ' αὐτῷ 'Ιολάου

138. *φῶτας δ' ὀξυρεπεῖ δόλῳ ἀπτῶτι δαμάσσαις*. *δόλος ὀξυρεπὴς* est simpl. *ὀξὺς*, et *δόλος*, *calliditas luctatoris*. Adjungitur alterum epitheton *ἀπτῶτι*. Licet conjectare *ἀπτὼς τε*, *ipse non prostratus*, *μὴ πεσὼν*, ut et Schol. explicat. Sed doctius est, id ipsum in epitheton mutari, ut *ars* sit *ἀπτώς*.

143. Videndum, annon et hæc per exclamationem efferri præstet: ut inde a v. 134, *οἷα δὲ* pro *ὡς*, sic nunc *τὰ δὲ* (pro *ἃ δὲ*, h. *ὡς*): — *Λυκαίου*; *καὶ ψυχρᾶν ὁπότ'* — *φέρε*;

[*τὰ δὲ*. Elliptica est hæc oratio, et sic declaranda; *κατὰ δὲ τὰ ἔργα τὰ γενόμενα αὐτῷ ἐν τῷ Παῤῥασίῳ τῆς Ἀρκαδίας δήμῳ, ἐφάνη θαυμαστὸς ὢν ἐν τῷ Λυκαίου Διὸς ἀγῶνι*. BEN.]

relictis junioribus, ausus est ætate provectiorum certamen sustinere, cujus præmium sunt argenteæ phialæ. In quo, superatis magnâ corporis agilitate viris adversariis, ipse ab omni lapsu immunis, curriculi circulum pertransibat, quantâ spectantium cum acclamatione, qui juvenem formosum, factisque insignem admirabantur!

ANTISTROPHE IV. 143—158.

Quinetiam in Lyceis, Lycei Jovis sacris, quæ in Parrhasiâ, Arcadiæ urbe, celebrari solent, Arcadico populo peperit admirationem, adeò præclarè certavit. Item Pellenensibus visus est admiratione dignus, quum in Theoxeniis, Apollinis festo, reportatâ victoriâ, chlænam ejus præmium accepit, quo vestis genere frigus hybernum propulsaret, et ventorum injuriæ mederetur. Testis quoque est fortitudinis ejus Iolai tumulus apud Thebanos, juxta quem Iolaia et Herculea celebrari solita devicit. Testis et est

Τύμβος εἰναλία τ' Ἐλευ-
σὶς ἀγλαΐαισιν.
Τὸ δὲ φυᾷ, κράτιστον ἅπαν.
Πολλοὶ δὲ διδακταῖς
Ἀνθρώπων ἀρεταῖς κλέος
Ὤρουσαν ἑλέσθαι.
Ἄνευ δὲ θεοῦ, σεσιγα-
μένον γ' οὐ σκαιότερον χρῆ-
μ' ἕκαστον. Ἐντὶ γὰρ ἄλλαι

E. δ'. K. ι'.

Ὁδῶν ὁδοὶ περαίτεραι.
Μία δ' οὐχ ἅπαντας ἄμμε θρέψει
Μελέτα. σοφίαι μὰν αἰπει-
ναί.. Τοῦτο δὲ προσφέρων ἄεθλον,

152, sq. Victorem dicit a naturâ ad luctam esse factum, ideoque tot victorias esse consequutum. Usurpant versum rhetores, in his Libanius *ὑπὲρ τῶν ὀρχηστῶν* (Reisk. tom. III. p. 364, 23.), qui et laudat similes sententias Euripidis (Orest. 126, 7. add. Bacch. 317.) et Sophoclis. Pergit v. 156: *quod non est a naturâ profectum, meliùs siletur.* *ἄνευ δὲ θεοῦ, σεσιγαμένον γ' οὐ σκαιότερον χρῆμ' ἕκαστον*, pro vulgari, *οὐ σκαιόν ἐστι, σεσιγῆσθαι χρῆμα ἕκαστον οὐ σὺν θεῷ* (*γεγονὸς*, ante v. 152, *τὸ φυᾷ*), h. e. *quem non natura finxit ad aliquam rem, tantum abest ut is gloriam consequatur, ut potiùs turpiter se det; ut adeo præstet nihil de eo dicere.*—Pergit v. 158. *Nec verò omnes iisdem studiis vacare possunt: ἐντὶ γὰρ ἄλλαι ὁδῶν ὁδοὶ περαίτεραι, alia studia* (in aliis rebus, ingenii dotibus accommodatiora) *fructuosiora sunt;* pro hoc dictum est: *alia via ulteriùs ducit progredientem, quam alia*, h. e. alter hoc studio, alter alio feliciores progressus facit. *σοφίαι μὰν αἰπειναί, at in arte aliquâ excellere, difficile est, αἰπεινόν ἐστι, σοφὸν εἶναι.*

162. Nunc superiùs dicta ad victorem

splendidorum ejus factorum ad mare sita Atticæ urbs Eleusis, ubi Eleusinio certamine superavit. Cæterùm, quòd tam multa præstitit Epharmostus, divino naturæ dono tribuendum est; quo fit ut magis ipsum laudem. Et certè qui a naturâ rectè ad aliquid sunt comparati, in hoc exercendo excellunt; solique veræ laudis præconium merentur. Plerique tamen doctrinæ ope ad studia virtutum promoti, gloriam apud homines consequi cupiunt. Sed cùm naturæ dotibus careant, aliisque sint inferiores, satius est, quicquid vel feliciter ab iis gestum est, tacere: nec silentium illud fuerit reprehensione dignum:

EPOD. IV. 159—*ad fin.*

siquidem injuria præstantioribus inferretur, si deteriores perinde nullo discrimine laudarentur. Etenim in studiis alii aliis ulterius progrediuntur,

Ὄρθιον ὤρυσαι θαρσέων,
Τόνδ' ἀνέρα δαιμονίως γεγάμεν
Εὔχειρα, δεξιόγυιον, ὁρῶν-
τ' ἀλκὰν, Αἰάντεόν τε δαί-
θ' ὃς Οἰλιάδα νι-
κῶν ἐπεστεφάνωσε βωμόν.

transfert: qui insignia præsidia ad luctam a naturâ habuit. προσφέρων (τὸ πρὸς τὸ) ἆθλον τοῦτο, h. προσφερόμενος, προσιλθών.— δαιμονίως, σὺν δαίμονι, εὐφυῶς. Puta autem poëtam aut se alloqui, ut interdum facit, aut choro præcipere. Ultimos versus 166, 7, ita accipe: Victorem Olympiâ reducem, ex more victorum solenni sacra fecisse heroï indigeti, Ajaci Oilei f. et coronam deo consecrasse. Nisi dicas simpliciter verba esse interpretanda: *qui victoriam Olympicam adeptus heroëm indigetem novo decore ornavit.* Nam victores honorem et decus afferunt, ut patriæ, ita et diis patriis. Verum in hunc sensum oratio esset paulo ambitiosior et ornamentis oneratior.

magisque proficiunt, pro ratione dotum naturæ. Nec omnes in uno tantum vitæ instituto versamur, sed varii variis incumbimus, aliique in aliis excellimus. Ac omnium quidem artium maximè arduæ sunt illæ quæ ratione exercentur, videlicet ingenuæ; qualis, inter cæteras, poësis. Ex quâ, anime mi, depromtum hoc præmium sonorum, encomiasticum nempe hymnum, offer Epharmosto; et audacter clama virum hunc insitas a naturâ, ac proinde divinitùs, corporis dotes habere, scilicet manuum robur, totiusque corporis agilitatem et dexteritatem: cujus aspectus virilis nativam fortitudinem patefaciat. Quique, præter enumeratas victorias, ex Oileis ludis victor rediit; et Ajacis Oilei, (cujus in gratiam circum ejus in Locride cenotaphium celebrantur) aram sacrificiis, festoque convivio decoravit.

ΟΛΥΜΠΙΑ.

Εἶδος ι΄.

ΑΓΗΣΙΔΑΜΩ͂Ι ΛΟΚΡΩ͂Ι ΕΠΙΖΕΦΥΡΙΩ͂Ι,

Πύκτῃ.

ARGUMENTUM.

Ex promisso quod dudum debitum erat, id nunc se persolvere ait poëta et victori et urbi Locrorum—19. et ipsi aliptæ Ilæ, a quo confirmatus erat Agesidamus victor inter pueros, ne succumberet—27. Transit poëta paulo abruptiùs ad ludos ab Hercule Olympiæ institutos, victis Molionidis, mox et Augeâ Elidis rege. Memorantur victores in his ludis—93. Ad horum ludorum exemplum, celebratur Jupiter in carminibus in victorum honorem cani solitis; etiam in præsenti carmine, quod victoris et Locrorum laudem celebrat—ad f.

Σ. α'. K. η'.

Τον Ὀλυμπιονίκαν ἀνάγνωτέ μοι
Ἀρχεστράτου παῖδα, πόθι φρενὸς
Ἐμᾶς γέγραπται. γλυκὺ γὰρ αὐτῷ
Μέλος ὀφείλων ἐπιλέλαθ'. Ὦ
Μοῖσ', ἀλλὰ σὺ, καὶ θυγάτηρ
Ἀλάθεια Διὸς,
Ὀρθᾷ χερὶ ἐρύκετον ψευδέων
Ἐνιπὰν ἀλιτόξενον.

A. α'. K. η'.

Ἕκαθεν γὰρ ἐπελθὼν ὁ μέλλων χρόνος
Ἀμὸν κατήσχυνε βαθὺ χρέος.

NOTÆ HEYNIANÆ;

INTERPOSITIS QUIBUSDAM BENEDICTINIS.

Fuit Agesidamus victor luctâ ἐν παλῃ, ut constat 21, seq. 1—8. *Non animo excidit victor Agesidamus; inscriptum animi tabulis est ejus nomen. Vos, Musa et Veritas, avertite a me opprobrium promissi erga hospitem non servati:* ἐνιπὰν, h. e. ὄνειδος, ψευδέων, τοῦ ψεύδεος, quatenus fallit fidem datam. Tum ἐρύκετον ὀρθᾷ χερὶ, δικαίᾳ.

9. ὁ μέλλων (ab eo inde tempore ἰόμενος, *procedens*) χρόνος, ἕκαθεν ἐπελθὼν, *quod longe inde spatio effluxit*, κατήσχυνε χρέος, h. e. ἤλεγξεν ἐμὲ χρέος ὀφείλοντα, *redarguit me debiti non persoluti.*

[Ἕκαθεν γὰρ, &c. Ratio præcedentis petitionis, sic πεζῷ λόγῳ declaranda: μακρόθεν γὰρ ἐπιγενόμενος, καὶ πολὺς ὤν, ὁ χρόνος ἀφ' οὗ ἔμελλον ἐπιτελεῖν αὐτῷ ἐπαγγελίαν, ἐπονείδιστον ἔδειξε τὸ μοῦ πολὺ καὶ μέγα ὄφλημα. BEN.]

PARAPHRASIS BENEDICTINA.

STROPHE I. 1—8.

REVOCATE mihi in memoriam et suggerite, O Musa, tuque Jovis filia Veritas, quâ meæ mentis in parte scriptus sit, et firmiter collocatus, Agesidamus Archestrati filius, qui pugilatu vicit Olympia. Etenim Oblivioni tradidi, me dulce epinicion ipsi debere. Et quia non oblivionis sed mendacii possem insimulari, ac si datâ operâ promissis non stetissem; efficite quæso ne me, tanquam mendacii reum, reprehendant homines, ob errorem, quem solummodo per memoriæ lapsum commisi in amicum.

ANTISTROPHE I. 9—16.

Nam præstitutum illud tempus, quo futurum promiseram, ut victorem

Ὅμως δὲ λῦσαι δυνατὸς ὀξεῖ-
αν ἐπιμομφὰν ὁ τόκος ἀνδρῶν.
Νῦν, ψᾶφον ἑλισσομέναν
Ὅπα κῦμα κατα-
κλύσσει ῥέον· ὅπα τε κοινὸν λόγον
Φίλαν τίσομεν ἐς χάριν.

E. α'. K. θ'.

Νέμει γὰρ Ἀτρέκεια πόλιν Λοκρῶν
Ζεφυρίων· μέλει τέ σφισι Καλλιόπα,
Καὶ χάλκεος Ἄρης. Τράπε δὲ Κυκνεία
Μάχα καὶ ὑπέρβιον Ἡρακλέα· πύκτας

[12. τόκος. Novâ fœnoris, pro tardiùs soluto debito, promissione, ostendit se liberandæ fidei modum reperire posse. Τόκον metaphoricè vocat sequentem hymnum: nam præsentem sortis instar debebat, quia promiserat. Quia autem diu distulit, usuram accedere oportebat. Id præstat altero hymno. BEN.]

13. *Nunc videndum est, quid primùm carmine victori et urbi consecrato attingendum sit.* Κοινὸν λόγον, *communem utrique laudem*, hymnum, ut Ol. VII. 88, 89. ξυνὸν λόγον.

19. *Nec Ilæ memoratio abesto, qui puerum, jam ferè victum, quod et Herculi accidit, ut victor evaderet, hortatu confirmavit, eique adfuit, ut Achilli Patroclus.* De *Herculis* pugnâ cum Cycno diversa narrat Hesiodus. At noster sequutus esse videtur Stesichorum, ut ex Schol. colligo. Fuit inter Stesichori carmina *Cycnus. Patroclus* autem adfuit Achilli in pugnâ cum Telepho: sup. IX. 107. confirmatus, ut ex h. l. patet, ab eo, ne cum ceteris Achivis fugeret. Debuit et hoc in Antehomericis expositum esse.

hymno decorarem, cùm jampridem præterierit, indeque magnum huc usque intervallum intercesserit, meum ingens debitum dedecore affecit. Verùm tamen si fœnus pro dilatione pendam, scilicet hunc hymnum ut sortem, alterum ut usuram, solvendo, me ab illâ hominum acerbâ reprehensione potero liberare. Nunc autem videamus quo pacto, quemadmodum fluctus erumpens, calculos, qui volvuntur in littore maris, abluit et obruit; sic etiam maculosum neglecti promissi crimen meâ poësi eluere possim; quâque ratione commune cùm patriæ, tum Olympionicæ encomium gratam ad gratiam persolvam.

EPOD. I. 17—25.

Etenim in Locrorum Epizephyriorum republicâ viget candor et veritas, adeo bonis a Zeleuco legibus est instructa; illique bonarum artium studiis delectantur, et sunt bellicosi. Non mirum autem si in certamine principiò languidus fuerit Agesidamus, cum etiam heroüm fortissimus Hercules a Cycno illo, qui peregrinos per Italiam transeuntes obtruncare solebat, quo-

Δ' ἐν Ὀλυμπιάδι νικῶν Ἴλᾳ φερέτω χάριν
Ἀγησίδαμος, ὡς Ἀχιλεῖ Πάτροκλος.
Θήξαις δέ κε φύντ' ἀρετᾷ ποτὶ
Πελώριον ὥρμασε κλέος ἀ-
νὴρ θεοῦ σὺν παλάμᾳ.

[23. φύν' Damm. Lex.]

Σ. β'. Κ. η'.

Ἄπονον δ' ἔλαβον χάρμα παῦροί τινες.
Ἔργον πρὸ πάντων βιότῳ φάος.
Ἀγῶνα δ' ἐξαίρετον ἀεῖσαι
Θέμιτες ὦρσαν Διὸς, ὃν ἀρχαί-
ῳ σάματι πὰρ Πέλοπος

[26. τινες, ἔργον πρὸ πάντων, &c. Ed. Ben.]

23. φύντ' ἀρετᾷ, πρὸς ἀρετὴν, ex solenni Pindari sententiâ, φυᾷ, naturâ aliquem, etiam ad certamina, factum esse debere: v. c. Py. VIII. 62. et supra Ol. IX. 152. Tum h. l. de *puero* victore agitur: alienum adeo φὼς, ἀνήρ. Hæsi in τῷ κε. quod alienum est a sententiâ, si ad solum Agesidamum refertur. Potest substitui γε. Verùm poëta putandus est, quod non videram, per sententiam communem extulisse: ὥρμασέ κε dictum pro ὁρμήσειε ἄν, ὁρμᾶν δύναιτο ἄν.

[26. ἄπονον δ' ἔλαβον, &c. Sententia, quâ laborem commendat. Etenim, ut Sat. IX. lib. 1. canit Horatius: *Nil sine magno vita labore dedit mortalibus.* et Phocylides; οὐδὲν ἄνευ καμάτου πέλει ἀνδράσιν εὐπετὲς ἔργον. et Sophocles in Electrâ; πόνου τοι χωρὶς οὐδὲν εὐτυχεῖ. et Poëta noster, Ol. V. 34, αἰεὶ δ' ἀμφ' ἀρεταῖσι πόνος δαπάνα τε μάρναται. Cæterùm notanda loquendi formula παῦροι τινες, hoc est, οὐδένες. Sic et Ol. I. 57. μίαν γὰρ αἰτία, hoc est, οὐδεμία, et alibi μίαν ἵσταται μῶμος, pro, οὐδείς. Unicus Polycrates Samius, de quo est Herodot. lib. III. sine labore lætitiam percepit, unde non tam alumnus fortunæ, quàm partus, dici debuit. Sed in athleticâ nihil tale accidit. Ben.]

27. Nondum vidi meliùs, quam quod posui in Var. Lect. Obtigerant victori adversarii validi, nec multum abfuerat, quin victoriâ excideret. *Paucis* (quos æquus amavit Jupiter) *obtingit hoc, ut victoriam ἀκονιτὶ consequantur.* Alterâ verò ex parte *victoria ea demùm vitæ decus affert, quæ cum labore conjuncta fuit.* ἔργον est *certamen*, h. l. σὺν πόνῳ vi oppositi. πρὸ πάντων, *ante omnes alios.* Est adeo id. q. Ol. XI. 4. εἰ δὲ σὺν πόνῳ τις εὖ πράσσει.

rum ex capitibus Marti templum conderet, fugatus retrocesserit. Quòd si denuo resumtis viribus certârit, et Olympia vicerit, eam victoriam Ilæ unctori acceptam ferat, a quo in novas vires est erectus Agesidamus, eique gratiam habeat, ut Achilli Patroclus, qui, quòd in ejus armis esset, fugatos a se Trojanos agnovit. Ita vir qui virum, ad virtutem natum, præceptis acuit, eum Dei cum auxilio ad ingens decus provehit, non sine labore.

Strophe II. 26—33.

Nemo autem sine labore lætam victoriam reportavit unquàm, ex quâ præ omnibus operibus lumen et splendorem caperet. Cæterum tempus illud quinquennale, quo, ex lege institutionis, celebrantur Olympia, monet me ut eximium hoc Jovis certamen canam, quod Pisis, ubi antiquum est Pelopis

Βίη Ἡρακλέος
Ἐκτίσσατο, ἐπεὶ Ποσειδάνιον
Πέφνε Κτέατον ἀμύμονα,

Α. β'. Κ. η'.

Πέφνε δ' Εὔρυτον, ὡς Αὐγέαν λάτριον
Ἀέκονθ' ἑκὼν μισθὸν ὑπέρβιον
Πράσσοιτο. λόχμαισι δὲ δοκεύσαις
Ὑπὸ Κλεωνᾶν δάμασε καὶ κεί-
νους Ἡρακλέης ἐφ' ὁδῷ·
Ὅτι πρόσθε ποτὲ
Τιρύνθιον ἔπερσαν αὐτῷ στρατὸν,
Μυχοῖς ἥμενον Ἄλιδος,

Ε. β'. Κ. θ'.

Μολίονες ὑπερφίαλοι. Καὶ μὰν
Ξεναπάτας Ἐπειῶν βασιλεὺς, ὄπιθεν
Οὐ πολλὸν, ἴδε πατρίδα πολυκτέανον
Ὑπὸ στερεῷ πυρὶ πλαγαῖς τε σιδάρου

33. Cteatum et Eurytum, Moliones filios e Neptuno: v. Apollodor. II. 7. 3. p. 150. et ibi Not. p. 450, sq. Paus. V. 2.

35. Molestum est ὑπέρβιον, ut ad Αὐγέαν retrahatur. μισθὸς ὑπέρβιος esset *ingens*. Meliùs ipse Hercules esset ὑπέρβιος.

sepulchrum, potens Hercules instituit, postquam Neptuni et Moliones filios, inculpatum nimirum Cteatum, occidit;

Antistrophe II. 34—41.

occidit et Eurytum, quò faciliùs mercedem exigeret ab Augeâ superbo: qui decimam quamque vaccam, pro fimi purgatione promissam, reddere nolebat. Illos autem ex insidiis circumvenit Hercules, in saltibus sub Cleonís, Argolicâ civitate, et in viâ interceptos interemit; ut etiam priùs acceptam ab ipsis injuriam ulcisceretur; quum Moliones illi filii auxilio venientem ex Tyrinthe exercitum, in recessibus Elidis sedentem, perdiderunt, ubi heroës præstantissimi Telamon, Chalcodon, et Iphicles occubuerunt.

Epod. II. 42—50.

Paulo autem postquam Molionides isti superbi cæsi fuerunt, rex ille Eleorum Augeas, erga hospitem perfidiâ usus, vidit patriam possessionibus abundantem diripi, ferro flammisque vastari; et in profundam calamitatis

Βαθὺν εἰς ὀχετὸν ἄτας ἵζοισαν ἑὰν πόλιν.
Νεῖκος δὲ κρεσσόνων ἀποθέσθ' ἄπορον.
Κἀκεῖνος ἀβουλίᾳ, ὕστατος
Ἁλώσιος ἀντήσαις, θάνατον
Αἰπὺν οὐκ ἐξέφυγεν.

Σ. γ'. Κ. η'.

Ὁ δ' ἄρ' ἐν Πίσᾳ ἔλσαις ὅλον τε στρατὸν
Λείαν τε πᾶσαν Διὸς ἄλκιμος
Υἱὸς σταθμᾶτο ζάθεον ἄλσος
Πατρὶ μεγίστῳ· περὶ δὲ πάξαις
Ἄλτιν μὲν ὅγ' ἐν καθαρῷ
Διέκρινε. τὸ δὲ
Κύκλῳ πέδον ἔθηκε δόρπου λύσιν,
Τιμάσαις πόρον Ἀλφεοῦ

47. *Contentionem cum fortioribus semel susceptam difficile est finire;* cum ii semel provocati non nisi vindictæ cupiditate expletâ discedant. Eadem sententia Nem. X. 135. *χαλεπὰ δ' ἔρις ἀνθρώποις ὁμιλεῖν κρεσσόνων.*

[*νεῖκος δὲ*, &c. Hoc est, *φιλονεικίαν τῶν κρεσσόνων ἄπορον τῷ ἥττονι ἐκκλῖναι.* Gnome, quam ex eventu Herculei belli adversus Augeam elicit: innuitque nullâ vi quemquam posse fortioribus resistere: ut si regi potenti quispiam inferior opibus viribusque sese opponat. *κρείσσων γὰρ βασιλεὺς ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ*, inquit Homerus. BEN.]

48. Nescio an præstet, *ὕστατος ἀλώσιος* disjungere, et *ἀντήσαις* per se positum accipere, *ἀντήσαις* (*τοῦ Ἡρακλέος*) *θάνατον αἰπὺν*, *gravem*, *οὐκ ἐξέφυγεν.*

Ad 51, cf. Ol. II. 5, sq. III. 20, sq.

54. *περιπήξαις διακρίνατο, τέμενος ἐποιήσατο.* Nam lucum serius plantavit Hercules ab Hyperboreis redux, sup. III. 24. unde *ἐν καθαρῷ, loco tum aprico, nudo et vacuo.*

56. *τὸ δὲ κύκλῳ πέδον.* Inf. 92. *τέμενος. Intra Altin fecit esse, constituit, loca epulis sacris: δόρπου λύσιν,* h. e. aut *δόρπον λύοντα τοὺς πανηγυρίζοντας, solventem curis animos,* aut *καταλύσιν εἰς δόρπον, ἐν δόρπῳ,* hospitium epularum habendarum. Epulæ autem ipsa sacra comitantur. Conf. inf. 92, 93. Sacrum fit Alpheo fl. cum XII. diis.

abyssum devolvi Phycteum civitatem in quâ habitabat. Ex quibus discimus, fieri non posse ut deterior potentioris vim effugiat. Postea etiam ipse, præ temeritate ultimus in patriæ excidio occurrens, mortem gravem non declinavit.

STROPHE III. 51—58.

Protinùs confecto bello, quum universum exercitum, omnemque prædam Pisis contraxisset strenuus ille Jovis filius Hercules, patri Deorum maximo metitus est divinum lucum; circumseptumque templum puro in loco separavit, statuitque ut ejus ambitus, diversorium esset certantium, in quo cibum sumerent; et Alpheum honore prosecutus est, eum connumerando

A. γ'. K. η'.

Μετὰ δώδεκ' ἀνάκτων θεῶν. καὶ πάγον
Κρόνου προσεφθέγξατο· πρόσθε γὰρ
Νώνυμνος, ἇς Οἰνόμαος ἆρχε,
Βρέχετο πολλᾷ νιφάδι. Ταύτᾳ
Δ' ἐν πρωτογόνῳ τελετᾷ
Παρέσταν μὲν ἄρα
Μοῖραι σχεδὸν, ὅ τ' ἐξελέγχων μόνος
Ἀλάθειαν ἐτήτυμον

E. γ'. K. θ'.

Χρόνος. τὸ δὲ σαφανὲς ἰὼν πόρσω
Κατέφρασεν, ὅπα τὰν πολέμοιο δόσιν

[60. *πρόσθε γὰρ*, &c. Hoc est, *καὶ γὰρ ἀνώνυμος οὖσα ἡ χώρα, ἧς Οἰνόμαος ἦρχεν, ἐκαλύπτετο ὥσπερ ὑπὸ πολλῆς καταφερομένης χιόνος*. Hæc autem sunt allegorica, quibus significat, donec instituti fuissent hi ludi, Elidem, ubi regnabat Œnomaus, obscuritate et silentio fuisse involutam et incognitam. Vel innuit hunc locum, sub Œnomao non habitatum, et ædificiis carentem, solis nivibus obrui solitum. BEN.]

61. *ἇς* per *ἕως* declaratum est a Schol. vet. et ab Hesychio: v. Kœn. ad Gregor. p. 81. add. Brunck. ad Aristophan. 173. Supplendum est *ἐφ' ἧς ἡμέρας*. Ex *ἀλς* ducebat Schneider Fragm. Pind. p.100. CXLII. Dictum autem, *quamdiu Œnomaus regebat*, omnino puta, pro, *antiquo tempore*.

62. *Ταύτᾳ δ' ἐν*—Lyrica vis in seqq. inest admirabilis; consecrandæ Alti adstitere *Μοῖραι* et *Χρόνος*: quandoquidem *fatale* erat institutum et *per longum tempus* duraturum. Omnino *Μοίραις* Pindarus ingeniosè utitur. Supra nascenti Iamo vati adstiterant Ilithyia et Mœræ, Ol. VI. 71, 72. cf. Nem. VII. 1. Idem *Τύχην* inter Mœras retulerat in deperdito carmine. vid. Paus. VII. 26. p. 591. Fuit enim Hymnus ejus in Fortunam, quantum intelligo ex eod. IV. 90, extr. *Χρόνος ὁ ἐξελέγχων ἄπαντα*, quod sup. Ol. I. 53, *Ἁμέραι δ' ἐπίλοιποι μάρτυρες σοφώτατοι*.

67. *τὸ δὲ σαφανὲς ἰὼν πόρσω κατέφρασεν* sc. *ὁ Χρόνος, ὅπα*. *tempus procedens obscurari non passum est*, sed servavit memoriam posteritas, *quo loco, prædâ divisâ, e manubiis Hercules litaverit, et quomodo ludos in*

inter duodecim Deos, quibus dicatæ erant sex aræ.

ANTISTROPHE III. 59—66.

Quarum sedem, Saturnium Collem, a Saturno Deorum patre, nominavit. Nam antea ignobilis erat regio in quâ regnabat Œnomaus: necdum structis ibi aris, desertus ille collis non nisi multâ nive conspersus occupabatur. Cæterùm huic primæ Olympiorum institutioni, primæque celebritati, interfuerunt Parcæ, et Tempus, Veritatis parens; illæ ut felicitatem, hoc ut diuturnitatem ludis illis impertiret, quò non solùm felices, sed etiam diuturni, redderentur.

EPOD. III. 67—75.

Illud autem tempus longo progressu, posteris pro certo declaravit, ubi

'Ακρόθινα διελὼν ἔθυε, καὶ πεντα-
ετηρίδ' ὅπως ἄρα ἵστασεν ἑορτὰν,
'Εν 'Ολυμπιάδι πρώτᾳ νικαφορίαισί τε.
Τίς δὴ ποταίνιον γε λάχε στέφανον
Χείρεσσι ποσίν τε καὶ ἅρμασιν,
'Αγώνιον ἐν δόξᾳ θέμενος
Εὖχος, ἔργῳ καθελών;

Σ. δ'. Κ. η'.

Στάδιον μὲν ἀρίστευσεν εὐθύτονον, [76. εὐθύτερον, Damm. Lex.]
Ποσσὶ τρέχων, παῖς ὁ Λικυμνίου
Οἰωνός· ἦκεν δὲ Μιδέαθεν
Στρατὸν ἐλαύνων. ὁ δὲ πάλᾳ κυ-
δαίνων Ἔχεμος Τέγεαν.
Δόρυκλος δὲ τέλος
Πυγμᾶς φέρε, Τίρυνθα ναίων πόλιν.

stituerit. τὰ ἀκροθίνια sunt h. l. δόσις ἀκρόθις, nisi pro τὰ ἀκρόθινα dictum esse contendas. Par hæsitatio in Ol. II. 7. 'Ολυμπιάδα—ἀκρόθινα, quod et per appositionem τὰ ἀκρόθινα, pro ἀκροθίνια, et τὴν ἀκρόθινα, accipi potest. Deficiunt nos exempla usus utriusque formæ. Potest κατίφρασιν accipi pro καταφράζει, τοῦτο σαφῶς, ἔτι, *servat memoriam posterum tempus, docet adhuc, servatâ rei memoriâ.*

72. *Age quis*—ἀγώνιον θέμενος εὖχος, consequutus victoriam certaminis, ἐν δόξᾳ, ἐνδόξως, *gloriosè,* σὺν δόξῃ, ἔργῳ καθελὼν, *certamine, pugilatu, adversarium prosternens,* h. e. superans. Meliorem interpretationem petii a meliore interpunctione. Nam vulgatum erat:—ἅρμασιν ἀγώνιον, ἐν δόξᾳ θέμενος, εὖχος ἔργῳ καθελών.

Hercules divisorum Augeæ devicti spoliorum primitias Diis obtulerit; et quomodo Olympia, quinto quoque anno deinceps celebranda, in celebritate primâ, primisque victoriis, instituerit. Quis autem, O Musa, in hoc recens instituto certamine primam sortitus est coronam, reportatâ victoriâ, pugilatu, pedum celeritate, et curruum agitatione gloriam sibi adipiscendo, et, re benè gestâ, gloriationem, ex successu certaminis promanantem, antagonistæ detrahendo?

STROPHE IV. 76—83.

Œonus quidem, Licymnii filius, Mideæ, urbis Argolicæ, princeps, indeque profecti exercitûs dux, stadio in rectitudinem extenso fuit præstantissimus, quod omnium celerrimè pedibus decurrendo emensus est. Luctâ vero præstantissimus fuit Echemus, qui, re optimè gestâ, Tegeam, Arcadiæ urbem, patriam suam, illustriorem reddidit. Doryclus autem Tirynthius honorem

Ἀν᾽ ἵπποισι δὲ τέτρασιν

A. δʹ. K. ηʹ.

Ἀπὸ Μαντινέας Σᾶμος ἠείδετο.
Κἄκοντι Φράστωρ ἔλασε σκοπόν.
Μᾶκος δ᾽ Ἐνικεὺς ἔδικε πέτρῳ,
Χέρα κυκλώσαις, ὑπὲρ ἅπαντας,
Καὶ συμμαχίᾳ θόρυβον
Παραίθυξε μέγαν.
Ἐν δ᾽ ἕσπερον ἔφλεξεν εὐώπιδος
Σελάνας ἐρατὸν φάος.

[84. σᾶμ᾽ Ἁλιῤῥοθίου. Ed. Ben. Heynius h. l. ita reddit; *e Mantineâ Semus canebatur.*]

E. δʹ. K. θʹ.

Ἀείδετο δὲ πᾶν τέμενος τερπναῖ-
σι θαλίαις τὸν ἐγκώμιον ἀμφὶ τρόπον.

[87. χέρα κυκλώσαις, hoc est, περιστρέψας. Et sic prosâ loqueris; τοῦτον χειρὶ περιστρέψας, καὶ πάντας τῇ βολῇ παρελθών. Describitur rotatione disci in aërem jaculatio; ut apud Propertium, *Missile nunc disci pondus in orbe rotat.* Item etiam ostenditur, sphærâ istâ ultra scopum emissâ, præmium referri solitum: ut et in his Homeri, Il. Ψ. τὸ τρίτον αὖτ᾽ ἔῤῥιψε μέγας Τελαμώνιος Αἴας χειρὸς ἀπὸ στιβαρῆς, καὶ ὑπέρβαλε σήματα πάντα. BEN.]

90—91. Nam plenilunio habiti ludi Olympici. conf. sup. III. 35.

[ἐν δ᾽ ἕσπερον, &c. Per tmesin pro ἕσπερον δ᾽ ἐνέφλεξε, id est ἀνέλαμψε. et illud ἕσπερον, judicio Triclinii, sumendum adverbialiter pro, κατὰ τὴν ἑσπέραν. Sic φλέγειν sumetur intransitivè pro *ardere*, hoc est, *lucere*. Vel si ἕσπερον sumas pro vespertino tempore, et nocturnis tenebris, ἕσπερον φλέγειν expones *vesperum illustrare*. Utroque modo proposito sumere potes, servato loci sensu. BEN.]

94—98. Hæc equidem sic expediebam: Jovis laudes in hymno in victorem Olympicum primúm locum occupant: igitur ἀρχαῖς

pugilatu est adeptus; et quadrijugo curru,

ANTISTROPHE IV. 84—91.

in quo sua habuit insignia, Halirrhothius Mantinetus. Phrastor autem jaculo scopum attigit. Eniceus vero discum lapideum, manu rotatum et circumactum, omnium longissimè emisit; unde sociorum adstantium magnam acclamationem excitavit, et admirationem sui peperit. Quum autem hæc peragerentur certamina, plenæ lunæ surgentis oculus formosus, amabili suo lumine tempus vespertinum, alioqui obscurum, illustravit.

EPOD. IV. 92—100.

Tum verò, quum ad jucundas epulas vesperi ventum esset, interque cœnandum, carmen victoris encomiasticum pro more caneretur, delubrum

'Αρχαῖς δὲ προτέραις ἑπόμενοι καὶ νῦν,
'Επωνυμίαν χάριν νίκας ἀγερώχου,
Κελαδησόμεθα βροντὰν καὶ πυρπάλαμον βέλος,
'Ορσικτύπου Διός γ' ἐν ἅπαντι κράτει
Αἴθωνα κεραυνὸν ἀραρότα.
Χλιδῶσα δὲ μολπὰ πρὸς κάλαμον
'Αντιάξει μελέων,

Σ. ε'. Κ. η'.

Τὰ παρ' εὐκλέϊ Δίρκᾳ χρόνῳ μὲν φάνεν.
'Αλλ' ὥς τε παῖς ἐξ ἀλόχου πατρὶ
Ποθεινὸς ἵκοντι νεότατι

προτέραις (προτέρᾳ ἀρχᾷ) ἑπόμενοι, *ei, quod in primis solennibus factum, obsequendo, etiamnum in victoriâ Olympicâ celebrandâ Jovem memorabimus*: pro Jove dixit, κελαδησόμεθα βροντὰν καὶ πυρπάλαμον βέλος, ὀρσικτύπου Διός γ' (præstat τ') ἐν ἅπαντι κράτει αἴθωνα κεραυνὸν ἀραρότα (sc. τῇ χειρὶ αὐτοῦ), *fulmen ardens, quod manu ille tenet, jacit summâ cum vi*, ἐν pro σὺν, *ipse summus rex*, κράτος ἔχων ἅπαν, μέγιστον. Jam adjunge ad hæc ea quæ præmisit, per appositum: *canemus hæc, hymnum*, h. e. argumentum hymni, *in victorem Olympicum*: ἐπωνυμίαν χάριν νίκας ἀγερώχου, vel κατὰ, εἰς, χάριν, vel, quod præferam, per appositionem: βροντὰν—χάριν. Propriè νίκη erat ἐπωνυμία, victoria *Olympica* dicta, sed doctiùs transtulit ad χάριν, *decus, hymnum*. ἐπωνύμιος æquè dici atque ἐπώνυμος dubitare non debebam, vid. Pyth. I. 58. Ut cum uno e Schol. pro *clarum, celebre*, accipiamus, non satis causæ esse videtur; secus quam Musgravio, tom. III. Eurip. in Suppl. p. 338. ad Orest. 1013. videbatur. Mox, 99, 100. μολπὰ μελέων jungenda: *quæ carmina seriùs quidem in lucem prodeunt*: debebat sequi: ἀλλὰ ποθεινά γε, ὡς.

[96. βέλος πυρπάλαμον, &c. Fulmen περιφραστικῶς appellat βέλος πυρπάλαμον, hoc est, *telum igneum quod manu vibratur*. q. d. βέλος πυρῶδες παλάμῃ βαλλόμενον. Ideo II. Odâ, lib. I. Carm. Horat. Jupiter dicitur, *rubente dexterâ sacras jaculatus arces*. et Ovid. Metam. II. *Qui fera terribili jaculatur fulmina dextrâ*. et apud Æschylum in Prometh. Ζηνὸς ἄγρυπνον βέλος καταιβάτης κεραυνὸς ἐκπνέων φλόγα. Porrò, teste Hesychio, πυρπαλάμους vocabant *vafros et callidos*; τοὺς διὰ τάχους τι μηχανᾶσθαι δυναμένους, καὶ τοὺς ποικίλους τὸ ἦθος. Ben.]

omne cantu personabat. Cæterum nos etiam nunc, priscum illum morem, victores post certamen in convivio canendi, jam a principio usitatum, secuti, victorialem hymnum, sic a victoriâ, quæ superbos reddit, cognominatum, in munus victoris canemus. Canemus etiam Jovem, tonitruum strepitus in aëre excitantem, igneumque telum manu contorquentem, videlicet coruscum fulmen quod jaculatur, quoties suâ potentiâ utitur. Porro ad tibiam accommodabitur dulcis auribus nostra modulatio carminum;

Strophe V. 101—108.

quæ apud Thebas, ubi est Dirce fons celebris, in lucem edidi, multò postquam ea promiseram Agesidamo. Sed etsi dilationem longam passa sit mea promissio, serius tamen exhibitum encomium non debet minus esse gratum. Quemadmodum enim filius ex legitimâ uxore in senectute tardè

Τὸ πάλιν ἤδη, μάλα δέ τοι θερ-
μαίνει φιλότατι νόον·
Ἐπεὶ πλοῦτος ὁ λα-
χὼν ποιμένα ἐπακτὸν ἀλλότριον,
Θνάσκοντι στυγερώτατος·

Α. ε΄. Κ. η΄.

Καὶ ὅταν, καλὰ ἔρξαις, ἀοιδᾶς ἄτερ,
Ἀγησίδαμ', εἰς Ἀΐδα σταθμὸν
Ἀνὴρ ἵκηται, κενεὰ πνεύσαις
Ἔπορε μόχθῳ βραχύ τι τερπνόν.
Τὶν δ' ἁδυεπής τε λύρα
Γλυκύς τ' αὐλὸς ανα-
πάσσει χάριν. ἔχοντι δ' εὐρὺ κλέος
Κόραι Πιερίδες Διός.

Ε. ε΄. Κ. θ΄.

Ἐγὼ δὲ, συνεφαπτόμενος σπουδᾷ,

117. In sqq. verba hunc in modum jungenda arbitror: ἐγὼ δὲ συνεφαπτόμενος, *prosequens te, victorem*, ἀμφίπτων (σὺν) σπουδᾷ κλυτὸν ἔθνος Λοκρῶν, *studiosè* eodem carmine

genitus, quum jam pater incipit repuerascere, paternum animum amore magis inflammat, quia non sine proprio hærede se moriturum sperat: sic et hoc meum encomium, licèt serius exhibitum, gratissimum nihilòminus erit tibi Agesidame, quia non sine laudum præconio morieris, quo tua virtus etiam posteris commendatur. Et ut diviti comparatæ multo labore divitiæ, brevem brevi vitæ tempore delectationem præbent; sed quum e vitâ migrat, ei sunt odiosissimæ, si ascititium, et a suo genere alienum, hæredem nanciscantur;

ANTISTROPHE V. 109—116.

sic etiam ei, qui in sacris certaminibus strenuè se gesserit, exiguo tantùm tempore, quum recens est victoria, jucundi sunt acti labores: sed eorum postea fermè pœnitet, si, illis frustrà susceptis, a poetâ non laudatus, nec immortalitate nominis donatus, in sepulchrum descendat. Quòd sanè tibi non accidet, Agesidame, cui dulcisona lyra, suavisque tibia jucundum melos, utpote mercedem, mittit; cujus famam, longè latèque diffusam, posteritati tradunt Musæ Jovis filiæ, quæ montem Pierium incolunt.

EPOD. V. 117—*ad fin.*

Quem ego quoque, meam operam cum Musis diligenter adhibens, dulci

Κλυτὸν ἔθνος Λοκρῶν ἀμφέπεσον, μέλιτι
Δ' εὐάνορα πόλιν καταβρέχων, παῖδ' ἐ-
ρατὸν Ἀρχεστράτου αἴνησα· τὸν εἶδον
Κρατέοντα χερὸς ἀλκᾷ, βωμὸν παρ' Ὀλύμπιον,
Κεῖνον κατὰ χρόνον γ' ἰδέᾳ τε καλὸν
Ὥρᾳ τε κεκραμένον, ἅ ποτ' ἀν-
αιδέα Γανυμήδει τὸν πότμον ἄ-
λαλκε, σὺν Κυπρογενεῖ.

celebro Locros, (dictum ut *περιβάλλειν τινὰ*, amplecti, *ἀμφαγαπάζεσθαι*, *fovere*, *colere*,) *μέλιτι δ' εὐάνορα πόλιν καταβρέχων παῖδ' ἐρατὸν Ἀρχεστράτου αἴνησα.*—v. 122. post *χρόνον γ'* comma delevi. *κεκραμένον ὥρᾳ*, ut aliàs *μιχθέντα*, pro *ὡραῖον*. Aliàs *ὥρα μίγνυταί τινι*. Py. X. 65. *οὔτε γῆρας κέκραται γενεᾷ*, h. e. *οὐ πάρεστι*. At et *πλοῦτος κεκραμένος ἀρετᾷ*, Py. V. 2, 3. qui Ol. II. 96. *πλοῦτος ἀρεταῖς δεδαιδαλμένος*. Suavissimum est, quod v. 123–5. de Ganymede, ob pulchritudinem immortali facto, subjicitur: *Juventa cum Venere infestam mortem ab eo propulsavit.*

[123. *ἀναιδέα*, &c. Mortis epitheton *ἀναιδὴς*, *impudens*, quòd, excusso pudore, omnes promiscuè metat; unde Horatius: *pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas, regumque turres.* Ben.]

hoc carmine laudem inclytæ Locrorum gentis complexus, eodemque ornamento civitatem viris præstantibus insignem prosecutus, amabilem Archestrati filium encomio decoravi, postquam accepi eum pugilatu, in quo valet robur manuum, Olympia vicisse, idque jam olim, cum esset adhuc aspectu formosus, et versaretur in vigentis ætatis flore, cujus venustas, simul cum Venere, gratum Jovi reddens Ganymedem, fecit ut in cœlum raptus fuerit, nec mortem expertus, pincernam agat Deorum; cum alioqui mors æquo pede pauperum regumque tabernas pulsare non erubescat.

ΟΛΥΜΠΙΑ.

Εἶδος ιαʹ.

ΤΩ ΑΥΤΩ ΑΓΗΣΙΔΑΜΩ.

ARGUMENTUM.

Victoriæ sibi postulant carmina, quibus earum memoria ad posteritatem propagetur—7. inprimis victoria Olympica, cæteris insignior: quare Pindarus Olympicorum victorum se laudes lubenter canere profitetur—10. Hoc nunc se præstare Agesidamo, Locrorum Epizephyriorum laudibus adjunctis—15. quippe qui, e Locride Græciæ in Italiam profecti, antiquos mores retinuerint, et laudum studia, carminumque amorem cum virtute adhuc servent.

Σ. α'. Κ. ϛ'.

Ἔστιν ἀνθρώποις ἀνέμων ὅτε πλεῖστα
Χρῆσις· ἔστιν δ' οὐρανίων ὑδάτων
Ὀμβρίων, παίδων Νεφέλας.
Εἰ δὲ σὺν πόνῳ τις εὖ πράσσει, μελιγάρυες ὕμνοι
Ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων· τέλλεται
Καὶ πιστὸν ὅρκιον μεγάλαις ἀρεταῖς.

NOTÆ HEYNIANÆ;
INTERPOSITIS QUIBUSDAM BENEDICTINIS.

[1. ἐστὶν, &c. Prosâ sic hanc sententiam reddas; ὥσπερ ἐστὶ καιρὸς ὅτε γίνεται ἀνθρώποις χρεία πλείστη ἀνέμων· ὅτε δὲ ὄμβρων· οὕτω καὶ τοῖς διὰ πόνου νικήσασιν ὕμνοι χρήσιμοι. BEN.]

1—6. Sententiam et alibi repetit: *certaminum labores et factorum laudes desiderare hymnorum præmia:* v. c. Nem. III. 10. διψῇ δὲ πρᾶγος ἄλλο μὲν ἄλλου· ἀεθλονικία δὲ μάλιστ' ἀοιδὰν φιλεῖ. Tum forma solennis est: ἐστὶν—ἐστὶν—εἰ δὲ, *non magis quam, similiter ut.* Respondent autem sibi illa: *homines modò sereno cœlo, modò pluvio indigent*, adeoque hoc votis expetunt. Faciunt autem hoc agricolæ, ut tanto lætior agrorum proventus sit. Adeoque sensus est: *non magis agricolæ salubri tempestate opus habent, quam victores hymnis ad messem laudum.* Nam sequitur: *Si quis in certamine secundâ fortunâ utitur*, h. e. victoriam consequitur, (vid. sup. ad Ol. VIII. 96.) *hymnis indiget*, μελιγαρύων ὕμνων χρῆσις πλείστη ἐστίν. Hoc mutavit: μελιγάρυες ὕμνοι sc. εἰσὶν, ὧν χρῆσις πλείστη ἐστὶν, ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων, *laudum serarum*, h. apud posteros, *causæ ac semina.* Ut Nem. I. 11. ἀρχαὶ βέβληνται μέλους ἐγκωμίου. Ita meliùs expeditum locum puto quam antea factum. In cæteris maneo in hoc, enallagen, quam grammatici hic quærunt, ut ὕμνοι τέλλεται jungantur, locum non habere; et sic in aliis locis, in quibus eam quæsivere; ut sup. Ol. VIII. 10, 11. Isthm. I. 38. V. 73, 74. Quod nisi alia fuere exempla in deperditis Pindari, perperam hanc figuram Pindaricam appellârunt grammatici, (vid. Eustath. in Il. ρ. 387.) inque his Herodianus περὶ σχημάτων, a Villoisono vulgatus in Diatribe, p. 95. In Hesiod. Θ. 321. τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαὶ, potuit pro ἦσαν dictum esse: ἔσαν, ἔαν, ἦν. In Euripid. Bacch. 1339. est δίδοται,—τλάμονες φυγαὶ distinguendum. Etsi omnino eam damnare nolim: quandoquidem similis usus habetur *neutrorum pluralium cum verbo singulari* junctorum; et fuere in sermone antiquiore multa ad grammaticam subtilitatem nondum satis constituta. cf. de hoc schemate Ruhnken. ad H. in Cer. extr. add. Beck. ad h. l. et VIII. 10. In Pindaro igitur accipio:—λόγων. τέλλεται καὶ πιστὸν ὅρκιον μεγάλαις ἀρεταῖς, *per eosdem hymnos maxima fides fit præclaris factis.*

PARAPHRASIS BENEDICTINA.
STROPHE 1—6.

QUEMADMODUM apud homines, magnus est usus, aliàs ventorum, ut ad navigationem, aliàs pluviarum quas nebulæ producunt, ut ad agrorum recreationem; sic etiam carminum, ad laudem clarorum virorum. Quandoquidem dulcisoni hymni, ejus qui magnis in laboribus strenuè se gessit, famam ad posteros perferunt, et magnarum virtutum honorem firmum stabilemque reddunt; ac si laus quam continent, et virtus, irruptum jurejurando fœdus iniverint.

A. α'. K. ϛ'.

Ἀφθόνατος δ' αἶνος Ὀλυμπιονίκαις
Οὗτος ἄγκειται. τὰ μὲν ἁμετέρα
Γλῶσσα ποιμαίνειν ἐθέλει.
Ἐκ θεοῦ δ' ἀνὴρ σοφαῖς ἀνθεῖ ἐσαεὶ πραπίδεσσιν.
Ἴσθι νῦν, Ἀρχεστράτου παῖ, τεᾶς,
Ἀγησίδαμε, πυγμαχίας ἕνεκεν

E. α'. K. ι'.

Κόσμον ἐπὶ στεφάνῳ χρυσέας ἐλαίας
Ἁδυμελῆ κελαδήσω, τῶν Ἐπι-
ζεφυρίων Λοκρῶν γενεὰν ἀλέγων.

7. *Laudes hæ imprimis Olympicos victores manent.* ἀνάκειται vel a donariis, quæ consecrantur, vel a thesauris, qui reconduntur.

8. τὰ μὲν ἁμετέρα γλῶσσα ποιμαίνειν ἐθέλει, *quare lingua mea tibi*, aut meliùs omnino, *victoribus Olympicis*, (nam mox ad Agesidamum transit,) *hanc laudem procurare studet.* Deest pronomen τοῦτον τὸν αἶνον. Latet in μὲν, pro quo legendum esse puto μίν. τὰ pro ἃ, δι' ἅ. Nisi hoc feceris, dicendum erit, ἃ esse non grammaticè, sed ad sensum dictum, pro, ὃν αἶνον. *pascere laudem:* ad claram notionem quomodo tropum revocem, non habeo. ποιμαίνειν sensu tropico vix aliter accipi potest quam pro *alere*, αὔξειν, *servare*, *custodire*, *providere.* Debebat sequi: *divino enim munere hanc laudes carmine ornandi vim possideo.* Hæc lyricè extulit v. 10, sqq. *non nisi divinitùs* (φυᾷ, δι' εὐφυΐας) *aliquis ingenio pollet:* quod Ol. IX. 42. σοφοὶ κατὰ δαίμον' ἄνδρες ἐγένοντο (γίνονται). Scilicet ἐκ θεοῦ, ut ἐκ θεῶν jam vidimus. At ἐσαεί? an non languet? Fortè sic constitues, ut sit: ἀεὶ γὰρ σοφός τις ἐστὶν ἐκ θεοῦ. Mox, v. 13. κόσμον, ὕμνον.

[10. ἐκ θεοῦ, &c. Gnome est quâ Deo tribuit quicquid hominibus inest præclari: q. d. ἐκ δὲ Θεοῦ βοηθείας πᾶς ἀνὴρ ἀεὶ εὐδοκιμεῖ ἐπὶ σοφαῖς διανοίαις. BEN.]

ANTISTROPHE 7—12.

Hujusmodi autem laus, quæ encomiasticis hymnis continetur, quam nulla temporis longinquitas, nec hominum invidia delere queat, etiam Olympiorum victoribus debetur. Quorum equidem curam ex officio suscipere volo, et encomia pronunciare præstantissimo carmine, quod Deo acceptum feram: cùm divini sit muneris nunquam non ingenii solertiâ, mentisque acumine valere et conspicuum esse. Cæterùm, Agesidame Archestrati fili, scias velim, me tui nunc rationem habere. Te, ob pugilatum quo decertâsti et vicisti,

EPOD. 13—*ad fin.*

præter oleastri coronam, quâ pulchre redimitus fuisti, blandiloqui carminis ornamento decorabo: eâdemque operâ, Locrorum Epizephyriorum gentis

Ἔνθα συγκωμάξατ᾽, ἐγγυάσομαι
Μή μιν, ὦ Μοῖσαι, φυγόξενον στρατὸν,
Μήδ᾽ ἀπείρατον καλῶν,
Ἀκρόσοφον δὲ καὶ αἰχματὰν, ἀφίξεσθαι. Τὸ γὰρ
Ἐμφυὲς οὔτ᾽ αἴθων ἀλώπηξ
Οὔτ᾽ ἐρίβρομοι λέοντες
Διαλλάξαιντο ἦθος.

19. τὸ γὰρ ἐμφυὲς, &c. Dixit pro: ἐστὶ γὰρ τοῦτο ἐμφυὲς ἦθος τῶν Λοκρῶν, etsi ii jam in aliam terram coloni deducti sunt. αἴθων ἀλώπηξ. Est ἡ ἀλώπηξ, eritque adeò ὁ καὶ ἡ αἴθων, *fulva*, s. *rava vulpes*.

celebrationi studebo. Apud hanc, mecum, O Musæ, choream quæso instituite. Polliceri et spondere ausim, vos ad populum accessuras, qui non solùm hospitalitatis est amans, rerumque honestarum peritus, sed summâ etiam sapientiâ pollet, rebusque bellicis claret. Quas dotes animi corporisque a naturâ quum acceperint, non aliter quam fulva vulpes astutiam, et graviter fremens leo fortitudinem ingenitam, amittere queant, et immutare.

ΟΛΥΜΠΙΑ.

Εἶδος ιβ΄.

ΕΡΓΟΤΕΛΕΙ ἹΜΕΡΑΙΩ,

Δολιχοδρόμῳ*.

ARGUMENTUM.

Cùm victor Ergoteles hoc Fortunæ deberet, quod patriâ, Cnosso, exul, ab Himeræis receptus secundas res habuerat: Fortunam invocat, ut Himeræis propitia sit, cùm ejus ab nutu pendeant omnia,—6. consiliorumque successus eventusque incerti et obscuri,—13. sæpè contra quam speratum fuerat—18. Ipse victor domi in obscuritate consenuisset, nisi Himeram, patriâ exul, pervenisset, ubi in civitatem receptus, certamina obiit, et plures victorias est consequutus.

---

* [δολιχοδρόμῳ. Δολιχοδρόμος is erat, qui sexies, ut quidam putant, stadium curriculo obibat, a δρόμος, *cursus*, et δόλιχος, *curriculum spatii continentis duodecim stadia*; vel, secundum Suidam, *viginti quatuor*: quem sequitur Varinus. Cursus fuit plenus, et major diaulo, qui est cursus a carceribus ad calcem, tum a calce ad carceres, nullâ interpositâ quiete. Ben.]

Σ. α'. Κ. θ'.

Λισσομαι, παῖ Ζηνὸς Ἐλευθερίου,
Ἱμέραν εὐρυσθενέ' ἀμ-
φὶ πόλει, Σώτειρα Τύχα.
Τὶν γὰρ ἐν πόντῳ κυβερνῶνται θοαὶ
Νᾶες, ἐν χέρσῳ τε λαιψηροὶ πόλεμοι,
Κἀγοραὶ βουλαφόροι· αἵ γε μὲν ἀνδρῶν

NOTÆ HEYNIANÆ;
INTERPOSITIS QUIBUSDAM BENEDICTINIS.

[1. παῖ Ζηνός. Fortuna filia Jovis a Pindaro rectè dicitur. Nam etsi ratione nostri fortuitus sit rerum eventus, et vita regi videatur fortunâ, non sapientiâ; omniaque non providentiâ, sed casu fieri putentur, adeò instabilis est mundi status; tamen ratione Dei nihil non consilio, decretoque Numinis in hoc orbe terrarum volvitur et versatur. Ideoque id fortè ratus Pindarus, Fortunam finxit filiam Jovis, quem summum Deum Ethnicus ille putavit. Quo figmento nihil aliud possis intelligere, quàm fortunam esse fatum, atque e divinâ providentiâ et operatione profluere, ut rectè exponit Leonicerus. Oceani filia fingitur ab aliis, et inter Deos numeratur: unde Juvenal. Sat. X. 365. *Nullum numen abest, si sit prudentia: sed te nos facimus, Fortuna, Deam, cæloque locamus.* et Horatius; *O diva gratum quæ regis Antium.* BEN.]

['Ελευθερίου. Jupiter Eleutherius non abs re hoc loco vocatur, ὁ τῆς ἐλευθερίας ἔφορος Θεός: quia non solùm rebuspublicis auctor et largitor est libertatis, sed etiam privatis, ut qui Ergotelem, ab intestino Cnosio bello liberatum, in Himeræorum urbis libertatem asseruerit. In Græciâ et Athenis hoc nomine coli cœpit post devictos Medos ad Platæas, ubi Mardonius, cum ccc millibus Persarum, occubuit. Constructum Jovi Eleutherio est templum, ibique certamina Eleutheria postea celebrata. BEN.]

[3. σώτειρα. Servatrix Fortuna nunc vocari potest, vel respectu Ergotelis, qui servatus est a turbis civilibus Cnosiorum; vel respectu Himeræorum, apud quos mota ob Gelonem et Hieronem dissidia pacata fuerunt; et cives a periculo, quod ob seditiones imminet, liberati. Vel cùm sit μέση λέξις ἡ Τύχη, et aliàs κακὴ, aliàs ἀγαθὴ nuncupetur, ideo σώτειραν appellat, ut prosperam fortunam a se invocatam denotet. BEN.]

[4. κυβερνῶνται θοαὶ νᾶες. Hinc desumptum illud Horatii, lib. I. Carm. Od. XXXV.

Te pauper ambit solicitâ prece
Ruris colonus: te dominam æquoris
Quicunque Bithynâ lacessit
Carpathium pelagus carinâ. BEN.]

6. Continuo orationem: Τὶν γὰρ—βουλαφόροι, αἵ γε μὲν ἀνδρῶν (sc. τὶν, διά σου) ἐλπίδες κυλίνδονται, (κατὰ) πολλὰ ἄνω, τὰ δ' αὖ κάτω, (naves fluctibus jactari vides! pro, *incertum*

PARAPHRASIS BENEDICTINA.
STROPHE 1—9.

O servatrix Fortuna, Jovis, qui libertatis est auctor, filia, supplicem tibi precationem offero pro diuturnâ potentissimæ urbis Himeræ salute, et incolumitate. Tu enim Numen illud es, a quo res omnes humanæ reguntur, et gubernantur terrâ, marique; hìc celeres naves, illìc bella vehementia, et quævis comitia, consiliaque; et a te pendet rerum eventus faustus, vel

Πόλλ' ἄνω, ταὶ δ' αὖ κάτω
Ψεύδη μεταμώνια τέμνοι-
σαι, κυλίνδοντ' ἐλπίδες.

A. α'. K. θ'.

Σύμβολον δ' οὔ πώ τις ἐπιχθονίων
Πιστὸν ἀμφὶ πράξιος ἐσ-
σομένας εὗρεν θεόθεν·
Τῶν δὲ μελλόντων τετύφλωνται φράδαι.
Πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν,
Ἔμπαλιν μὲν τέρψιος· οἱ δ', ἀνιαραῖς
Ἀντικύρσαντες ζάλαις,
Ἐσλὸν βαθὺ πήματος ἐν μι-
κρῷ πεδάμειψαν χρόνῳ.

E. α'. K. ι'.

Υἱὲ Φιλάνορος, ἤτοι καὶ τεά κεν,

eventum habent,) τέμνοισαι ψεύδη μεταμώνια, *percurrentes fraudes inanes, expectationes vanas, quibus sibi illuserant* (tanquam naves percurrunt mare).

13. Propriè homines sunt τυφλοὶ (ὥστε) φράζειν τὰ μέλλοντα, *ad providendum id, quod futurum est;* transtulit hoc ad ipsam contemplationem: *esse eam cæcam,* ἡ φράδη τετύφλωται, τυφλή ἐστι.

[τῶν δὲ μελλόντων, &c. Hoc ipsum est quod ad Leptinem Demosthenes docet his verbis; τὸ μέλλον ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶν ἄδηλον. Quodque Patrocles; τὴν δὲ πλησίον τύχην οὐκ ἴσμεν, οὐδ' ὁρῶμεν. et Silius Italicus; *nostros fortuna labores versat adhuc, casusque jubet nescire futuros.* et Horatius; *Prudens futuri temporis exitum caliginosâ nocte premit Deus.* Ben.]

14—15. πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν, *eveniunt,* ἔμπαλιν τῆς τέρψιος, pro ἀντιςπῆ. ut Py. XII. 56. ἔμπαλιν γνώμας.

infaustus; non ab hominum judiciis et opinionibus, qui varias spes in sese volvunt, inanes et irritas, aliàs hæc, aliàs illa sperantes, ac si nossent quid sit eventurum.

ANTISTROPHE 10—18.

At verò nulli mortalium in terris versantium, ullum, quo res futura præsciri possit, certum divinitùs signum et argumentum obtigit; sed *prudens futuri temporis exitum caliginosâ nocte premit Deus.* Quo fit ut multa hominibus præter conjecturas et expectationem accidant; ita ut alii, speratis rebus lætis et jucundis, experiantur tristes; alii, qui procelloso in statu paratum exitum metuunt, improvisa bona nanciscantur, et formidatam ruinam prospero successu permutent.

EPOD. 19—*ad fin.*

Sic, O Ergoteles, Philanoris fili, quæ tibi damnosa videbatur futura soli

Ἐνδομάχας ἅτ' ἀλέκτωρ,
Συγγόνῳ παρ' ἑστίᾳ
Ἀκλεὴς τιμὰ κατεφυλλορόησε ποδῶν·
Εἰ μὴ στάσις ἀντιάνειρα
Κνωσίας ἄμερσε πάτρας.
Νῦν δ' Ὀλυμπίᾳ στεφανωσάμενος,
Καὶ δὶς ἐκ Πυθῶνος Ἰσθμοῖ τ', Ἐργότελες,
Θερμὰ Νυμφᾶν λουτρὰ βαστάζεις, ὁμιλέ-
ων παρ' οἰκείαις ἀρούραις.

20. ἐνδομάχας ἅτ' ἀλέκτωρ, pro, ἅτε τιμὴ ἀλέκτορος, galli gallinacei, qui in corte pugnat. Opponitur gallus, qui publicis certaminibus alitur. Cùm gallus in Himerensium nummis obvius sit, facilè in hanc comparationem poëta incidere potuit. Mox, v. 24. δ' excidisse monuit Jacobs noster Animadverss. p. 8. etsi jam aliquoties supplendum esse vidimus. Et v. 27, βαστάζειν pro, *exaltare, clarum reddere*, ut et Ist. III. 14. dictum secundum vulgare ἐπαίρειν, unde et, ὑψοῦ φέρειν, Py. X. 109. et μετέωρος de gloriâ. ὁμιλέων παρ' οἰκείαις ἀρούραις, civis adscriptus ab iis, ad quos inquilinus accesserat. Himeram thermis nobilem fuisse satis constat.

natalis in alienum mutatio, iter ad gloriam tibi stravit. Nisi enim seditio inter tuos cives orta, te patriâ Cnosso expulisset, patrios intra muros, cognitosque lares, cum illis obscurum prælium commisisses, more galli gallinacei, qui suo in sterquilinio fortiter, at sine gloriâ, pugnat; nec jam, decurso dolicho, gloriosam hoc certamine victoriam reportâsses; sed honos quem ex pedum velocitate consecutus es, marcidus tibi iisset. Jam verò, fugâ tuâ spe meliorem eventum sortitâ, vicisti et coronatus es in Olympiâ, bisque alibi, nimirum in Pythone et Isthmo, utroque in loco semel. Unde Himeram, ad quam sitæ sunt thermæ, quas Minerva Herculi, boves Geryonis per Siciliam agenti, scaturire fecit, ut fessas longo itinere vires, in iis lotus, recolligeret, illâ multiplici victoriâ extollis; dum eo in solo, tanquam patrio proprioque, versaris.

ΟΛΥΜΠΙΑ.

Εἶδος ιγ'.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΙ ΚΟΡΙΝΘΙΩ,

Σταδιοδρόμῳ καὶ Πεντάθλῳ.

ARGUMENTUM.

Xenophontis victoris laudem cum patriæ, Corinthi, laudibus conjungit. A Corinthi laudibus initium facit—39. Inde Xenophontis victorias enumerat—68. Redit hinc ad Corinthum, et ex ejus originibus narrat fabulam de Pegaso a Bellerophonte domito; subjungit v. 133. laudes tribulium Oligæthidarum et bona vota.

Σ. α'. Κ. ια'.

ΤΡΙΣΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΝ ἐπαινέων
Οἶκον, ἅμερον ἀστοῖς,
Ξένοισι δὲ θεράποντα, γνώσομαι
Τὰν ὀλβίαν Κόρινθον, Ἰσθμίου
Πρόθυρον Ποσειδᾶνος, ἀγλαόκουρον.
Ἐν τᾷ γὰρ Εὐνομία ναίει, κασίγνη-
ταί τε, βάθρον πολίων,
Ἀσφαλὴς Δίκα, καὶ ὁμό-
τροπος Εἰράνα, ταμίαι
Ἀνδράσι πλούτου, χρύσεαι
Παῖδες εὐβούλου Θέμιτος,

NOTÆ HEYNIANÆ;

INTERPOSITIS QUIBUSDAM BENEDICTINIS.

3. θεραπεύοντα τοὺς ξένους, φιλόξενον γνώσομαι, *celebrabo*: v. ad Ol. VI. 151.

5. *Eunomia*, *Dice*, *Irene*, Hesiodo Horæ, Themidis filiæ, Θ. 901, 2, 3. Eæ, v. 9. ταμίαι, ab ἡ ταμία. *Horis* rerum copia tribuitur quoque apud Theocritum et alios: vid. Valken. ad Theocrit. p. 394. Reprehendi potest in poëtâ, quod, cum δίκην deam fecisset cum εὐνομίᾳ, nunc eædem appellantur βάθρον πολίων, quod abstractis conveniebat, non personis. ὁμότροπος h. l. concors.

PARAPHRASIS BENEDICTINA.

STROPHE I. 1—11.

CUM suscipiam laudare Xenophontis domum, erga cives benignam, erga peregrinos hospitalem, quæ tres in Olympiâ victorias obtinuit, (siquidem Thessalus pater cursu pedum, Xenophon filius cursu in stadio, et quinquertio, vicerunt,) eâdem operâ celebrabo Corinthum, felici opulentiâ, florentibusque juvenibus claram, Peloponnesi vestibulum, quà in Peninsulam est aditus, ubi templum habet Neptunus, ab Isthmo, Isthmiisque ei sacris, dictus Isthmiacus, in quâ hujusmodi est reipublicæ constitutio, ut firmis civitatum fundamentis, videlicet bonis legibus, justitiæ et paci, innitatur, sororibus eâdem matre Themide, bona consilia suggerente, prognatis; quæ divitias suppeditant,

A. α'. K. ια'.

Ἐθέλοντι δ' ἀλεξεῖν Ὕβριν, Κόρου
Ματέρα θρασύμυθον.
Ἔχω καλά τε φράσαι, τόλμα τέ μοι
Εὐθεῖα γλῶσσαν ὀρνύει λέγειν.
Ἄμαχον δὲ κρύψαι τὸ συγγενὲς ἦθος.
Ὕμμιν δὲ, παῖδες Ἀλάτα, πολλὰ μὲν νι-
καφόρον ἀγλαΐαν
Ὤπασάν γ' ἄκραις ἀρεταῖς

12. *ἐθέλοντι δ' ἀλεξεῖν Ὕβριν.* Erant hæc jungenda cum superioribus: *ναίοισι καὶ ἐθέλοντι.* Otiosa vox esse videtur *ἐθέλοντι.* Unus e grammaticis optativè accipit. Aliquoties hòc verbo utitur poëta periphrasticè, ut tamen *τοῦ paratum esse, cupere, studere,* locum teneat. Pyth. I. 121. *θέλοντι δὲ— αἰὲν μένειν τεθμοῖσιν ἐν Αἰγιμιοῦ.* Sic Nem. VIII. 17. item VII. 132. ubi per *μέλλω* reddi potest: quemadmodum etiam Ne. XI. 51. Unde et *θέλων* et *ἐθέλων, propitius.* Sic Ol. VII. 36. *ἐθελήσω τοῖσιν—διορθῶσαι λόγον* quod aliàs esset, *ὡς ἐθέλων διορθώσω.* XI. 9. *ἐθελήσω, propositum mihi est;* ut et *ἐθέλω* Isthm. I. 20. Py. IX. 1. Ol. XI. 9. Porrò, *Ὕβριν Κόρου ματέρα* dixit, ut in Oraculo Bacidis, ap. Herod. VIII. 77. *κρατερὸν Κόρον, Ὕβριος υἱόν.* ubi vid. Wessel. Scilicet utrumque recte se habet: *Κόρος Ὕβριν,* et *Ὕβρις Κόρον* procreare potest. E copiis rerum natum *fastidium* animum ad *insolentiam* et *injuriam* aliorum adducit; et *insolentia,* arrogantia, facit, ut copias nostras et fortunas *fastidiamus,* alienaque appetamus. Multas autem civitates Ὕβρις perdiderat. *Ὕβρις καὶ Μάγνητας ἀπώλεσε—* Theogn. 1098.

16. *Ἄμαχον δὲ*— Ad seqq. traho, adeòque ad Corinthios: *qui non κρύψαι, exuere possunt generosam indolem.* Ait: *Ἔχω*—habere se multa alia in Corinthiorum laudem, nec sibi deesse vim et animum ad ea eloquenda. (Sententia eadem Ol. VI. 140. IX. 122.) Nec posteros defecisse a virtute majorum, *οὐ δύνανται κρύψαι τὸ ἔμφυτον ἦθος.* Hoc universe extulit per sententiam.

17. *παῖδες Ἀλάτα* sunt ipsi Corinthii; Aletes Heraclidarum dux Corinthum occupaverat; cujus posteri per c annos usque ad Bacchidem regnârunt: Pausan. II. 4. Conf. Vellei. I. 4. 3. et ibi Ruhnken. add. Schol. ad h. l. *Ὕμμιν ἄπασαν—ἐνέβαλον Ὧραι.* Primo *Horæ* pro tempore; tum tribuitur tempori, quod in tempore factum est. *Diversis temporibus inventa sunt antiquitùs multa a Corinthiis.* Ea per exempla declarat. Verùm poëta hæc ita extulit, ut hariolo in iis opus sit, non interprete.

Antistrophe I. 12—22.

et quarum hic est scopus, ut propulsent injuriam quam mali homines dictis factisque audacibus inferre solent, quum opulentiâ turgescunt, aut, aliâ re quâpiam potiores, insolescunt. Habeo res præclaras de Corinthiis narrandas, quas ut linguâ efferam, honesta mei animi audacia me impellit; ita ut, cùm nemini possibile sit proprium ingenium occultare, abstinere non possim quominus res præstabiles commendem. Vobis, O Corinthii, filii Aletæ regis, qui in Peloponnesum cum Heraclidis, Heraclides ipse, eorum dux, immigrando, Corinthi imperium obtinuit, horæ vernantes vario subinde

Ὑπερελθόντων ἱεροῖς
Ἐν ἀέθλοισιν, πολλὰ δ' ἐν
Καρδίαις ἀνδρῶν ἔβαλον

E. α'. K. ια'.

Ὧραι πολυάνθεμοι ἀρ-
χαῖα σοφίσμαθ'. ἅπαν δ' εὑρόντος ἔργον.
Ταὶ Διωνύσου πόθεν ἐξέφανεν
Σὺν βοηλάτᾳ Χάριτες
Διθυράμβῳ; τίς γὰρ ἱππεί-
οις ἐν ἔντεσσιν μέτρα,
Ἢ θεῶν ναοῖσιν οἰω-

[21. πολλὰ, &c. Prosâ sic declares hanc sententiam; *πολλάκις μὲν αἱ ὧραι, αἱ πολυειδῆ ἄνθη προτείνουσαι, πάρεσχον ὑμῖν, ὦ Κορίνθιοι, τὴν ἀπὸ τῶν νικῶν λαμπρότητα τῶν ἀριστευσάντων δι' ἐξόχων ἀνδραγαθιῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀγῶσι.* BEN.]

24. *τοῦ εὑρόντος.* Scilicet alii inventis facilè addere possunt. *σοφίσματα, inventa,* ut apud Æschyl. Prom. 469.

25—27. *Invenerunt illi Dithyrambum.* *Χάριτες Διωνύσου* vix esse possunt nisi *carmina, hymni, σὺν Διθυράμβῳ βοηλάτᾳ, cum choro.* *βοηλάτης* et a *βοὴ* et a *βοῦς* ductus esse potest; præmium victoris bos. Cf. Bentl. in Phalar. p. 170.

27, 8. *τίς γὰρ ἱππείοις ἐν ἔντεσσιν μέτρα ἔθηκε;* Manifesta res: invenisse Corinthios artem equorum domandorum; verba perplexa. Ex Schol. nil proficias: mira Didymi sententia proponitur, qui ad rotam figulinam hoc traxit. Multis olim tentatis simplicissima esse arbitror hæc: *ἔντεα ἵππεια,* dicta pro *ἔντεα ἵππων,* ut inf. Nem. IX. 51, 52. *ὅμιλος χαλκέοις ὅπλοισιν ἱππείοις σὺν ἔντεσιν,* ubi est agmen *ὁπλιτῶν καὶ ἱππέων,* sunt ea haud dubiè *frenum,* quo equus regitur. Jam quid *μέτρον* aliud esse potest, quam ipsum *moderamen.* *τιθέναι* est, *constituere, invenire.* *μέτρα ἐν ἔντεσι,* h. *σὺν,* pro *διὰ ἐντέων,* sunt *moderamen per frenos,* ut adeò sit: *quis constituit,* h. e. invenit, *moderamen equorum ope frenorum? τίς ἔθηκε μέτρα διὰ ἐντέων ἱππείων;* Ex vulgari ratione epitheton ad *μέτρα* erat revocandum, *μέτρα ἵππεια,* pro, *μέτρα ἵππων.* *μέτρον* autem de cursu moderando eodem prorsùs modo dictum habes ap. Æschyl. Choeph. 794, 5. *Ἴδε* (Pauw emend. *ἴσχε*) *δ' ἀνδρὸς φίλου πῶλον* (Orestem) *εὖνιν ζυγέντ' ἐν ἅρματι πημάτων, ἐν δρόμῳ προστιθεὶς μέτρον.* Ubi *μέτρον ἐν δρόμῳ προστιθέναι* est, *moderari cursum.*

29—31. *ἢ* (*τίς*) *θεῶν ναοῖσιν οἰωνῶν βασιλῆα*

tempore splendorem præbuerunt ob victorias, quibus plerique vestrorum civium sacris in certaminibus potiti sunt.

EPOD. I. 23—33.

Quinetiam virorum vestrorum mentibus solertia inventa ab initio inspirârunt; quorum auctores meritò dicantur, cùm omne inventum sui sit inventoris. Unde, nisi hinc, profecta est dithyrambi inventio? quod genus est saltationis in honorem Bacchi, pro quâ sacer illi bos, saltatoris erat præmium. Quis alius equestrium instrumentorum, fræni nimirum et currûs, symmetriam commentus est? Quis Deorum templis prior *ἀετώματα* utrâque

νῶν βασιλῆα δίδυ-
μον ἔθηκ'; ἐν δὲ Μοῖσ' ἁδύπνοος,
Ἐν δ' Ἄρης ἀνθεῖ νέων
Οὐλίαις αἰχμαῖσιν ἀνδρῶν.

Σ. β'. Κ. ια'.

Ὕπατ', εὐρὺ ἀνάσσων Ὀλυμπίας,
Ἀφθόνατος ἔπεσσιν
Γένοιο, χρόνον ἅπαντα, Ζεῦ πάτερ,
Καὶ τόνδε λαὸν ἀβλαβῆ νέμων,
Ξενοφῶντος εὔθυνε δαίμονος οὖρον·
Δέξαι δέ οἱ στεφάνων ἐγκώμιον τε-
θμὸν, τὸν ἄγει πεδίων
Ἐκ Πίσας, πεντάθλῳ ἅμα

δίδυμον ἔθηκε. Strepitum hunc verborum et tumorem nolim excusare, nec tamen tam absurdè locutus esse videri debet, ut vocabulum tropicum ornaret per ea, quæ in rem proprio nomine dictam cadant: ἀετὸς, ἀέτωμα, fastigium est triangulare in fronte et in postico templi. Verùm ab initio aut aquila pro fastigio fuit, quod Winckelmannus suspicabatur; aut, quod probabiliùs, in tympano, quod speciem Delta habet, h. in areâ fastigii, (quæ anaglypha summæ artis interdum habuit, v.c. in Parthenone, v. Paus. i. 24. p. 57. in templo Delphico, x. 19. p. 842.) fuit ab initio aquila expressa. Ita sentiebat Visconti V.C. in Museo Pio Clem. tom. iv. p. 7. Sententia adeò est: *quis invenit aquilam in templorum fastigiis in fronte et in postico sculptam?* In templo Delphico duæ erant aquilæ aureæ, ut inf. Py. IV. 6.; an verò in templi fronte, non reperio.

35. ἀφθόνατος ἔπεσσιν γένοιο, *propitius sis precibus;* at χρόνον ἅπαντα potiùs ad seqq. spectant; itaque post γένοιο interpunxi.

38. καὶ εὔθυνε τὸν οὖρον τῆ δαίμονος τοῦ Ξενοφῶντος, *fortunam*, ut gubernator ventum secundum velis. Et *propitius adspice* κῶμον.

39. τεθμὸν ἐγκώμιον reddit ὕμνον Schol. Malim ipsum κῶμον, pompam victoris, quia τὸν ἄγει πεδίων ἐκ Πίσας adjecit.

ex parte apposuit? Hîc quoque studium Musices et literarum floret, floret et bellorum; ut quum præstantissimos poëtas, Eumolpum et Æsonem, habuerunt; et quum strenua illorum juventus Græcos ad Salaminem, ad Platæas, ad Thermopylas fortiter contra Persas defendit.

Strophe II. 34—44.

O summe Deorum Jupiter pater, qui in Olympiâ potenter regnas, esto favens per omne tempus laudatoriis versibus, quibus Corinthiacum populum prosequor; cui velim ut inoffensam felicitatem largiaris; simulque secundâ fortunæ aurâ Xenophonti aspires. Accipe etiam æquo animo encomiasticum hoc carmen, quod ille, ut lege sancitum est Olympionicas carmîne laudare,

Σταδίου νικῶν δρόμον· οὐκ
Ἀντεβόλησεν τῶν ἀνὴρ
Θνατὸς οὔπω τις πρότερον.

A. β΄. K. ια΄.

Δύο δ' αὐτὸν ἔρεψαν πλόκοι σελί-
νων ἐν Ἰσθμιάδεσσιν
Φανέντα. Νεμέα τ' οὐκ ἀντιξοεῖ.
Πατρὸς δὲ Θεσσαλοῦ ἐπ' Ἀλφεοῦ
Ῥεέθροισιν αἴγλα ποδῶν ἀνάκειται.
Πυθοῖ τ' ἔχει σταδίου τιμὰν διαύλου
Θ', ἁλίῳ ἀμφ' ἑνί. μη-
νός τέ οἱ τωὐτοῦ κρανααῖς
Ἐν Ἀθάναισι τρία μὰν
Ἔργα ποδαρκὴς ἁμέρα
Θῆκε κάλλιστ' ἀμφὶ κόμαις.

48, sqq. ad patrem, Thessalum, victoriis multis insignem, spectant.

[51. ἁλίῳ ἀμφ' ἑνὶ, metonymicè loquitur pro, ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ. sic Virg. Æn. III. *Tres adeò incertos cæcâ caligine soles erramus pelago.* BEN.]

54. ἁμέρα ποδαρκὴς, communi temporis et dierum epitheto, *velox dies*; ut *dies longa, brevis, tarda, celeris,* poëtis pro consilio dicitur. Dies igitur κατὰ τῶ αὐτῶ μηνὸς ἀμφέθηκε κόμαις τρία κάλλιστα ἔργα, h. e. στεφάνους. Uno eodemque mense tres victorias est consequutus Athenis; diversis fortè cursus generibus; Schol. memorat στάδιον, δίαυλον, ὁπλιτικὸν δρόμον.

pro coronis reportat, quas unâ et eâdem Olympiade, stadio feliciter decurso, et superato quinquertio, est adeptus; qui successus post hominum memoriam nulli mortalium obtigit.

ANTISTROPHE II. 45—55.

Nec solùm in Olympiâ vicit; sed bis etiam apio complicato, pro decertatis Isthmiis, est coronatus; necnon in Nemeâ rem feliciter gessit. Quinetiam pater ejus Thessalus, ad Alphei fluvium in Olympiâ, pedum celeritate conspicuus evasit; et uno die stadium, et diaulum in Pythiis cum honore decurrit. Eodem quoque mense apud asperas Athenas dies, celeri pede decurrens, caput ipsius cinxit coronis ob triplicem pulcherrimam triplici certamine victoriam, stadio, diaulo, et armato cursu.

E. β′. K. ια′.

Ἑλλώτια δ᾽ ἑπτάκις. ἐν
Δ᾽ ἀμφιάλοισι Ποσειδᾶνος τεθμοῖσιν
Πτοιοδώρῳ σὺν πατρὶ μακρότεραι
Τέρψιες θ᾽ ἕψοντ᾽ ἐρίτι-
μοί τ᾽ ἀοιδαί. ὅσσα τ᾽ ἐν Δελ-
φοῖσιν ἀριστεύσατε,
Ἠδὲ χόρτοις ἐν λέοντος.
Δηρίομαι πολέσιν
Περὶ πλήθει καλῶν. ὡς μὰν σαφὲς
Οὐκ ἂν εἰδείην λέγειν
Ποντιᾶν ψάφων ἀριθμόν.

56. (καὶ) Ἑλλώτια (Corinthi in Minervæ Hellotidis honorem habitis ludis) ἑπτάκις universè dictum esse debet: ἐνίκησε, quod elici potest ex ἔργα τ. ἁμέρα θῆκε κάλλιστα ἀμφὶ κόμαις ἑπτάκις, septenas victorias omninò abstulit, diversis scil. temporibus.

57—60. *Isthmiis autem Thessalus simul cum patre clariores etiam victorias abstulit.* Solet autem victoria declarari per decus et lætam jucundamque recordationem per totam vitam; tunc: τέρψιες et ἀοιδαὶ ἕψονται, *aderunt ei et patri ex* victoriâ *in* τεθμοῖς Ποσειδᾶνος, *solenni Isthmio.*

60—62. *Quot victorias in Pythiis et Nemeis reportâstis!* Convertitur oratio ad omnes quos memoraverat, Xenophontis patrem et avum cum ipso Xenophonte.

63. Δηρίομαι πολέσιν περὶ πλήθει καλῶν, *provoco multos alios ad contendendum cum iis de numero decorum.*

64. ὡς μὰν—pro vulgari: *quorum decorum tantus est numerus, ut non magis eum, quam arenarum, enumerare possim.* Similia Ol. II. extr. ὡς οὐκ ἂν εἰδείην, *ita ut nequeam.* Potest etiam per exclamationem efferri.

EPOD. II. 56—66.

Vicit etiam septies Hellotia, in gratiam Eurytiones et Hellotidis sororum virginum, monitu Minervæ instituta, ut expiaretur earum mors in suo templo crematarum. In Isthmiis præterea, quæ in Isthmo Corinthiaco, mari undique circumdato, ubi colitur Neptunus, ritè celebrantur, majora ipsum oblectamenta, et perquam honorifica carmina cum Ptœodoro patre sequuntur, Xenophontis avo. Quàm sæpè etiam Delphis Pythia, et in Nemeâ sylvâ, ubi leo ille grassabatur, Nemea, strenuè vicistis, O Thessale et Xenophon! Libens contendam solus adversum multos, innumerum esse numerum præclarè gestarum a vobis rerum; ita ut, quemadmodum arenam numerare, sic vestras virtutes recensere, non possim.

Σ. γ'. Κ. ια'.

Ἕπεται δ' ἐν ἑκάστῳ μέτρον· νοῆ-
σαι δὲ καιρὸς ἄριστος.
Ἐγὼ δὲ ἴδιος ἐν κοινῷ σταλεὶς
Μῆτίν τε γαρύων παλαιγόνων
Πόλεμόν τ' ἐν ἡρωΐαις ἀρεταῖσιν
Οὐ ψεύσομ' ἀμφὶ Κορίνθῳ. Σίσυφον μὲν
Πυκνότατον παλάμαις,
Ὡς θεόν· καὶ τὰν πατρὸς ἀν-
τία Μήδειαν θεμέναν
Τὸν γάμον αὐτᾷ, ναΐ σώ-
τειραν Ἀργοῖ καὶ προπόλοις.

67, sqq. Revocat se ab ulteriore commemoratione laudum victoris; et transit ad publicas Corinthiorum laudes. *Enimvero temperandum mihi est laudibus victorum celebrandis; præstat Corinthiorum laudes prosequi, quas cum victoris laude conjunctas esse velim.* ἕπεται δ' (ἐστὶν) ἐν ἑκάστῳ μέτρον. νοῆσαι δὲ καιρὸς ἄριστος, pro, ἄριστον δέ (h. ἀγαθόν) ἐστι, νοῆσαι τὸν καιρὸν, τὸ εὔκαιρον, quod cuique rei, loco, et tempori conveniat; quod inf. Py. IX. 135. ὁ δὲ καιρὸς ὁμοίως παντὸς ἔχει κορυφάν.

69. Junctura verborum: ἐγὼ, ἴδιος σταλεὶς, οὐ ψεύσομαι γαρύων ἐν κοινῷ ἀμφὶ Κορίνθῳ μῆτίν τε παλαιγόνων, πόλεμόν τε ἐν ἡρωΐαις ἀρεταῖσιν. In his σταλεὶς non est, *missus*, sed a navigatione petitum est, *in altum evectus:* dicitque hoc poëta *de laudibus*, quibus commemorandis indulget, *cum tanquam plenis velis per altum fertur:* Pyth. II. 113, εὐανθέα δ' ἀναβάσομαι στόλον ἀμφ' ἀρετᾷ κελαδέων, *navem conscendam, in altum evehar,* ἴδιος σταλεὶς, *privatâ navi evectus,* privato consilio, *ad privatas laudes celebrandas ingressus:* ut Nem. VI. 55. *Bassidarum tribus,* ἴδια ναυστολέοντες ἐγκώμια, *proprias habent laudes.* γαρύων ἐν κοινῷ (κοινῶς), *communicatâ cum Corinthiis laude, publicè,* μῆτίν τε παλαιγόνων πόλεμόν τε ἐν (σὺν) ἡρωΐαις ἀρεταῖσιν, τὸν σὺν ἀρετῇ γινόμενον, h. ἀρετὴν ἐν πολέμοις. γαρύων οὐ ψεύσομαι, h. e. οὐ ψευδῆ γηρύσω. Σίσυφον sc. γεγονέναι et τὴν Μήδειαν—γεγονέναι σώτειραν.

73. Sisyphus Corinthius, fraudibus inclytus, h. e. sagacitate in excogitandis rebus. σοφίαν ei tribuit Theognis, 702.

75. Medeam *parantem sibi nuptias,* maritum, ἀντίον πατρὸς, παρὰ γνώμην πατρός.

77. πρόπολοι sunt ἐρέται, adeòque ipsi heroës Argonautæ.

Strophe III. 67—77.

Sed mediocritas quâlibet in re, proinde etiam in laude, servanda est, ejusque opportunum usum nosse, magni est momenti. Porrò ego, non ut alienus, sed ut ex vobis unus, O Corinthii, in communi missus, progenitorum vestrorum prudentiam, bellumque virtutibus heroïcis clarum ita dicam, ut nihil falsi de Corintho proponam. Ac Sisyphum quidem, artificiis instar Dei prudentissimum, memorabo, qui omnium hominum fuit astutissimus, ut quùm Autolyci præstigias callidè repulit. Medeam quoque, quæ, invito Æetâ patre, Jasoni nupsit; navemque Argo, ejusque vectores, Jasonis socios, quos Æetas perdere volebat, suâ prudentiâ servavit, et a morte liberavit.

A. γ'. K. ια'.

Τὰ δὲ καί ποτ' ἐν ἀλκᾷ πρὸ Δαρδάνου
Τειχέων ἐδόκησαν
Ἐπ' ἀμφότερα μαχᾶν τέμνειν τέλος·
Τοὶ μὲν, γένει φίλῳ σὺν Ἀτρέως,
Ἑλέναν κομίζοντες· οἵ δ' ἀπὸ πάμπαν
Εἴργοντες. ἐκ Λυκίας δὲ Γλαῦκον ἐλθόν-
τα τρόμεον Δαναοί.
Τοῖσι μὰν ἐξεύχετ', ἐν ἄ-
στεϊ Πειράνας σφετέρου
Μὲν πατρὸς ἀρχὰν καὶ βαθὺν
Κλᾶρον ἔμμεν καὶ μέγαρον,

E. γ'. K. ια'.

Ὃς τᾶς ὀφιώδεος υἱ-
όν ποτε Γοργόνος, ἦ πόλλ', ἀμφὶ κρουνοῖς
Πάγασον ζεῦξαι ποθέων, ἔπαθεν,

78. τὰ δὲ πρὸ Δαρδάνου τειχέων, h. κατὰ τὰ, *quod attinet ad res Trojanas*, in bello ad Trojam gesto (cf. var. lect.), *in existimatione fuere*, habiti sunt, *ab utrâque parte*, in utroque exercitu, *momentum pugnarum afferre virtute suâ* (ἐν ἀλκᾷ pro, δι' ἀλκῆς, ἀλκῇ).

82. κομίζοντες, de conatu, *repetentes*. Erant autem Corinthii annumerati Myoenæis, Il. B. 569. Cf. Paus. II. 4.

85. (ἐν) τοῖσι μὰν—respicit Il. Z. 152, sq.

87. σφετέρου πατρὸς—δς latiùs de avo: nam Glaucus erat Hippolochi f. Bellerophontis nepos: ibid. Il. Z. 197—206.

ANTISTROPHE III. 78—88.

Quòd verò ad fortitudinem bellicam attinet; quidam etiam ex majoribus vestris heroës, qui ad Trojam militârunt, utrâque ex parte in præliis strenuè se gesserunt; quorum alii, Euchenore duce, Helenam a Paride raptam, cum Agamemnone et Menelao, Atrei filiis, repetebant: alii, Trojam defendentes, istis obsistebant, duce Glauco, qui cum Lyciis Ilium profectus, timendum se præbuit Danaïs, apud quos, a Diomede de generis origine interrogatus, gloriabatur Corinthi, ubi est fons Pirene, extare præclaram domum, ingentemque hæreditatem, avitumque avi Bellerophontis imperium:

EPOD. III. 89—99.

Qui multum laboris diù olim pertulit, quum Medusæ Gorgonis, cujus caput scatebat serpentibus, filium Pegasum equum, ex sanguine illius a

Πρίν γέ οἱ χρυσάμπυκα κού-
ρα χαλινὸν Παλλὰς ἤνεγ-
κ'· ἐξ ὀνείρου δ' αὐτίκα
Ἦν ὕπαρ· φώνασε δ'· εὕδεις,
Αἰολίδα βασιλεῦ;
Ἄγε φίλτρον τόδ' ἵππειον δέκευ,
Καὶ Δαμαίῳ μιν, θύων
Ταῦρον ἀργὸν, πατρὶ δεῖξον.

Σ. δ'. Κ. ια'.

Κυαναιγὶς ἐν ὄρφνᾳ κνώσσοντί οἱ
Παρθένος τόσα εἰπεῖν
Ἔδοξεν. ἀνὰ δ' ἔπαλτ' ὀρθῷ ποδί.
Παρκείμενον δὲ συλλαβὼν τέρας,
Ἐπιχώριον μάντιν ἄσμενος εὗρεν,

94, 5. ἐξ ὀνείρου δ' ἦν ὕπαρ, *ex somno statim evigilavit.* ὕπαρ est *visum vigilanti oblatum,* ὄναρ, *per somnum :* ut ex notis locis Odyss. T. 547. Υ. 90. constat. Jam h. l. *id quod somniabat, mox erat res vera.* Interposita hæc (ἐξ ὀνείρου δ' αὐτίκα ἦν ὕπαρ) a poëtâ per parenthesin. φώνασε δ' scil. ἡ θεά. Omninò narravit ut lyricus. Verus ordo rerum hic erat: Polyidum vatem consuluerat Bellerophon super Pegaso domando; ejus jussu in templum Minervæ incubatum venit; cum fræno inde redux ad vatem, didicit, quæ curanda essent, etiam ex monito deæ. Erat autem Corinthi ξόανον καὶ ἱερὸν Ἀθηνᾶς Χαλινίτιδος. vid. Pausan. II. 4.

[ἐξ ὀνείρου, &c. Modus quo Pallas Bellerophontem convenit, nempe per insomnium. ὄνειρος, idem quod ὄναρ, manifestè distinguitur ab ὕπαρ; ut Homer. Odyss. T. οὐκ ὄναρ, ἀλλ' ὕπαρ ἐσθλὸν, ὅ τοι τετελεσμένον ἔσται. Ben.]

97. φίλτρον dixit *frænum,* [illegible], quo domantur, adeòque mitigantur, equi. Δαμαίῳ πατρὶ, nam ipse Bellerophon habitus est Neptuni et Eurynomes f. ταῦρον ἀργὸν, non candidum; nam Neptuno niger taurus mactabatur; sed εὐθαλῆ, pinguem.

99. δεῖξον accipio de ritu offerendi et consecrandi.

Perseo truncatæ natum, Corinthi sibi subjicere cuperet, antequam frænum aureum a virgine Pallade accepisset, sibi veraci visione oblatum ex somno excitato, hisque verbis ab illâ compellato. "Dormisne, Æoli proles rex Bellerophon? Age, hoc frænum accipe, quo indomitum equum delinias, tibique subjicias: idque vero tuo patri, Neptuno equorum domitori, taurum obesitate tardum sacrificans, ostendito."

Strophe IV. 100—110.

Hæc illi, per noctem dormienti, dicere visa est, incorruptæ virginitatis, et nigro horrificoque scuto formidabilis, Minerva. Tum ille rectus in pedes surrexit, arreptoque fræno, quod mirabili casu adjacebat, vatem Polyidum,

Δεῖξέ τε Κοιρανίδᾳ πᾶσαν τελευτὰν
Πράγματος, ὥς τ' ἀνὰ βω-
μῷ θεᾶς κοιτάξατο νύ-
κτ', ἀπ' ἐκείνου χρήσιος· ὅπ-
πως τέ οἱ αὐτὰ Ζηνὸς ἐγ-
χεικεραύνου παῖς ἔπορεν

A. δ'. K. ια'.

Δαμασίφρονα χρυσόν. ἐνυπνίῳ
Δ' ὡς τάχιστα πιθέσθαι
Κελήσατό μιν.· ὅταν δ' εὐρυσθενεῖ
Καρταίποδ' αὖ ἐρύῃ Γαιαόχῳ, [114. ἀνιερύῃ, i.e. σφάζῃ, θύῃ. Ed. Ben. αὐερύῃ, ab αὐερύω, *Dam. Lex.*
Θέμεν Ἱππείᾳ βωμὸν εὐθὺς Ἀθάνᾳ.
Πληροῖ δὲ θεῶν δύναμις καὶ τὰν παρ' ὅρκον
Καὶ παρὰ ἐλπίδα κού-

108. ἀπ' ἐκείνου χρήσιος· μετὰ τὸν χρηματισμὸν ἐκείνου, μετὰ τὸ τὸν Πολύιδον χρᾶν, μαντεύεσθαι. Mox, 111. δαμασίφρονα lyricè dixit χαλινόν.

114. καρταίποδα h. ταῦρον σφάξαι. Jubet Polyidus, sacro Neptuno facto, aram Minervæ exstruere: sc. Χαλινίτιδι, Paus. II. 4.

116. δύναμις θεῶν πληροῖ κτίσιν (ἀπὸ τοῦ κτίζειν, pro πράσσειν) h. e. δύνανται θεοὶ τελεῖν πρᾶγμα. tum παρ' ὅρκον καὶ παρ' ἐλπίδα, declarat rem, *quæ eventum habet præter spem*, h. e. *contra quam sperasses et jurasses, eam eventuram esse.* κούφαν κτίσιν malim jungere, ut sit, *res facili successu.* Nam etsi ἐλπὶς κούφη per se benè dicatur, non tamen video, quem commodum sensum h. l. fundat; at si priùs teneas, videtur locus sic constitui posse: *ad eventum adducere valent dii etiam rem præter opinionem facilem*, h. e. ita ut sit facilis. Mox, 120, φάρμακον, *frænum*, quod v. 97. erat φίλτρον. In re magicâ, sunt synonyma. Et 123, 4. σὺν ἐκείνῳ, Pegaso insidens. ἐνόπλια χαλκωθεὶς, h. ἐνπλισθεὶς χαλκῷ. Præstat puto ἐνόπλια ἔπαιζεν, *bellico more.* Apud Callim. in Del. 183. clypeus, hastâ percussus, ἐλέλιξεν ἐνόπλιον, *ut fit in pugnâ.*

Cœrani filium, sedulò quæsivit, et lubens invenit, cui rem totam, ut acciderat, declaravit; utque ejus consilio, noctu in Deæ templo dormiverat; utque illa Jovis, fulmine tanquam hastâ utentis, filia dederat pretiosum auroque insigne frænum,

ANTISTROPHE IV. 111—121.

quo equi ferocem animum perdomaret. Tum vates jussit, ut, sublatâ omni morâ, ea præstaret, quorum in somnis a Minervâ monitus fuerat; ac primùm Neptuno, qui latissimum et potentissimum maris terram ambientis imperium tenet, firmum pedibus bovem mactaret; deinde equestri Minervæ aram et templum ilicò strueret. Quibus peractis, rem antè impossibilem,

φαν κτίσιν γ'. ἦ τοι καὶ ὁ καρ-
τερὸς ὁρμαίνων ἕλαβεν
Βελλεροφόντας, φάρμακον
Πραῢ τείνων ἀμφὶ γένυ,

E. δ'. K. ια'.

Ἵππον πτερόεντ'. ἀναβὰς
Δ' εὐθὺς ἐνόπλια χαλκωθεὶς ἔπαιζεν.
Σὺν δ' ἐκείνῳ καί ποτ' Ἀμαζονίδων
Αἰθέρος ψυχρᾶς ἀπὸ κόλ-
πων ἐρήμου τοξόταν βάλ-
λων γυναικεῖον στρατὸν,
Καὶ Χίμαιραν πῦρ πνέοισαν,
Καὶ Σολύμους ἔπεφνεν.
Διασιγάσομαι αὐτῷ μόρον.

[125. ψυχρᾶς, &c. Sic construenda hæc verba, ἀπὸ κόλπων αἰθέρος ψυχρᾶς καὶ ἐρήμου. Sinus ætheris metaphoricè dixit τὰ κοιλώματα; frigidum aërem, ob cœli inclementiam sub quo vivunt Amazones. Nam frigidissimos tractus ad boream, et solitudines Scythicas, montesque Hyperboreos flexuosos incoluerunt. BEN.]

130. Etiam Homerus reticescit novissima Bellerophontis fata, Il. Z. 200, seq. Pegaso excussum Bellerophontem, cum in cœlum contenderet, innuit infra, Isthm. VII. 63. sq. add. Horat. IV. 11. 26. At Pegasus receptus in Olympum: etiam Hesiod. Θ. 284, sq. ubi etiam Jovis fulmina gerit. Itaque h. l. *præsepe* ejus in Olympo. non de sidere cogitandum; quod est præsepe *Asellorum* juxta Cancrum: Arat. Diss. 160, sq. Aliâ narratione inter sidera relatus *Pegasus*; Arat. 205, sq. Eratosth. c. 18. Hygin. P. A. II. 18.

adjutus ope divinâ, Bellerophon exegit. Ac sanè, quod quis juraret et desperaret fieri posse, id, divinæ potentiæ auxilio, facillimè perficitur. Quare fortis Bellerophon alacri animo alatum equum prehendit, et mandibulis inditum ori frænum circumposuit, hocque instrumento, tanquam mitigatorio pharmaco, ferociam illius compescuit.

EPOD. IV. 122—132.

Quo conscenso, æneis armis indutus sese exercuit, ut experiretur num ex eo armatus facilè pugnaret. Postea cum eo vicit muliebrem et sagittis valentem exercitum Amazonum, quæ frigidam Scythiam, desertumque et vacuum volucribus cœlum incolunt, Chimæram quoque, flammas spirans monstrum, Solymosque, inter Lyciam Pamphiliamque habitantes, interemit.

Τὸν δ' ἐν Οὐλύμπῳ φάτναι
Ζηνὸς ἀρχαῖαι δέκονται.

Σ. ε'. Κ. ια'.

Ἐμὲ δ', εὐθὺν ἀκόντων ἱέντα ῥόμ-
βον, παρὰ σκοπὸν οὐ χρὴ
Τὰ πολλὰ βέλεα καρτύνειν χεροῖν.
Μοίσαις γὰρ ἀγλαοθρόνοις ἑκὼν
Ὀλιγαιθίδαισίν τ' ἔβαν ἐπίκουρος
Ἰσθμοῖ, τὰ τ' ἐν Νεμέᾳ. Παύρῳ δ' ἔπει θή-
σω φανέρ' ἀθρό', ἀλα-
θής τέ μοι ἔξορκος ἐπέσ-
σεται· ἑξηκοντάκι γὰρ

[136. ἀγλαοθρόνοις ἴκων, pro εἴκων, *cedens*. Ed. Ben. apud Dam. etiam sub voc. εἴκω, *cedo*.]

133. *At mihi videndum est, ne digressione factâ evager.* Ne 135 in articulo τὰ hæreas, puta esse dictum pro, τὸ πλῆθος βελέων, ut sæpè, apud Homerum, πολλοὶ pro τὸ πλῆθος. καρτύνειν est pro solenni ἐρείδειν χερί. ut Apollon. Rh. II. 332. ἀλλ' εὖ καρτύναντες ἑαῖς ἐνὶ χερσὶν ἐρετμά. κρατύνειν pr. *vim addere, cum vi movere, regere*, nunc, *validè emittere tela.*

136. Nondum satis confido lectioni, quam habemus; nec satis placet, quod olim ipse junxeram Μοίσαις et Ὀλιγαιθίδαις ἐπίκουρος, ut ἐπίκουρος Μοίσαις alio sensu dictus sit, quam tribulibus: illarum quidem θεράπων, *famulus, sacerdos, vates*, his *patronus, laudator*. Nam sunt diversa. Potiùs sic, etsi durius, constituam: (σὺν) Μοίσαις ἔβαν ἑκὼν ἐπίκουρος Ὀλιγαιθίδαισι (κατὰ τὰ) Ἰσθμοῖ τε, τά τ' ἐν Νεμέᾳ (πραχθέντα), *venio etiam tribulibus victoris promtus laudator, patronus*, ut alias, *testis laudum*; pro simplici: *est mihi etiam tribulium victoris mentio facienda, qui Isthmiis et Nemeis sexagies victores fuere.* ἔβαν, ut XIV. 27, μόλον, pro ἔρχομαι.

Sed ejus fatum silentio præteribo. Equum autem ipsum, excusso domino, in cœlum translatum ferunt, et in antiqua Jovis præsepta receptum.

STROPHE V. 133—143.

Verùm enimvero jam mihi redeundum est ad propositum laudis argumentum, nec longiori digressione ad res alias quæ sese offerunt utenti, ab instituto encomio diutiùs deflectendum. Etenim excelsarum et præstabilium Musarum impulsui morem gerens, auxiliator adversus rerum præclarè gestarum oblivionem, veni Oligæthidis, familiæ Xenophontis, celebraturus illorum victórias quas in Nemeis et Isthmiis obtinuerunt. Paucis autem illas simul omnes comprehensas declarabo; et veraci jurejurando planè affirmabó, illos in Isthmiis triginta, totidemque, in Nemeis esse adeptos; ac

'Αμφοτέρωθέν γ' ἀδύγλωσ-
σος βοὰ κάρυκος ἐσλοῦ.

A. ε'. K. ια'.

Τὰ δ' Ὀλυμπίᾳ αὐτῶν ἔοικεν ἤ-
δη πάροιθε λελέχθαι.
Τά τ' ἐσσόμενα τότ' ἂν φαίην σαφές·
Νῦν δ' ἔλπομαι μέν. ἐν θεῷ γε μὰν
Τέλος. εἰ δὲ δαίμων γενέθλιος ἕρποι,
Διῒ τοῦτ' Ἐνυαλίῳ τ' ἐκδώσομεν πράσ-
σειν. τὰ δ' ἐπ' ὀφρυῒ Παρ-

143—149. Valdè concisè dicta sunt quæ sequuntur. βοὰ sc. ἐγένετο.

144. *Olympicæ Oligæthidarum victoriæ jam antea celebratæ sunt:* sive alio carmine, seu solius Xenophontis victoriæ Olympicæ fuere, supra, 41—48, memoratæ; et v. 1. τρὶς Ὀλυμπιονίκαν dixerat. Sequentia grammaticè non satis expedio. τότε substituendum erit ὅτι ἔσται. Debebat sequi: ὅτι δὲ δαίμων γενέθλιος ἕρπει. *Si porrò Fortuna, Genius natalis, adfuerit.* Exciditne structurâ poëta; an scripserat ille: εἴγε δαίμων, ut reliqua (νῦν δ' ἔλπομαι μὲν, ἐν θεῷ γε μὰν τέλος) in medio sint interjecta? Ut nunc verba sunt, reliqua sic expedio: νῦν δ' ἔλπομαι μὲν, *nunc saltem spero, me ea esse celebraturum.* ἐν θεῷ γε μὰν τέλος, *exitus utique est in dei manu.* Διῒ Ἐνυαλίῳ τε ἐκδώσομεν πράττειν τοῦτο, *Jovi et Marti hoc permittemus efficere.* Cur tamen Marti, non possum exputare: Mars enim cum ἀγῶσι nihil unquam commune habuit; nec veteres Grammatici expedire hoc potuere. Fuit fortè Mars præcipuo tribulium honore coli solitus. εἰ δαίμων γενέθλιος ἕρποι. quoniam ἕρπει, non ἕρπει, scriptum est, malo optativè dictum accipere, ut interpositum sit: *utinam fortuna quæ inde a natalibus adfuit Oligæthidis, Genius natalis, porrò adsit.* Fortè quoque scriptum fuit εἴθε, *utinam.* εἴθε δαίμων γενέθλιος ἕρποι! Διῒ—ἕρπειν, ἔρχεσθαι, *procedere.* Est autem δαίμων γενέθλιος, *ingenita virtus athletica,* ἀρετὴ συγγενὴς, εὐδοξία συγγενὴς, Nem. III. 70. πότμος συγγενὴς, Nem. IV. 68. V. 73, 4. Est hic δαίμων Ξενοφῶντος sup. v. 38. et δαιμόνιος εὔχαρ, Ol. IX. 164. Ad Oligæthidas autem omnia spectant, non ad unum Xenophontem.

proinde suavi præconis voce, victores in utroque certamine sexagies promulgatos.

ANTISTROPHE V. 144—154.

Jam verò ante diximus Olympicas eorum victorias, quum Xenophontis domum a principio ter Olympiorum victricem vocavimus. Futuras autem in posterum, carmine tum declarabo, quum ipsis obtigerint: spero enim fore, ut Olympia denuò vincant: sed hujus rei penes Deum est eventus. Quod si ad hoc certamen a suo genio posthac impellatur, hujus operis curam Jovi, cui est sacrum; et Marti, indigenæ Deo, quippe Œnomai fuit pater, committemus. Porrò, quàm multas Delphis, ad Parnassum, Pythiorum victorias reportavit; quàm multas Junoniorum et Hecatombæorum,

νασσία, ἀμφ' Ἄργει θ' ὅσ-
σα. καὶ ἐν Θήβαις. ὅσα τε
Ἀρκάσ' ἀνάσσων, μαρτυρή-
σει Λυκαίου βωμὸς ἄναξ,

Ε. ε'. Κ. ια'.

Πελλάνα τε, καὶ Σικυὼν,
Καὶ Μέγαρ', Αἰακιδᾶν τ' εὐερκὲς ἄλσος,
Ἅ τ' Ἐλευσὶς, καὶ λιπαρὰ Μαραθὼν,
Ταί θ' ὑπ' Αἴτνας ὑψιλόφου
Καλλίπλουτοι πόλιες, ἅ τ' Εὔ-
βοια. καὶ πᾶσαν κατὰ
Ἑλλάδ' εὑρήσεις ἐρευνῶν

153, 4. Lectio haud dubiè est corrupta. Primum ara, βωμὸς ἄναξ (ὄρους) Λυκαίου? tum ἄναξ ἀνάσσων! Equidem vitium natum suspicor e glossis quæ irrepserunt: fuerat pro ἀνάσσων, ἄνακτος μαρτυρήσει Λυκαίου βωμός: nam *Jupiter* est ἄναξ Λυκαῖος. Invasit locum vocis vèrsus ultimæ, quæ excidit, glossa ἄναξ. An repetitum fuit: ὅσα? Ita sic constitutus erit locus: ὅσα τε (malim ὅσα τ' ἐν) Ἀρκάσ'; ἄνακτος μαρτυρή- σει Λυκαίου βωμὸς, ὅσα· Πελλάνα τε καὶ Σ. ut pendeant sequentia a μαρτυρήσει. scil. *quot victoriæ fuerint*. Et sententia hæc: *Quot victoriæ fuerunt in Arcadiâ reportatæ ab Oligæthidis! Testis esto ara Jovis Lycæi, quàm multæ fuerint*: testantor certamina in Lycæis habita.

156. εὐερκὲς ἄλσος, simpl. *septus lucus*, quia ille tanquam locus sacer. Describitur τὸ Αἰάκειον a Pausaniâ, II. 29. περίβολος τετράγωνος λευκοῦ λίθου—τοῦ περιβόλου δὲ ἐντὸς ἐλαῖαι πεφύκασιν ἐκ παλαιοῦ. καὶ βωμός ἐστιν, οὐ πολὺ ἀνέχων ἐκ τῆς γῆς. ὡς δὲ καὶ μνῆμα οὗτος ὁ βωμὸς εἴη Αἰακοῦ λεγόμενον, ἔστιν ἐν ἀπορρήτῳ. De voce vid. Timæum Lexic. p.124. c. not. Ruhnk.

Argis; et Iölaorum, Heracleorumque, Thebis; quàm multas etiam Lycæorum in Arcadiâ, quod testabitur Lycæi Jovis ara regina, in quâ sacra fecit idcircò.

EPOD. V. 155—*ad fin.*

Præterea virtutis et strenuitatis ejus testis erit Pellene, ubi Theoxenia; Sicyon, ubi Pythia; Megara, ubi Dioclea; Ægina, ubi Æacea; Eleusis, ubi Demetria; Marathon, ubi Herculea; celebrantur. Testes quoque erunt Syracusæ, civitas ad excelsum montem Ætnam sita, et opulentissima; ubi Isthmia et Nemea, ad sacrorum illorum quinquennalium exemplar, aguntur. Testis etiam Eubœa, in quâ, ad Geræstum, Geræstia Neptuno, pro sedatâ tempestate, peraguntur. Quod si Græciam percurras, comperies eum res opinione majores et plures gessisse. Enimverò concede mihi Jupiter, ut,

Μάσσον', ἢ ὡς ἰδέμεν.
Ἀλλὰ κούφοισιν ἐκνεῦσαι ποσὶν,
Ζεῦ, τέλει, αἰδῶ διδοὺς
Καὶ τύχαν τερπνῶν γλυκεῖαν.

162. *μάσσονα, majora numero, plura,* ἢ ὡς ἰδέμεν, *γνῶναι, quam ut recensere ea possis.* Tam multæ fuere Oligæthidarum victoriæ!

163. Ad tribules: fac ut illi porrò incedant levi, inoffenso pede, κούφοις, h. cursu non gravato, h. e. ut vitam agant tranquillam sine offensâ. Διδοὺς ἀρετὴν καὶ εὐτυχίαν. pro virtute posuit αἰδῶ, reverentia, auctoritas ac dignitas, quam virtus apud cives affert.

peracto hymno, leviter evadam, ne cui sim molestus; meque reverendum et honore dignum præsta; eamque felicitatem impertire, cum quâ jucundè vivam.

ΟΛΥΜΠΙΑ.

Εἶδος ιδ'.

ΑΣΩΠΙΧῼ ΟΡΧΟΜΕΝΙῼ,

Παιδὶ Σταδιεῖ.

ARGUMENTUM.

Invocantur Gratiæ, interpositis earum laudibus, ut victorem, qui Orchomenius erat, propitio numine excipiant—28. Tum memoratio fit patris jam vitâ defuncti.

Σ. α΄. Κ. η΄.

ΚΑΦΙΣΙΩΝ ὑδάτων λαχοῖ-
σαι, αἵ τε ναίετε καλλίπωλον ἕ-
δραν, ὦ λιπαρᾶς ἀοίδιμοι βασίλειαι
Χάριτες Ὀρχομενοῦ,
Παλαιγόνων Μινυᾶν ἐπίσκοποι,
Κλῦτ', ἐπεὶ εὔχομαι.
Σὺν γὰρ ὑμῖν τὰ τερπνὰ καὶ τὰ γλυκέα
Γίνεται πάντα βροτοῖς·
Εἰ σοφὸς, εἰ καλὸς, εἴ τις ἀγλαὸς
Ἀνήρ. οὔτε γὰρ θεοὶ

NOTÆ HEYNIANÆ;

INTERPOSITIS QUIBUSDAM BENEDICTINIS.

1. Diis patriis ubique commendat poëta victores; itaque Orchomenium Gratiis, quas Orchomenii a primis inde ætatibus coluêre; quod satis constat vel e Pausaniâ.

[*Καφισίων*, &c. Gratias ait sortitas esse Cephisiam aquam, quia Cephisus est Orchomeni, ubi coluntur, fluvius; cujus filius Eteocles primus ipsis sacra fecit; unde Theocritus Gratias Eteocleas Idyll. XVI. nuncupavit: *αἱ Ἐτεόκλειοι θύγατρες θεαὶ τὸν Μινύειον Ὀρχόμενον φιλέοισαι ἀπεχθόμεναί ποτι Θήβαις*. BEN.]

7. *σὺν γὰρ ὑμῖν*, pro *δι' ὑμᾶς*, ut *σὺν θεῷ*. Cæterùm sententiam jam vidimus, Ol. I. 48.

9. *εἰ σοφὸς*, pro *ut*; quod et Homericum. *Gratiis* subest *notio delectandi* et *placendi*: *placemus* autem *ingenio*, *pulchritudine*, *splendore vitæ*; idque fit *beneficio* Gratiarum.

10—18. *οὔτε γὰρ*—*quid? quod nec ipsi dii*—Etiam ipsi *deorum vitæ*, quæ epulis et choris exigitur, adsunt Gratiæ, *πάρεδροι* Apollinis, et carmine, ut apud Homerum Musæ, celebrant Jovem. At quatenus *πάντων ἔργων ταμίαι ἐν οὐρανῷ* dici possunt? puto, *rerum omnium, quæ vitam deorum beatam reddere possunt.* Tum illæ *σέβοντι τιμὰν*, *summam dignitatem, majestatem Jovis*, h. carmine celebrant Jovem. Apud Eurip. Hel. 1360, illæ placant Cererem ob filiæ raptum iratam.

PARAPHRASIS BENEDICTINA.

STROPHE I. 1—18.

O CELEBRES Gratiæ, Orchomeni Minyei, fœcundi soli, dominæ, quibus Cephisus fluvius, per medium Orchomenum labens, in sortem obtigit; quæ apud gentem illam, egregio equitatu valentem, habitatis, et antiquorum Minyarum præsides et curatrices estis; quas fundo preces exaudite. Quicquid enim apud mortales jucundum existit et suave, vestro fit beneficio; sive quis sapientiâ, sive quis formâ, sive quis fortitudine, claret. Quicquid pariter apud immortales; adeò ut ipsi Dii choros, sibi ab hominibus institutos,

Σεμνᾶν Χαρίτων ἄτερ
Κοιρανέοντι χορούς,
Οὔτε δαῖτας· ἀλλὰ πάντων
Ταμίαι ἔργων ἐν οὐρανῷ,
Χρυσότοξον θέμεναι
Παρὰ Πύθιον Ἀπόλλωνα θρόνους,
Ἀέναον σέβοντι πατρὸς
Ὀλυμπίοιο τιμάν.

Σ. β'. Κ. ιζ'.

Πότνι' Ἀγλαΐα, φιλησίμολπέ
Τ' Εὐφροσύνα, θεῶν κρατίστου παῖδες,
Ἐπάκοοι νῦν, Θαλία τε ἐ-
ρασίμολπε, ἰδοῖσα τόνδε
Κῶμον ἐπ' εὐμενεῖ τύχᾳ
Κοῦφα βιβῶντα· Λυδῷ γὰρ
Ἀσώπιχον ἐν τρόπῳ
Ἐν μελέταις τε ἀείδων
Μόλον· οὕνεκ' Ὀλυμπιόνικος ἁ Μινύεια

21. ἐπάκοοι νῦν γένεσθε. Sequentia tamen lyricus ad solam Thaliam convertit, unde et v. 28. σεῦ ἕκατι, etsi Gratiarum omninò beneficio victorem declarabat.

22. τόνδε κῶμον, *pompam victoris incedentem, canendo hymnum*, ἐπ' εὐμενεῖ τύχᾳ, *quòd victoria est parta.* Mox 26. μελέται sunt *ipsum carmen, modis Lydiis attemperatum.*

et quæ sibi ex sacrificiis celebrantur convivia, non sine Gratiis disposita, regant: quæ etiam rerum omnium, quæ in cœlo geruntur, sunt dispensatrices; et suas sedes juxta Pythium Apollinem, aureo arcu insignem, posuerunt, (sicuti ad dextram ejus in Delphico templo collocatæ pinguntur;) ipsumque Jovem patrem honore perenni prosequuntur.

STROPHE II. 19—*ad fin.*

O veneranda Aglaia, et carminis amans Euphrosyne, tu quoque, studiosa cantûs Thalia, filiæ Jovis Deorum potentissimi, exaudite me, conversis benevolis oculis ad chorealem hunc hymnum, qui leviter in sublime fertur, contextus pro victoriâ quam prospera fortuna Asopicho impertivit. Nam quia Orchomenus, ubi colimini, Minyorum urbs, vestro beneficio, victoriâ

Σεῦ ἕκατι. Μελαντειχέα νῦν δόμον
Φερσεφόνας ἴθι, Ἀχοῖ,
Πατρὶ κλυτὰν φέροισ' ἀγ-
γελίαν, Κλεόδαμον ὄφρ' ἰδοῖσ' υἱ-
ὸν εἴπῃς ὅτι οἱ νέαν
Κόλποισι παρ' εὐδόξοιο Πίσας
Ἐστεφάνωσε κυδίμων ἀέθλων
Πτεροῖσι χαίταν.

31. Κλεόδαμον ὄφρ' ἰδοῖσ', υἱὸν εἴπῃς, ὅτι, ex græcismo; pro, εἴπῃς, ὅτι ὁ υἱὸς οἱ ἐστεφάνωσε. Vulgari scilicet ratione, totus locus sic constitueretur: φέροισα ἀγγελίαν πατρὶ Κλεοδάμῳ, ὅτι ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐστεφάνωσε. Sub fin. πτερὰ ἀέθλων, lyricâ audaciâ. Ἄεθλα dicuntur comam coronare: jam gloriâ et lætitiâ evolat victoris animus; unde πτερὰ νικᾶν, inf. Pyth. IX. extr. ad quem loc. vide. Simili ferè modo, πτερόεντα ὕμνον dixit, Isthm. V. 80, 81. pro quo etiam poterat dicere, πτερὰ ὕμνων. Et h. l. dicere poterat ἐστεφάνωσε χαίταν ἄεθλοις πτερόεσι, vel πτερωτοῖς, ut ἄεθλα sint pro στεφάνοις dicta, ut sup. XIII. 54. ἔργα θῆκεν ἀμφὶ κόμαις, i. e. στεφάνους, e victoriis.

Olympicâ clarescit, Asopichum victorem, ejus civem, Lydiâ harmoniâ, et carmine studiosè composito, celebraturus veni. Cæterum tu, Echo, ito ad inferos, tenebrosum Proserpinæ regnum, et patri Asopichi, Cleodamo, refer celebrem filii victoriam; et dic eum, pro stadii cursu, in illustri Olympiâ coronam oleaginam accepisse, quo inclytorum illorum certaminum præmio juveniles comas cinxit, sibique tanquam alas addidit, quibus in sublime attollatur, et per ora virorum volet.

ΤΕΛΟΣ.

ΠΥΘΙΑ.

DE LUDIS PYTHIIS.

PYTHIA sacri fuerunt ludi, in honorem Apollinis instituti. Sic dicuntur, vel a Pythone serpente, quem Apollo interfecit; unde Ovidius:

Instituit sacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomitæ serpentis nomine dictos;

vel, *ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι*, *putrescere*, quia ibi occisus serpens computruit; vel, *ἀπὸ τοῦ πυνθάνεσθαι*, *sciscitari*, quòd homines sciscitandi gratiâ consulerent adirentque Pythium Apollinem; vel a Πυθὼ, quæ est urbs in Delphis ad Parnassum montem sita. Hæc certamina apud Græcos fuere celeberrima, multisque annis ante Isthmia instituta, et multò post Olympia. Non solùm autem apud Delphos celebrabantur, sed, ad horum imitationem, etiam aliis in locis, ut apud Magnetes, Sicyonios, quorum Pindarica Scholia meminêre. Celebrari solebant ineunte vere, ut patet ex Dionysii libro de Situ Orbis, v. 527. idque ab omnibus Cycladum incolis;

Πύθια δ' Ἀπόλλωνι χορούς ἀνάγουσιν ἅπασαι,
Ἀρχομένου γλυκεροῦ νέον εἴαρος.

Omnesque insulæ, quæ circa Delum fuerunt, ludos pro illâ Serpentis victoriâ instituerunt. Horum institutionem nonnulli ad Apollinem referunt, Qui, inquit Ovidius,

Ne operis famam posset delere vetustas,
Instituit sacros &c.

Itaque, occiso Serpente, septimâ statim die ludos peregit; eique Nymphæ Parnassiæ sua obtulere munera. Cujus rei in memoriam, quòd novem essent Musæ, nono quoque anno eos ludos celebrari voluit. Verùm postea factum est, ut quin-

quenniis singulis recurrerent. Nonnulli arbitrantur, ab ipso Serpente, qui custos fuerit Oraculi, etiam institutos ludos. In his pancratio et quinquertio primùm sese exercuerunt; quia fama est, primâ Pythiade, in quâ certârunt Dii, vicisse Castorem stadio, Pollucem pugilatu, cursu Calaim, armatum Zeten, disco Peleum, luctâ Telamonem, pancratio Herculem, qui, pro præmio, lauream coronam ab Apolline acceperunt. Deinde, quadrigis exceptis, omnia quæ in Olympicis aderant athletarum studia, in hæc certamina recepta sunt; tandem etiam quadrigæ. Victoribus non semper eadem data præmia. Nam, ante laurum, æsculea frons dabatur, ut vult Ovidius, I. Metam.

Hîc juvenum quicunque manu pedibusve rotâve
Vicerat, æsculeæ capiebat frondis honorem:
Nondum laurus erat.———

Thesei verò temporibus hæc erat consuetudo, ut victores palmâ coronarentur. Eurylochus, debellatis Cirrhæis, constituit præmium pecuniarum. Græcum Epigramma μῆλα præmium fuisse asserit. Hæc de Pythiis pauca præmitto. Vide de his Natalem Comitem. Quinque fuerunt partes certaminis, auctore Strabone: ἀνάκρουσις, *præludium;* ἔμπειρα, *prima experientia;* κατακελευσμὸς, species quædam cantûs; Ἴαμβος καὶ Δάκτυλος; præterea σύριγγες, quibus bestiæ deficientis, et ad extrema sibila moriendo se convertentis, languor exprimebatur. Paulò aliter partes constituunt Græca Scholia. Primam πεῖραν vocant, quâ periculum certaminis cum Serpente fiebat. 2. Iambum, propter convicia, quæ ante certamen Apollo pertulit. 3. Dactylum, propter Dionysium, qui primus Oraculo præfuit. 4. κριτικὸν, propter Jovem. 5. μητρῷον, propter terram: hujus enim fuerat oraculum. 6. σύριγμα, propter Serpentis sibilum.

Benedict.

ΠΥΘΙΑ.

Εἶδος α΄.

ΙΕΡΩΝΙ ΑΙΤΝΑΙῼ,

Ἅρματι.

ARGUMENTUM.

Laudes carminis ita adornat, ut lyræ potentem vim et efficaciam in ipso Olympo declaret,—24. nec refugere ejus dulcedinem nisi impios, in quibus Typhœus, cui Ætna imposita est,—56. ad cujus montis radices nova urbs, Ætna, condita erat, cujus civem se per præconem pronuntiari jusserat Hiero;—64. quod in bonum omen vertit poëta, et bona vota pro urbe facit—81. Facit quoque vota pro Hierone, laudibus ejus interpositis—111. Mentionem denique injicit Dinomenis filii—115. Nunc preces ad Jovem facit pro Hieronis felicitate, cum respectu ad superiorum temporum ærumnas et calamitates—156. Subjungit bona consilia et monita.

Σ. α'. K. ιβ'.

Χρυσεα φόρμιγξ, Ἀπόλλω-
νος καὶ ἰοπλοκάμων
Σύνδικον Μοισᾶν κτέανον·
Τᾶς ἀκούει μὲν βάσις, ἀγλαΐας ἀρχὰ,
Πείθονται δ' ἀοιδοὶ σάμασιν,
Ἀγησιχόρων ὁπόταν τῶν φροιμίων
Ἀμβολὰς τεύχῃς ἐλελιζομένα.

NOTÆ HEYNIANÆ;

Interpositis Quibusdam BENEDICTINIS.

1. Lyram alloquitur, seu invocat. Nihil tamen subjungit in seqq. quod invocationi huic respondeat; v. c. *adsis mihi*; aut simile quid. Scilicet est id subintelligendum; poëta, animi æstu abreptus, processit ad alia: Χρυσέα φόρμιγξ Ἀπόλλωνος si jungatur, καὶ languet; multò magis: καὶ κτέανον, s. κτῆμα. *O aurea Apollinis lyra et simul instrumentum.* Manebo igitur in naturali verborum ordine: Χρυσέα φόρμιγξ, Ἀπόλλωνος καὶ Μοισᾶν κτέανον σύνδικον. Dictum hoc ornate pro simplici: φόρμιγξ σύνδικος Ἀπόλλωνος καὶ Μοισᾶν. Est κτέανον τὸ κτῆμα, quod quis habet, tractat; et σύνδικος, qui alterius causam agendam suscipit, defendit, *patronus*, hînc omninò, συνήγορος, *adjutor*. Lyra Apollini canenti, et Musis chorum in Olympo ducentibus, *accinit*, adeòque illum et hunc adjuvat, partes et operam suam præstat. Similiter δόνακες πιστοὶ χορευτᾶν μάρτυρες, Pyth. XII. 48. In nostro et Romano sermone nulla est vox, quæ aut huic aut illi vocabulo satis respondeat; lyram *arbitram, sociam, amicam*, dicas fortè; vim vocis Græcæ sentias facilè, etsi assequi simili voce non liceat. Mox, v. 4. βάσις est, *incessus chori* ad rhythmum, cum quo initium fit choreæ, ἀγλαΐας ἀρχὰ, *festivitatis, festæ lætitiæ*. Tum etiam cantus eorundem χορευτᾶν ex lyræ cantu pendet; pro ἀοιδὰ nominat ἀοιδούς. 6, 7. *Quoties te proludis hymno.*—Spectant seqq. 8—12. ad *Musarum choros in Olympo in epulis deorum.* Cf. Il. α. 601, sq. Ita reliqua adjici poterant; *fulmen languescit molli carminis dulcedine*; id quod *Jovem placatum* designat, dum fulmen non vibrat manu, sed deponit; *aquila demulcetur ut obdormiscat: ipse Mars, sic ut alii dii, carmine delinitur.* Itaque 8. σβεννύεις καὶ—*etiam ipsum* fulmen. In v. 9, sqq. locum Homericum, Il. ψ. 67, sqq. de columbâ malo inhærente, Pindaro ante oculos fuisse, ingeniosa est Schneideri conjectura. Certior esset illa, quâ quis Callimachum ad h. l. respexisse diceret in Del. 233, sq.

[7. ἀμβολάς. Per syncopen pro ἀναβολάς, ab ἀναβολή. Hìc, præter vulgatas significationes, accipitur pro, προαναφώνησις, προανάκρουσις. unde deducta loquendi formula,

PARAPHRASIS BENEDICTINA.

Strophe I. 1—12.

O eximia cithara, quam jure inventionis Apollo, et jure communicationis Musæ possident, ut, eâ comite et adjutrice, suos cantus edant: cui tripudiantis chori gressus gestusque obsequitur, inde lætitiæ suæ ducens initium; cujus monitis excitati cantores obsecundant, quum, prætentatis pollice

Καὶ τὸν αἰχματὰν κεραυνὸν σβεννύεις
'Αενάου πυρός. εὕ-
δει δ' ἀνὰ σκάπτῳ Διὸς αἰετὸς, ὠ-
κεῖαν πτέρυγ' ἀμφοτέρω-
θεν χαλάξαις,

A. α'. K. ιβ'.

'Αρχὸς οἰωνῶν· κελαινῶ-
πιν δ' ἐπί οἱ νεφέλαν
'Αγκύλῳ κρατὶ, γλεφάρων
'Αδὺ κλαΐστρον, κατέχευας. ὁ δὲ κνώσσων
'Υγρὸν νῶτον αἰωρεῖ, τεαῖς
'Ριπαῖσι κατασχόμενος. καὶ γὰρ βια-
τὰς Ἄρης, τραχεῖαν ἄνευθε λιπὼν
'Εγχέων ἀκμὰν, ἰαίνει καρδίαν

ἀναβολὰς τεύχειν; i. e. ἀναβολὰς ποιεῖσθαι. Quod unico verbo dixit Homerus ἀναβάλλεσθαι, Odyss. α. ἤτοι ὁ φορμίζων ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν. ἀναβάλλεσθαι autem dicuntur, inquit Eustathius, οἱ κιθαρίζοντες, pro, προανακρούεσθαι, seu προοιμιάζεσθαι. Dicunt Latini poëtæ, *chordas pollice prætentare*, ut apud Ovid. Metam. l. v. *Calliope querulas prætentat pollice chordas.* Ergo ἀναβολὴ dicetur *ipsa chordarum digitis facta prætentatio*, quam vulgò *proludium*, et *prolusionem*, appellant; et quidam *præcentionem*, i. e. *cantûs procemium*. Ben.]

17. ὑγρὸν νῶτον. Per se, et origine suâ, τὸ ὑγρὸν nihil aliud aut fuit, aut esse potest, quam *humidum, liquidum*. Accessere inde notiones, ut fit, ab adjunctis; ut sit, *molle*, hinc ut sit, *flexile*, *mobile*, ferè quod Latinorum *lubricum*. ὑγρὰν ῥάχιν equi dixit Tryphiod. 79. Etiam h. l. νῶτον ὑγρὸν, per se, et vi vocis, nihil aliud esse potest, quam *flexile*, *inflexum*. Nam quod *intumuit*, addunt viri docti tacitè ex alterâ voce αἰωρεῖ. Nec magis, vi vocis, ὑγρὸν esse potest *tumidum*, quam *fluctuans*. ὑγρὰ κέλευθα θαλάσσης ex antiquo sermone servârunt poëtæ, ut tot alia, tanquam perpetua nomina: in quibus, si aliam rationem tenere vellemus, in argutias et tricas innumeras nos essemus illaqueaturi.

fidibus, hymnorum choros ducentium proludia moliris; quæ trisulci fulminis inextinctum ignem, Jovis iram placans, extinguis, et Jovis avi, aquilæ, oscinum principi, sub ejus sceptro somnum concilias, quo fit ut, remissis et laxatis utrinque velocibus alis, dormiat;

Antistrophe I. 13—24.

quum nubem obscuram soporis, super aduncum ejus rostrum, quâ suaviter clauduntur palpebræ, oculis affudisti. Tum verò illa dormiens, diffusu facile et flexibile dorsum attollit, tanquam tuæ harmoniæ jaculis superata et oppressa; Quinetiam Mars violentus, ac proinde viri fortissimi, depositis quandoque asperis acutisque armis, tui concentûs voluptate animum recreant:

Κώματι. κῆλα δὲ καὶ
Δαιμόνων θέλγει φρένας, ἀμφί τε Λα-
τοίδα σοφίᾳ βαθυκόλ-
πων τε Μοισᾶν.

E. α΄. K. ιε΄.

Ὅσσα δὲ μὴ πεφίληκε
Ζεὺς, ἀτύζονται βοὰν
Πιερίδων ἀΐοντα,
Γᾶν τε καὶ πόντον κατ' ἀμαιμάκετον·
Ὅς τ' ἐν αἰνᾷ Ταρτάρῳ κεῖ-
ται, θεῶν πολέμιος,
Τυφὼς ἑκατοντακάρανος· τόν ποτε

21. κῆλα δὲ καὶ Δαιμόνων θέλγει φρένας. Offendere potest καὶ, quasi non Mars et ipse inter deos sit. Suspicari possis κῆλά τι. Sed δὲ est pro γὰρ, *nam etiam deorum animos delinit cantus:* in quibus ipse Mars vim carminis sentit. ἀμφὶ σοφίᾳ Λατοίδα τε Μουσᾶν τε. pro διὰ σοφίας, *arte*, ut 155, ἀμφὶ ἀρετᾷ.

[21. κῆλα. Per syncopen dictum pro κηλήματα. Deducitur κήλημα a κηλέω, *demulceo*. hîc expone κῆλα cum Schol. τὰ θελκτικὰ τῆς μουσικῆς πάθη; seu, τὰ ὑπὸ τῆς μουσικῆς θέλγματα. Porrò Homerus κῆλα vocavit τόξινα βέλη. Et Eustathius κῆλον interpretatur, τὸ βέλος, et propriè, τὸν τοῦ βέλους ἄτρακτον, *ipsum teli lignum;* a nomine κᾶλον, verso α in η. Quod cùm ita sit, τερπνικῶς et ἀλληγορικῶς accipi potest pro carminibus poëtarum, quæ, telorum instar, hominum et Deorum mentes penetrant, adeò ut eas doment, et suavitate delinitas detineant, ut hîc accipi videtur. BEN.]

25. ὅσσα δὲ—pro ὅσους. Respicit locum Plutarch. Opp. tom. II. p. 1095. E. Sensus: πάντα τὰ θεομισῆ κατὰ γῆν, καὶ κατὰ πόντον, καὶ κατὰ Τάρταρον, ἀτύζεται ἀΐοντα βοὰν Πιερίδων. (Respondet v. 56. *Absit a me, ut θεομισὴς sim:* εἴη, Ζεῦ, εἴη τὶν ἁνδάνειν.) Itaque v. 29. καὶ ἀτύζεται ὁ Τύφως. ἀτύζονται Schol. vult esse, ἀποστρέφονται, aversantur; at ἀτύζεσθαι est ἐκπλήττεσθαι, ταράσσεσθαι; *perterrefiunt*. Saltem est λυπεῖσθαι, ut ap. Hesych. Porrò ἐν Ταρτάρῳ κεῖται Typhos; et tamen mox *Ætnæ est substratus*. Scilicet Tartarus nunc non dicitur ut in Theogoniis; sed est simpliciter, *quod sub terrâ est*. Mox, v. 34, 35. sapienter poëta in obscuro positum reliquit phantasma, ne in cogitationem admittas, quomodo eidem monstro Italia supra Cumas (h. e. campi Phlegræi) cum Siciliâ imposita esse possit; etsi caput campis illis, pectus Ætnæ subjectum fingere liceat.

Imo Dii ipsi, bonique Genii, vitæ nostræ auspices et comites, tuæ melodiæ dulcedine capiuntur, cujus auctores sunt Latonæ filius Apollo, pulchræque Musæ, canendi peritiâ insignes, et scientiarum profunditate admirabiles.

EPOD. I. 25—39.

Contra verò, quæcunque Jupiter in terrâ marique odit, ac proinde, quivis improbi, suaves Musarum cantus oderunt et aversantur, eorumque nullâ delectatione recreantur: sed potiùs iis turbantur expavefacti. Qualis Gigas ille centiceps Typhœus, Deorum hostis, qui in horribili Tartaro prostratus

Κιλίκιον θρέψεν πολυώ-
νυμον ἄντρον· νῦν γε μὰν
Ταί θ' ὑπὲρ Κύμας ἁλιερκέες ὄχθαι
Σικελία τ' αὐτοῦ πιέζει
Στέρνα λαχνάεντα· κίων
Δ' οὐρανία συνέχει,
Νιφόεσσ' Αἴτνα, πάνετες
Χιόνος ὀξείας τιθήνα·

Σ. β'. Κ. ιβ'.

Τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλά-
του πυρὸς ἁγνόταται
Ἐκ μυχῶν παγαί· ποταμοὶ
Δ' ἁμέραισιν μὲν προχέοντι ῥόον καπνοῦ
Αἴθων'· ἀλλ' ἐν ὄρφναισιν πέτρας
Φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθεῖ-

40. Ol. LXXV. 4. sex annis ante hanc Hieronis victoriam, Ætnæ incendium Siciliam vastaverat: aliud antiquius memoratur, nec tamen plura de eo constant, etsi in Empedoclis tempora illud incidere debuit secundum narrata de ejus morte: tertium est illud, de quo Thucydides loquitur, L. III. extr. Ol. LXXXVIII. 2. ante C.N. 421. anno post secundum quinquagesimo. Docuere multi. vid. ad Diod. tom. I. p. 161. cf. Gedike, et nuper Wernsdorf. P. M. tom. IV. p. 378. Aristoteles tamen, si modò is auctor est Mirab. Audit. cap. 113. jam *sæpè* Ætnæ incendium insulam incursasse ait.

42. *Mons Ætna nocturnis mirus incendiis:* Plin. III. 8. 14. vid. Strab. VI. p. 420. B. (274). Itaque v. 44—46. sunt tantum ornamenta flammæ: *noctu ardet;* nam dies flammæ adspectum oculis subducit, nec nisi fumus in conspectum venit. Apud Virgilium, per intervalla et vices flamma et fumus variant: vid. Æn. III. 572, sq. Mox, v. 47. Ἀφαίστοιο κρουνοὺς jungenda esse patet. Sunt iidem qui paulo ante, 42. ποταμοί, scil. πυρός. et τεραστὸν est, *monstrum, portentum.* vid. Valken. ad Theocrit. p. 399.

jacet, quem olim celebre factum flagitiis ipsius Typhoneum Ciliciæ antrum aluit: et qui nunc in Siciliâ sepultus est, et in littore Siculi maris, quod Cumam alluit, villosum pectus oneris mole oppressum habet, imo et sub Ætnâ, monte altissimo, perpetuisque nivibus frigidissimo, detinetur:

Strophe II. 40—51.

Cujus ex penetralibus, imisque recessibus, ignis inaccessi et copiosi fontes purissimi scaturiunt, et ejectantur. Hinc ejusdem ignis fluvii perennes interdiu quidem ardentis fumi vortices agglomerant: noctu verò rutila flamma liquefactorum saxorum fragmenta vehementi cum strepitu in mare

αν φέρει πόντου πλάκα σὺν πατάγῳ.
Κεῖνο δ' Ἁφαίστοιο κρουνοὺς ἑρπετὸν
Δεινοτάτους ἀναπέμ-
πει· τέρας μὲν θαυμάσιον προσιδέ-
σθαι· θαῦμα δὲ καὶ παριόν-
των ἀκοῦσαι,

A. β'. K. ιβ'.

Οἷον Αἴτνας ἐν μελαμφύλ-
λοις δέδεται κορυφαῖς
Καὶ πέδῳ· στρωμνὰ δὲ χαράσ-
σοισ' ἅπαν νῶτον ποτικεκλιμένον κεντεῖ.
Εἴη, Ζεῦ, τὶν εἴη ἁνδάνειν,
Ὃς τοῦτ' ἐφέπεις ὄρος, εὐκάρποιο γαί-

49. *τέρας θαυμάσιον προσιδέσθαι*, pro simplici *θαῦμα ἰδέσθαι*, uti sequitur. *θαῦμα δὲ καὶ* (ἐκ) *παριόντων ἀκοῦσαι*, h. e. *si ex iis audias, qui Siciliam adiere*. Videri potest sententia sic infringi, et pedestri orationi similior fieri: cùm in poetâ requiratur: *visu audituque* (propter tantos fragores) *horrendum*: itaque olim *θαῦμα παριόντων* jungebam. Vulgaris enim ratio magis conveniret historico: ut Diod. I. 36. *Τὸ δὲ γινόμενον περὶ τὴν ἀνάβασιν τοῦ Νείλου τοῖς μὲν ἰδοῦσι θαυμαστὸν φαίνεται, τοῖς δ' ἀκούσασι παντελῶς ἄπιστον*. Cic. Verr. IV. 39. *Quod cum illis qui aderant, indignum, qui audiebant, incredibile*. Adde 56. de *hastis gramineis*. At *θαῦμα ἰδέσθαι* etiam apud Hesiod. Sc. Her. 140, 218, 224. *θαῦμα μέγα φράσσασθαι*, Sophocl. Elect. 761. (Br. ed.)

Ad 52, sq. cf. Æschylum, Prom. 351—366, sq. Sensus est: Typhonem includi inter fundum scruposum et montem impositum. *οἷον*, pro, *ὡς ἐνδέδεται ταῖς κορυφαῖς*, simpl. pro *monte*, cui respondet *solum*, *cui incubat*.

[53. *δέδεται κορυφαῖς*, &c. Quæritur, quomodo dicat poëta eundem Typhonem vertici Ætnæ alligari simul, et sub eâ jacere? Respondetur, quia ab ejus quidem dorso Ætnæ solum tangitur, Ætna verò pectori ejus imposita est, quæ vinculi et funis instar medium ipsum coercet. Ben.]

profundum devolvit. Tum etiam serpens ille Typhon maximè horrendos ejectat ignis gurgites. Quare res est visu portentosa, et ex illis, qui illàc transeundo viderunt, auditu miranda,

Antistrophe II. 52—63.

quo pacto monstrum illud est illigatum imis radicibus, summisque montis Ætnæ cacuminibus, quæ obscura sunt arborum densitate: quoque pacto stratus lectus totum dorsum inclinatum lancinat et pungit. Utinam tibi placeamus, tuâque benevolentiâ fruamur, Jupiter, qui in hoc monte coleris, Siculæ regionis fœcundæ parte frontis instar conspicuâ. Cui quidem

ας μέτωπον, τοῦ μὲν ἐπωνυμίαν
Κλεινὸς οἰκιστὴρ ἐκύδανεν πόλιν
Γείτονα· Πυθιάδος
Δ' ἐν δρόμῳ κάρυξ ἀνέειπέ νιν ἀγ-
γέλλων Ἱέρωνος ὑπὲρ
Καλλινίκου

E. β'. K. ιέ.

Ἅρμασι. Ναυσιφορήτοις
Δ' ἀνδράσι πρῶτα χάρις
Ἐς πλόον, ἀρχομένοις πομ-

[66. ἐς πλέον ἐρχομένοις, Ed. Ben.]

παῖον ἐλθεῖν οὖρον· ἐοικότα γὰρ
Κἀν τελευτᾷ φερτέρου νό-
στου τυχεῖν. ὁ δὲ λόγος
Ταύταις ἐπὶ συντυχίαις δόξαν φέρει,
Λοιπὸν ἔσσεσθαι στεφάνοι-

66. Nondum nota displicet. πρῶτα χάρις ἐς πλόον, ἀρχομένοις (πλόον) πομπαῖον ἐλθεῖν οὖρον. possis quoque jungere: ἐλθεῖν οὖρον ἐς πλόον. At Vauvilliers, ad Sophocl. tom. II. p. 59. not. damnato ἐρχομένοις, quod olim ipse probaverat, ἐς πλόον ἀρχομένοις jungit, ut sit, *auspicantibus, libantibus, sacrificantibus.* Dura sanè oratio.

69. ὁ δὲ λόγος—φέρει. *Ratio*, quæ par est inter navigationis initia, et urbem recens conditam, affert spem, post tam faustum fortunæ casum, ταύτῃ ἐπὶ συντυχίᾳ, ἐς τὸ λοιπὸν, in posterum ἔσεσθαι, sc τὴν πόλιν—ferè ut Ol. II. 39. ἔπεται δὲ λόγος Κάδμοιο κούραις.—73. σὺν θαλίαις εὐφώνοις, i. e. ἐν, διὰ θαλιῶν. *epulas* pro festis solennibus dicit, in quibus carmina canuntur. Mox 77. ταῦτᾳ est pro ταῦτο, omen *illud.* et 79. μαχαναὶ πᾶσαι, μηχανὰ πᾶσα, i. e. πάντα ἃ μηχανῶνται βροτοὶ τῇ ἀρετῇ ἑαυτῶν.

cognominem fecit urbem vicinam Hiero, quum Catanem amplificatam, multisque ædificiis recens decoratam, novo nomine, Ætnam appellavit. Unde præco, denuntians egregiam illius victoriam, quam curuli certamine in Pythiis est adeptus, ejus mentionem fecit, et victorem ab eâ Ætnæum cognomento pronunciavit:

Epod. II. 64—78.

Quemadmodum autem navigantibus gratissimum est, quum primum mari sese committunt, ventis frui secundis, ut citò tutòque ad optatam sedem et stationem deferantur; et ex læto susceptæ navigationis principio, spem fausti reditûs concipiunt: Sic etiam ego, primum hunc Ætnæ, novæ urbis, successum celebrans, quum ejus conditor Pythicam victoriam reportavit, ex hoc felici principio spem felicis progressûs concipiens, dico, ipsam in posterum

σί τε ἵπποις τε κλυτὰν
Καὶ σὺν εὐφώνοις θαλίαις ὀνομαστάν.
Λύκιε καὶ Δάλου ἀνάσσων
Φοῖβε, Παρνασσῶ τε κράναν
Κασταλίαν φιλέων,
Ἐθελήσαις ταῦτα νόῳ
Τιθέμεν εὔανδρόν τε χώραν.

Σ. γ'. Κ. ιβ'.

Ἐκ θεῶν γὰρ μαχαναὶ πᾶ-
σαι βροτέαις ἀρεταῖς,
Καὶ σοφοὶ καὶ χερσὶ βια-
ταὶ περίγλωσσοί τ' ἔφυν. Ἄνδρα δ' ἐγὼ κεῖνον
Αἰνῆσαι μενοινῶν, ἔλπομαι
Μὴ χαλκοπάραον ἄκονθ' ὡσεί τ' ἀγῶ-
νος βαλεῖν ἔξω παλάμᾳ δονέων,
Μακρὰ δὲ ῥίψαις ἀμεύσεσθ' ἀντίους.
Εἰ γὰρ ὁ πᾶς χρόνος ὄλ-

A ver. 82, novum sententiarum ordinem orditur Pindarus: sc. de laudibus Hieronis, quas, vv. 82—86, justas ac debitas esse ait, et deberi summas. Similis inf. Nem. VII. 103, sq.

87. εἰ γὰρ, pro εἴη. *Sit modò felicitas perpetua et integra!* εὐθύνει, propriè *ventus secundus* navem propellit, seu *gubernator* regit, nunc fortuna.

etiam victoriis et coronis illustrem fore, et sacris conviviis, ubi Musicæ melos usurpatur, celebrem. Quod ut consequi possit, O Lycie, O Deli rex, et qui Parnassi fontem Castalium amas, Apollo, regionem hanc viris fortibus, hujus meæ precationis memor, instruere velis.

Strophe III. 79—90.

Nam quicquid cùm animi, tum corporis, bonorum nobis inest, sive simus prudentes, sive robusti, sive eloquentes, id nos mortales non a nobis habemus, sed a Diis immortalibus mero dono accipimus. Cæterùm, cùm mediter Hieronis laudes, spero me hoc encomio nihil extra rem, nihil præter meritum ejus dicturum: imò etiam quosvis in eo prædicando æmulos, carminis excellentiâ longè superaturum. Atque utinam vir ille perennem

ϐον μὲν οὕτω καὶ κτεάνων δόσιν εὐ-
θύνοι, καμάτων δ᾽ ἐπίλα-
σιν παράσχοι.

A. γ΄. K. ιβ΄.

Ἦ κεν ἀμμνάσειεν, οἵαις
Ἐν πολέμοισι μάχαις
Τλάμονι ψυχᾷ παρέμει-
ν᾽, ἁνίχ᾽ εὑρίσκοντο θεῶν παλάμαις τιμὰν,
Οἵαν οὔτις Ἑλλάνων δρέπει,
Πλούτου στεφάνωμ᾽ ἀγέρωχον. Νῦν γε μὰν
Τὰν Φιλοκτήταο δίκαν ἐφέπων
Ἐστρατεύθη. σὺν δ᾽ ἀνάγκᾳ μιν φίλον
Καί τις ἐὼν μεγαλά-

91. Quæ sequuntur, usque ad v. 108, subnata e memoratione ærumnarum, καμάτων, in parenthesi posita sunt: redit, v. 109, ad eadem vota, in quibus, v. 87—90, substiterat. Lux hinc toti loco affunditur. *Sanè memor esse potest, quot præliis discrimina adierit, quibus sibi dignitatem regiam paravit, et regias opes firmavit.* Repetit sententiam inf. Pyth. II. 108, sq. παρέμειναν potentiùs quam παρεγένετο.

94. εὑρίσκοντο ad Hieronem cum fratribus, etsi durum est, referunt, quorum operâ ille in bellis gerendis usus est; præivit jam unus e Schol. Malim repetere αἱ μάχαι εὑρίσκοντο.

96, sq. Νῦν γε μάν. Morbo laborantem Hieronem effinxere nobis grammatici ex Philoctetis memoratione. Verba suppeditant tantum hæc: *Hieronem ab iis, qui alienis fuerant animis, ut iis auxilium ferret, arcessitum esse. Ad Philoctetis ille exemplum arma sumsit; quem inimicus* (Ulysses) *necessitate urgente, superbi alioquin animi, blandis verbis demulsit. Narrant scilicet,* &c. Νῦν γε: ergo hoc diversum a superioribus bellis. Sequor, in hâc interpretatione, morem poëtæ in digressione per fabulas ad comparationem memoratas.

98. Hæreo in hoc, præstetne σὺν δ᾽ ἀνάγκᾳ μιν φίλον—ad Hieronem referre, an ad Philoctetem, ad quem utique spectant seqq. φαντὶ δὲ, pro γάρ.

felicitatem, et perpetuam bonorum possessionem consequi; quinetiam temporis longinquitate gravissimum morbum oblivioni tradere possit.

Antistrophe III. 91—102.

Sanè in memoriam facilè revocaret, quales pugnas quàm patienti, fortique animo in bellis sustinuerit, quando, divinâ ope adjutus, Siculum regnum est adeptus, quale Græcorum nullus obtinet; quòdque ejus divitias magnificentiâ dignitatis exornat. Tum temporis autem, quum in militiam profectus est, ægrotabat, quemadmodum Philoctetes, quum ad expeditionem Trojanam est pertractus: eique, necessitate adactus, tanquam amico adblanditus est magnus quidam vir, puta Anaxilaus, qui minis ejus a bello, in Locros Italos parato, est deterritus. Dicunt autem Philocteten, cùm ulcere

νιν ἔσανεν. φαντὶ δὲ Λαμνόθεν ἕλ-
κει τειρόμενον μεταλλά-
σοντας ἐλθεῖν

E. γ'. K. ιε'.

Ἥρωας ἀντιθέους Ποί-
αντος υἱὸν τοξόταν·
Ὃς Πριάμοιο πόλιν πέρ-
σεν, τελεύτασέν τε πόνους Δαναοῖς,
Ἀσθενεῖ μὲν χρωτὶ βαίνων·
Ἀλλὰ μοιρίδιον ἦν.
Οὕτω δ' Ἱέρωνι θεὸς ὀρθωτὴρ πέλοι
Τὸν προσέρποντα χρόνον, ὧν
Ἔραται, καιρὸν διδούς.
Μοῖσα, καὶ πὰρ Δεινομένει κελαδῆσαι
Πείθεό μοι ποινὰν τεθρίππων.
Χάρμα δ' οὐκ ἀλλότριον νι-

109. *Similiter utinam*—Redit ad 88, 89. *καιρὸν διδοὺς*, *eventum*, qui ab *temporum opportunitate pendet*. cf. Nem. VIII. 6.

[114. *χάρμα*, &c. Ratio cur apud Dinomenem velit Hieronis patris victoriam canere: quoniam filius ingenuus paternis gaudet successibus. Nec immeritò, siquidem, teste Synesio, *νίκαις αἰδέσιμον καύχημα πατρὸς ἔπαινος*. Porrò patris boni vicissim est filii virtute lætari. Nam ut *δόξα ἀνθρώπων ἐκ τιμῆς πατρὸς αὐτῶν*; sic et *τέκνων ἀρετὴ δόξα πατέρων*. Prosâ sententiam hanc ita reddas; *οὐ γὰρ ἀλλοτρία ἡδονὴ τῷ παιδὶ ἡ τοῦ πατρὸς νίκη*. Ben.]

vexaretur in Lemno, inde ad Trojanum bellum adductum fuisse, quum quæsitum iverunt

Epod. III. 103—117.

Heroës divini illum Pœantis filium, insignem sagittarium, qui Trojam, ubi erat Priami regia, subvertit, et Græcorum diuturnæ ac laboriosæ obsidioni finem imposuit. Nam etsi corpore esset invalido, erat tamen in fatis, ut non sine ipso, qui sagittas Herculis habebat, Græci Ilium caperent. Quemadmodum autem Philoctetæ Deus fuit recuperandæ sanitatis auctor; sic etiam velim ut divino beneficio liberatus morbo Hieron, votorum omnium fiat compos in posterum. Cæterùm, O Musa, obsequere mihi jubenti, ut apud Dinomenem decantes hoc encomium, quod patri Hieroni, pro curulis certaminis præmio, contexo. Non enim id illi molestum fore puto, quandoquidem ingenuo filio debet esse jucunda patris victoria. Posteà

καφορία πατέρος.
Ἄγ', ἔπειτ' Αἴτνας βασιλεῖ
Φίλιον ἐξεύρωμεν ὕμνον,

Σ. δ'. Κ. ιβ'.

Τῷ πόλιν κείναν θεοδμά-
τῳ σὺν ἐλευθερίᾳ
Ὑλλίδος στάθμας Ἱέρων
Ἐν νόμοις ἔκτισσε. Θέλοντι δὲ Παμφύλου
Καὶ μὰν Ἡρακλειδᾶν ἔκγονοι,
Ὄχθαις ὕπο Ταϋγέτου ναίοντες, αἰ-
εὶ μένειν τεθμοῖσιν ἐν Αἰγιμιοῦ
Δωριῆς. ἔσχον δ' Ἀμύκλας ὄλβιοι,
Πινδόθεν ὀρνύμενοι,

116. *Αἴτνας βασιλεῖ.* Pergit nunc poëta, quod toties facere solet, paucis versibus diversorum laudes complexus, ad Jovem celebrandum; unde inf. 130. Ζεῦ, τέλει. Jam τῷ v. 118. intellige, *Jovi Ætnæo, cui novam urbem condidit et dedicavit Hiero: et quidem legibus et institutis Doriensium.*

120. Ætnæ coloni Dorici erant generis, Geloi, Megarenses, et Syracusani; arcessiti quoque advenæ erant alii e Peloponneso ad quinque millia: Diod. XI. 49. Iis relictæ *leges patriæ et instituta Doriensium,* (de quibus disertius actum in *Opusc. Acad.* tom. II. p. 217, seq.). Ab *Hyllo,* Herculis filio, tanquam primo duce Doriensium in Peloponnesum incursantium, etsi ille cæsus ab Echemo Arcadum rege, et dilatus fuit reditus in L. annos, appellantur nunc *leges* Doriensium, *νόμοι Ὑλλίδος στάθμας*: et mox eædem *leges Ægimii,* Αἰγιμίου τεθμοί: et appellantur Dorienses *posteri Pamphyli et Heraclidarum*; scilicet fuit *Ægimius* inter generis Dorici majores: cujus filii *Pamphylus* et *Dymas* profectioni in Peloponnesum interfuerunt. vid. Apollod. II. 8, 3, extr. ubi cf. Not. p. *515.* add. inf. Pyth. V. 96. Nacti erant posteri sedes in Laconicâ, et *Amyclas* obtinuerant.

In v. 123, enallage temporis est, res præterita tanquam præsens, *ναίοντες, qui olim habitarunt, οἱ ναιόμενοι.* Etiam ἔσχον vi plusquamperfecti: nam ad colonorum, qui ex Peloponneso venerant, majores hoc spectat. Sæpe hoc animo tenendum erat; ut Nem. IX. 130, φεῦγε, *fugerat.*

etiam, O Musa, eidem Dinomeni, Catanes instauratæ, Ætnæque cognominatæ, regi, gratum hymnum excogitemus:

STROPHE IV. 118—129.

cui quidem pater Hiero urbem illam, divinâ libertate donatam, et Laconicis legibus institutam, tradidit, collocatis in eâ Geloïs, Megarensibus, et Syracusiis, qui Doriensium erant coloni. Neque enim aliam instituendæ reipublicæ rationem sequi potuisset: cùm illi Pamphyli et Heraclidarum posteri, Laconicæ regionis incolæ Dorienses, in statutis ab Ægimio Pamphyli patre legibus permanere velint. Quas fortunati illi homines, ex Pindo ad

Λευκοπώλων Τυνδαριδᾶν βαθύδο-
ξοι γείτονες, ὧν κλέος ἄν-
θησεν αἰχμᾶς.

Α. δ'. Κ. ιβ'.

Ζεῦ, τέλει αἰεὶ δὲ τοιαύ-
ταν Ἀμένα παρ' ὕδωρ
Αἶσαν ἀστοῖς καὶ βασιλεῦ-
σιν διακρίνειν ἔτυμον λόγον ἀνθρώπων.
Σύν τοί τίν κεν ἁγητὴρ ἀνὴρ
Υἱῷ τ' ἐπιτελλόμενος δᾶμόν τε γέ- [135. γεραίρων, Ed. Ben.]
ρων τράποι σύμφωνον ἐφ' ἁσυχίαν.
Λίσσομαι, νεῦσον, Κρονίων, ἅμερον
Ὄφρα κατ' οἶκον ὁ Φοί-

130-6. Locus impeditus, in quo expediendo nec olim feliciter versatus sum, nec nunc satisfacio. Sensum sic satis aptum esse video: *Jupiter, fac ut Ætnæa civitas vere Doriensium institutis uti dicatur*. Sed hæc ex verbis extorquenda sunt fidiculis: ut sæpe vidimus sententias satis probabiles ex Pindaro elici, uno et altero verbo tanquam in consilium adhibito, reliquis tacentibus. Mox, v. 134, *σύν τοί τίν κεν*: hiulcum hoc vix a Pindaro proficisci potuit. Conjicere licet multa: verum hariolari non est emendare, nec interpretari.

137, sq. *ἰδὼν* ad Jovem referunt Scholia; mihi videbatur hoc otiosum esse; at hostes a novâ expeditione deterreri possunt recordatione cladis prioris acceptæ. *ὁ Φοίνιξ ὁ Τυρσανῶν τ' ἀλαλατὸς* dictus pro *copiis navalibus et terrestribus Carthaginiensium et Etruscorum*; ese *viderant* cladem ad Cumas acceptam.

Peloponnesum et Laconiam occupandam profecti, attulerunt, ibique habitantes, observârunt: ubi Dioscurorum, qui ex Amyclis, natali solo, sedes in vicinum Argos transtulerunt, celeberrimi vicini evaserunt, et armorum gloriâ floruerunt.

Antistrophe IV. 130—141.

O Jupiter, effice quæso, ut cùm populus Ætnæus, tum reges ejus, prope fluvium Amenam habitantes, hujusmodi prosperâ fortunâ in perpetuum fruantur: et reipsâ comprobent verum esse quod dicunt homines, ipsos libertatem servare, legesque Laconicas observare. Quinetiam Siciliæ rex Hiero, tuâ ope adjutus, filium Dinomenem, mandatis paternis obnoxium, regens, Ætnæamque gentem honore cumulans, mutuæ pacis et concordiæ vinculis inter se obliget, quò tranquillitatem, præstantissimum reipublicæ bonum, foveant. Tibi quoque supplico, Saturni fili, ut annuas Phœnicibus

νιξ, ὁ Τυρσανῶν τ' ἀλαλατὸς ἔχῃ,
Ναυσίστονον ὕβριν ἰδὼν,
Τὰν πρὸ Κύμας·

E. δ'. K. ιε'.

Οἷα Συρακοσίων ἀρ-
χῷ δαμασθέντες πάθον.
Ὠκυπόρων ἀπὸ ναῶν
Ὅς σφιν ἐν πόντῳ βάλεθ' ἁλικίαν,
Ἑλλάδ' ἐξέλκων βαρείας
Δουλίας. αἱρέομαι
Πὰρ μὲν Σαλαμῖνος Ἀθηναίων χάριν

[143. πάθον ὠκυπόρων ἀπὸ ναῶν· ὅς, &c. Ed. Ben.]

140-1. ὕβριν pro ἧτταν dixit. Gelonis et Hieronis res gestas in h. l. confundebant veteres et recentiores interpretes. In v. 139—141. respiciuntur soli Etrusci Cumanos bello aggressi, victique ab Hierone, qui Cumanis auxilia misit, navali prælio, Ol. 76. 3. vid. Diodor. XI. 51. At in seqq. simul ad Carthaginienses, et ad hos mox solos, oratio est conversa, victos ad Himeram fl. simul classe incensâ a Gelone, fratribus operam conjunctam præstantibus, Ol. 75. 1. eodem anno et die, quo pugna Salaminis facta. vid. Herodot. VII. 165, seqq. Diodor. XI. 20, seqq. et Schol. h. l. ex Ephoro.

[140. ἰδὼν pro θεασάμενος sumo, et ad Jovem refero. Ben.]

142. οἷα conjunctum esse debebat cum antecedentibus; nunc sunt diversa. Suspicabar copulam excidisse, οἷα Συρακοσίων τ' ἀρ- χῷ, (pro ὑπ' ἀρχοῦ, a Gelone) δαμασθέντες πάθον· ὠκυπόρων ἀπὸ ναῶν ὅς σφιν, &c. ut sequentia penderent a superioribus: ὄφρα ὁ ἀλαλατὸς ἰδὼν ὕβριν, οἷά τι πάθον. Videbatur mihi hoc lyrico convenientissimum esse; qui idem plura ac diversa cumulata brevibus complecti, structuram autem mutare, et in diversis membris novare solet. Sed in hoc nemini meum sensum obtrudo. Ad rem conf. Nem. XI. 66, sqq. ἀλαλατὸς v. 139. pro exercitu poni, nihil habere potest, quod mirationem faciat; est perpetuum hoc poëtarum, ut θόρυβον, κλόνον, κυδοιμὸν, et similia; ἀλαλὰν inf. Nem. III. 104. pro pugnâ et pro acie pugnantium memorent.

147, sqq. Ἀθηναίων μισθὸν αἱρέομαι χάριν (τὴν) πὰρ Σαλαμῖνος, *Atheniensium laudem*, (si Atheniensium laus mihi celebranda est) *præfero* (αἱρέομαι, præ omnibus aliis laudo) *decus* (χάριν) *ex pugnâ ad Salaminem; Spartanorum vero*, (ἐν Σπάρτᾳ, pro, τῶν Σπαρτιατῶν) *celebrabo pugnam ad Platæas; at Dinomenis liberis a pugnâ ad Himeram laudes sunt petendæ.* cf. var. lect. μισθὸν dixit pro præmio, laude ex victoriâ; ut Nem. VII. 93. cf. Isthm. I. 71, sq. Sic aliquoties ἄποινα.

et Tyrrhenis, bello non ita pridem vexatis, tranquillâ in domo considere, intuitus cladem illam quam ante Cumas navali prælio acceperunt:

Epod. IV. 142—156.

quando Hiero, Syracusanus tyrannus, veloci classe militibus instructâ, ad Cumæorum, quos illi oppressuri videbantur, defensionem, florentem juventutem in mare projectam perdidit; et hanc Græciæ regionem a gravi servitute imminenti liberavit. Memorabiles sanè sunt clades, Persarum ad Salaminem; ita ut mercedem in gratiam Atheniensium, pro barbaris ibi

Μισθόν· ἐν Σπάρτᾳ δ' ἐρέω
Πρὸ Κιθαιρῶνος μάχαν·
Ταῖσι Μῆδοι μὲν κάμον ἀγκυλότοξοι·
Παρὰ δὲ τὰν εὔυδρον ἀκτὰν
Ἱμέρα, παίδεσσιν ὕμνον
Δεινομένευς τελέσαις,
Τὸν ἐδέξαντ' ἀμφ' ἀρετᾷ,
Πολεμίων ἀνδρῶν καμόντων.

Σ. έ. Κ. ιβ'.

Καιρὸν εἰ φθέγξαιο, πολλῶν
Πείρατα συντανύσαις
Ἐν βραχεῖ, μείων ἕπεται
Μῶμος ἀνθρώπων. ἀπὸ γὰρ κόρος ἀμβλύνει
Αἰανὴς ταχείας ἐλπίδας.

157, seqq. Sententiarum ordo sic decurrere videtur: *Laudes adhuc Hieronis percurri; molestas quidem auditu invidis; enimvero summâ brevitate usus sum.* Hac se, insigni cum arte, uti, poëta aliquoties declarat: vid. Pyth. IV. 439, seqq. IX. 133. sqq. qui locus prorsus cum hoc convenit. cf. Nem. IV. 53—66. X. 35, seq, Pyth. VIII. 40, sq. Ait adeo γνωμικῶς: *si breviter*, καιρίως, *laudes celebraveris, complexus potissima capita paucis: minus faciunt illæ invidiam. Contra vero, fastidium molestum* (productæ laudis) *obtundit animos*, offendit.

162. Ordo verborum: 'Αστῶν δὲ μάλιστα θυμὸν βαρύνει ἀκοὰ ἐπ' ἀλλοτρίοις ἐσλοῖς κρυφίαν, pro quo, θυμὸν κρύφιον. vulgare erat ἀκοὰ ἐσθλῶν ἀλλοτρίων.

profligatis, et liberatâ Græciâ, reposcere liceret. Item Medorum sagittariorum ad Platæas ante Cithæronem; adeò ut Lacones, ob partam in istos victoriam, meritò prædicarem. Sed res, ab Hierone, aliisque ejus fratribus, Dinomenis filiis, ad Himeram, præclarum Siciliæ fluvium, adversus Pœnos gestæ, non sunt minoris momenti: adeò ut meritò illos decorem hymno, quem, præcipitatis in mare hostibus, pro tam insigni fortitudinis specimine, jure sibi acquisiverunt.

Strophe V. 157—168.

Quorum quidem virtutem multis persequi possem: verùm res quas gesserunt, satius est paucis complecti, ad declinandam nimiæ laudis invidiam. Etenim quisquis res multas dicendo in pauca verba opportunè contrahit, in nullam hominum reprehensionem incidit. Sed verborum copia et orationis prolixitas est fastidiosa, celeresque hominum mentes obtundit. Quanquam autem fama clarorum virorum animis civium plerumque est molesta, quo-

Ἀστῶν δ' ἀκοὰ κρύφιον θυμὸν βαρύ-
νει μάλιστ' ἐσλοῖσιν ἐπ' ἀλλοτρίοις.
Ἀλλ' ὅμως, κρέσσων γὰρ οἰκτιρμῶν φθόνος,
Μὴ παρίει καλά. νώ-
μα δικαίῳ πηδαλίῳ στρατόν. ἀ-
ψευδεῖ δὲ πρὸς ἄκμονι χάλ-
κευε γλῶσσαν.

A. ί. K. ιβ'.

Εἴ τι καὶ φλαῦρον παραιθύσ-
σει, μέγα τοι φέρεται
Πὰρ σέθεν. πολλῶν ταμίας
Ἐσσί· πολλοὶ μάρτυρες ἀμφοτέροις πιστοί.
Εὐανθεῖ δ' ἐν ὀργᾷ παρμένων,

[164. *κρέσσων γὰρ*, &c. In hanc sententiam Palladas; *ὁ φθόνος οἰκτιρμοῦ, κατὰ Πίνδαρον, ἐστὶν ἀμείνων. Οἱ βασκαινόμενοι λαμπρὸν ἔχουσι βίον, τοὺς δὲ λίαν ἀτυχεῖς οἰκτείρομεν.* Ben.]

165. Poëta commendat justitiæ et veritatis studium. *καλὰ*, sunt studia honesta, h. e. laudum.

[*μὴ παρίει καλά.* Hoc monitu excitatur Hiero ut apud se dicat quod apud Eurip. *φθονοῦ σὺ ὄλβον, φθονεῖσθαι δὲ θέλοιμι ἂν ἐπ' ἐσθλοῖς.* Uno verbo monet Hieronem ne, ad vitandam invidiam, res præclaras non capessat. Et hoc convenit cum Horatii sententiâ; *Invidiam placare paras virtute relictâ? contemnêre miser.* Ben.]

167. Durissimus tropus! *acue linguam* ad vera dicenda. Pro hoc: *in incude veritatis, procude verba vera.* De his v. dicta ad Ol. VI. 142.

169. *παραιθύσσει* videtur adhuc ad eandem metaphoram spectare, a scintillis petitum, quæ cudendo ferro emicant: nisi hoc nimis acute dictum est. Potest tamen esse vel, *εἴτι φλαυρὸν παραιθύσσει πὰρ σέθεν*, vel, *εἰ ἡ γλῶσσα παραιθύσσοι τι*, transitive, ut Ol. X. 88, 89. *μέγα φέρεται, πὰρ σέθεν*, *quia a te profectum illud est.* Desciverat autem Hiero ab candore et integritate fratris Gelonis: Diod. XI. 67. Inde 172. *ἀμφοτέροις*, *veris et falsis*, ex vss. 165, et 169. nam *φλαυρὸν*, vi oppositi, est pro *ψεῦδος*.

niam alienis bonis facilè invident, cave tamen rerum præclararum studium negligas et omittas, O Hiero. Nam satius est ut tibi, virtutis nomine, invideant, quam ut, ob vitia, comitesque illorum calamitates, tui misereantur. Rerum autem præclararum has potissimum capesse. Subditos tuos justo rectarum legum gubernaculo rege. Veritatem in promissis sectare.

ANTISTROPHE V. 169—180.

Nam siquid a te perperam leviterque committeretur, magni momenti videretur; siquidem *omne animi vitium tantò conspectius in se crimen habet, quantò qui peccat major habetur*; sicut tu, qui numeroso populo imperas: quem, subditosque, multi testes, fide digni, circumspiciunt.

Εἴπερ τι φιλεῖς ἀκοὰν ἁδεῖαν ἀ-
εὶ κλύειν, μὴ κάμνε λίαν δαπάναις·
Ἐξίει δ᾽ ὥσπερ κυβερνάτας ἀνὴρ
Ἱστίον ἀνεμόεν.
Μὴ δολωθῇς, ὦ φίλε, κέρδεσιν εὐ-
τραπέλοις. Ὀπιθόμβροτον αὔ-
χημα δόξας

E. ε΄. K. ιε΄.

Οἶον ἀποιχομένων ἀν-
δρῶν δίαιταν μανύει
Καὶ λογίοις καὶ ἀοιδοῖς·
Οὐ φθίνει Κροίσου φιλόφρων ἀρετά.
Τὸν δὲ ταύρῳ χαλκέῳ καυ-

178. Monet poëta Hieronem, ne adulatorum vocibus aures præbeat. v. 178, κέρδη non sunt de lucro, sed, quod jam monuere viri docti, de adulatorum, qui εὐτράπελοι, *faceti* ipsi sunt, fraudibus intelligenda. Concinit Diod. XI. 67. *Qui successerat Geloni, Hiero, fratrum natu maximus, non eandem imperandi rationem sequutus est,* ἦν γὰρ φιλάργυρος καὶ βίαιος, καὶ καθόλου τῆς ἀπλότητος καὶ καλοκἀγαθίας τἀδελφοῦ ἀλλοτριώτατος. Lucem hinc fœnerantur et alia loca, Pyth. II. et III. Duplici autem modo sententia constitui potest: aut sic: *Noli te pati circumveniri fraudulentis adulatorum blanditiis*, laudibus. Non adulatorum voces, sed *gloria post mortem superstes, a poëtis et historicis tradita, declarat posteris, qualis aliquis fuerit.* Ita accipiendum (ἐν) λογίοις καὶ ἀοιδοῖς, ex perpetuo more pro, διὰ λογίων κ. ἀ. Sunt autem λόγιοι historici, puto. Etiam sic, N. VI. 51. Commentator sententiæ est Diodor. XI. 38. Ex alterâ ratione, si λογίοις καὶ ἀοιδοῖς tertius casus sit, quibus traduntur a famâ mortuorum regum laudes, sententia exoritur hæc: *ut ea post mortem demum ad poëtas et historicos perveniat, iisque declaret, qualis vita regum fuerit.* Hæc interpretatio molestior est, et hoc quoque incommodi habet, quod et *viventes* reges ab historicis et poëtis celebrari possunt et celebrantur.

184. *Crœsus adhuc laudatur propter benevolentiam et facilitatem.* Videntur hospites eum adiisse plures, exemplo Solonis; et forte eodem spectant munera per urbes et templa Græciæ ab eo dedicata.

In primis verò, generosis insistens moribus, si benè apud homines audire amas, ne te pigeat sumptus facere: sed, ut principem virum decet, vela liberalitatis expande, nec te inhonesti lucri studio decipi sine. Quæ si diligenter observâris, honesta tui memoria nunquam morietur. Nam rerum benè gestarum gloriosæ laudes,

Epod. V. 181— *ad fin.*

scriptis vel historicis vel poëticis mandantur, quibus vita defunctorum declarata posteris innotescit. Sic illa Crœsi virtus, cum comitate conjuncta, nunc etiam integra prædicatur, et nostris auribus insonat. Sed insigniter

τῆρα νηλέα νόον
Ἐχθρὰ Φάλαριν κατέχει παντᾶ φάτις.
Οὐδέ μιν φόρμιγγες ὑπω-
ρόφιαι κοινωνίαν
Μαλθακὰν παίδων ὀάροισι δέχονται.
Τὸ δὲ παθεῖν εὖ, πρῶτον ἄθλων·
Εὖ δ' ἀκούειν, δευτέρα μοῖ-
ρ'. ἀμφοτέροισι δ' ἀνὴρ
Ὃς ἂν ἐγκύρσῃ, καὶ ἕλῃ,
Στέφανον ὕψιστον δέδεκται.

[188. οὐδέ μιν, &c. Prosâ dicas, οὐδὲ αὐτὸν αἱ ἐπιχώριαι κιθάραι δέχονται εἰς κοινωνίαν ἡδεῖαν ταῖς τῶν παίδων ὁμιλίαις, καὶ τοῖς ὕμνοις παρὰ τοῖς συμποσίοις. BEN.]

188—190. In carminibus juvenum, inter epulas cani solitis, nulla Phalaridis fit mentio. κοινωνίαν: οὐ δέχονταί μιν κοινωνὸν, quatenus non admittunt ejus nomen in carmine, nec adjungunt aliis quos celebrant; adeoque omnino non eum memorant. μαλθακὰν, *suavem*, (ἐν) παίδων ὀάροισι, *cantibus inter epulas*. hinc epitheton ὑπωρόφιαι.

191. *Bonum successum habere, prima est felicitas.* ἄθλον, *præmium, bonum.* Præclare *factorum laudatores habere, proxima felicitas.* εὖ παθεῖν: conf. ad Pyth. III. 186. Sententia et ab aliis expressa: forte ante oculos locus fuit Euripidis Hippol. 1016, sq.

odiosum est nomen Agrigentini illius tyranni immanissimi, qui æneo tauro hospites crudeliter comburebat. Ita ut eum pueri nec citharâ domi celebrare, nec suavibus sermonibus immiscere dignentur; adeò est indignus qui hominum in ore versetur. Quare quisquis, studio virtutis addictus, rem prosperè gesserit, præstantissimum nactus erit et primum laborum præmium. Siquidem virtus optima sibi est merces. Quod si præterea apud bonos, imo apud quosvis, benè, ob scriptorum commendationem, audiat, secundam felicitatem obtinuerit. Quibus ambobus si simul fruatur, summum felicitatis gradum, et fortunæ apicem illustrissimum, ita ut ulteriùs promoveri non liceat, gloriosissimè attigerit.

Π Υ Θ Ι Α.

Εἶδος β'.

ΤΩ ΑΥΤΩ ἹΕΡΩΝΙ

Ἅρματι.

ARGUMENTUM.

Ad Syracusas conversus poëta, se eis hymnum ferre propter Hieronis victoriam curulem nuntiat — 23. deberi Hieroni hymnum propter summa viri merita: quod illustrat antiquo Ixionis dicto, qui ingrati animi pœnas luit. Inde a v. 89. sententias subjungit, quibus narrationem firmet; et a v. 96, se ab opprobrio maledicentiæ in heroëm purgat. Inde v. 101. ad Hieronis laudes progreditur: contigisse ei sapientiam cum virtutis et fortunæ bonis. A v. 125. bona consilia et monita subjungit.

Σ. α'. Κ. ιε'.

Μεγαλοπολιες ὦ Συρά-
κοσαι, βαθυπολέμου
Τέμενος Ἄρεος, ἀνδρῶν
Ἵππων τε σιδαροχαρμᾶν
Δαιμόνιαι τροφοί·
Υ̓́μμιν τόδε τᾶν λιπαρᾶν ἀπὸ Θηβᾶν
Φέρων μέλος ἔρχομαι
Ἀγγελίαν τετραορίας ἐλελίχθονος·
Εὐάρματος Ἱέρων ἐν ᾇ κρατέων

NOTÆ HEYNIANÆ;

Interpositis Quibusdam BENEDICTINIS.

Quibus ludis victoria hæc curulis (nam curulem fuisse dubitari nequit) parta fuerit, disputant grammatici ad v. 9. Ex voc. πώλους, v. 15, nolim argumentum petere; nam poeticè pro ἵππος omninò dicitur sæpè. Constat certè inter eos, Pythicam non fuisse, et carmen aliundè alieno loco esse insertum. Thebis fuisse missum, carmen ἐπιστολιμαῖον, e v. 6, et 125. intelligitur: cujus generis tamen fuere plura in hoc ipso volumine. Quàm idoneum tale carminis genus sit lyricæ poësi, equidem non dicam. Inter ἐγκώμια fuisse suspicetur aliquis, ex v. 24, seqq. Ad. v. 127. ὑπορχηματικὸν facit grammaticus; fuere autem Pindari ὑπορχήματα: vid. Fragmenta, p. 26, sqq. et p. 7. Ipse poëta Καστόρειον appellat, v. 127; quod nomen æquè obscurum est, et probabile fit nihil aliud significare quam ἱππικόν. Ol. I. 163. ἱππικῷ νόμῳ. cf. Pyth. XI. 92. Isthm. I. 21. ἢ Καστορείῳ ἢ Ἰολάου ἐμαρ. Non enim eo modo licet accipere, quo τὸ Καστόρειον μέλος dictum fuit apud Lacedæmonios, quod ad rhythmum ἐμβατήριον est referendum: carmen quod canebatur instante prælio. Apud Plutarch. in Lycurgo, p. 53. prælio jam committendo, rex jubet τοὺς αὐλητὰς αὐλεῖν τὸ Καστόρειον μέλος. vid. eund. de Musicâ, Opp. tom. II. p. 1140. C. Pollux, IV. 78. cf. Klotz ad Tyrtæum, p. 166. Omninò in Hieronem carmina fuere Pindari plura; ut nolim hariolando otium perdere. vid. Fragmenta, p. 7, sqq.

[1. Συράκοσαι, ob metrum, pro Συρακοῦσαι. Damm. Lex.]

3. Syracusæ τέμενος Ἄρεος, non, puto, quia in Martis tutelâ erant, aut ejus cultu insignes; sed simpliciter, quia bellicosi erant Syracusani; ut de Locris, Ol. X. 19. μέλει δέ σφισι χάλκεος Ἄρης.

PARAPHRASIS BENEDICTINA.

Strophe I. 1—15.

O Syracusæ, civitas amplissima, urbs maxima, ex quatuor urbibus, Achradinâ, Neapoli, Epipolis, et Tyche, conflata, quas subactas Archias in unam redegit; Syracusæ, bellicosis viris refertæ, divinæ altrices virorum equis ferroque gaudentium, ad vos fœcundis ex Thebis venio, vobisque hoc carmen affero, quo laudes Hieronis prædico, quas meritus est, quando-

Τηλαυγέσιν ἀνέδησεν Ὀρ-
τυγίαν στεφάνοις,
Ποταμίας ἕδος Ἀρτέμιδος·
Τᾶς οὐκ ἄτερ κείνας ἀγαναῖσιν ἐν
Χερσὶ ποικιλανίους
Ἐδάμασσε πώλους.

A. α'. K. ις'.

Ἐπὶ γὰρ ἰοχέαιρα παρ-
θένος χερὶ διδύμᾳ,
Ὅ τ' ἐναγώνιος Ἑρμᾶς,
Αἰγλᾶντα τίθησι κόσμον,
Ξεστὸν ὅταν δίφρον
Ἔν θ' ἅρματα πεισιχάλινα καταζευ-
γνύῃ σθένος ἵππιον,
Ὀρσοτρίαιναν εὐρυβίαν καλέων θεόν.

12. *Ortygiam* insulam, ποταμίας ἕδος Ἀρτέμιδος. nam Dianæ fuit ea insula sacra, Diod. V. 3. unde Ortygia Nymphas inter Dianæ, inf. Nem. I. 3. Et erat Dianæ templum in insulâ: vid. ap. Dorvill. Sicul. p. 196, sq. ποταμίας, τῆς Ἀλφειώας ait Schol.—Noti sunt amores Alphei Peloponnesii fl. et Arethusæ fontis Ortygiæ. Diana Alphea colebatur in Elide, Paus. VI. 22. Ambit tamen insulam Anapus fluvius.

Quod v. 16, seq. Diana, Mercurius, et Neptunus quadrigas ad certamen adornant, ut ad Isthmia hoc trahatur, vellem esse aliquid quod cogat ita statuere; etsi et in templo Neptuni Isthmii signa eorum deorum memorantur ap. Paus. II. 2. At benè Diana memorata est, quia ejus templum in Ortygiâ erat; Mercurius propter certamina, unde ἐναγώνιος dictus; et Neptunus propter equos domitos, ut toties: Pyth. VI. 49, sq. Ol. V. 49.

[20. ξεστὸν, &c. Hoc est, ὅταν εἰς ξεστὸν δίφρον, καὶ ἅρματα χαλινοῖς πειθόμενα καταζευγνύῃ σθένος ἵππιον, τὸν Ποσειδῶνα καλέων. BEN.]

quidem, curuli certamine felix, ita quadrijugum currum, terram concutientem, agitavit et direxit, ut victoriâ potitus sit, et coronam adeptus; unde Ortygiæ, ubi equos alit, splendidissima lux accessit; et longè latèque inclaruit sedes, ubi positum est simulacrum fluvialis Dianæ: sine cujus ope, ejus quæ etiam est equestris, equos, variegatis habenis ornatos, placidis manibus non domuit.

ANTISTROPHE I. 16—30.

Etenim illa sagittis venatricis gaudens virgo, et Mercurius, certaminum præses, manibus ambabus coruscum et splendidum adhibet ornamentum, quando Neptunum, longè latèque potenti imperio valentem, et tridente terram concutientem Deum, invocans, robustos equos vel ad bigas vel ad quadrigas, eorum currum trahentium habenis obedientes, jungit. Cæterum

Ἄλλοις δέ τις ἐτέλεσσεν ἄλλος ἀνὴρ
Εὐαχέα βασιλεῦσιν ὕ-
μνον, ἄποιν' ἀρετᾶς.
Κελαδέοντι μὲν ἀμφὶ Κινύ-
ραν πολλάκις φᾶμαι Κυπρίων, τὸν ὁ
Χρυσοχαῖτα προφρόνως
Ἐφίλασ' Ἀπόλλων

E. α'. K. ιδ'.

Ἱερέα κτίλον Ἀφροδίτας,
Ἄγει δὲ χάρις φίλων
Ποί τινος ἀντὶ ἔργων
Ὀπιζομένα· σὲ δ', ὦ Δεινομένειε παῖ,

24. ἐτέλεσσεν, pro τελεῖ. *Alii poëtæ celebrant alios. Hiero celebratur a Locris propter merita in eos:* depulso Anaxilao tyranno, qui bello eos oppugnare aggressus erat Præparat autem sententiam: inter omnes alios Hieronem esse celebrandum. *Resonant*, adeoque *cdnuntur*, φᾶμαι ἀμφὶ Κινύραν, *carmina in Cinyram*, ex solenni vocis usu in hymnis: ut Hymn. in Bacchum: ἀμφὶ Διώνυσον — μνήσομαι. et XX. ἀμφὶ Ποσειδάωνα θεὸν μέγαν ἄρχομ' ἀείδειν. Eurip. Troad. 511, et alibi. Sicque ἀμφὶ ἄνακτα, et e Terpandro, ἀμφί μοι ἄνακτα, sc. cane, Musa; ut in Hymn. Hom. XVII. ἀμφί μοι Ἑρμείαο φίλον γόνον ἔννεπε Μοῦσα. Aliter se habet ἀμφὶ ἄναξ, h. ἀμφί μοι ἴσο, *ades mihi:* ut in Aristoph. Nub. 595. Ἀμφί μοι αὖτε Φοῖβε ἄναξ. Confusa passim hæc. Mingarell. malit Κύπριον—Κινύραν, agi enim de regibus omninò a poëtis laudatis, non a poëtis Cypriis sigillatim. Occurres, si carmina a Cypriis cani solita intelligas. Idem v. 31. ἱερέα Ἀφροδίτας ad templum Veneris a Cinyrâ conditum refert, cujus ipse sacerdos fuerit. Fabulæ de Cinyrâ esse debuere plures et variæ: vid. Meurs. in Cypro, II. 11; modo is Veneris fuit amasius, modo Apollinis, ut h. l. vid. Notas ad Apollodor. p. 825. et paulo ante, 822, 3. Præferam adeò distinctionem ἐφίλασ' Ἀπόλλων ἱερέα, κτίλον Ἀφροδίτας, tanquam simpliciorem, et credam, Pindarum diversam a vulgari rationem esse amplexum. De voce κτίλος multa videri possunt ad Hesych. h. v. ad Herod. IV. p. 331. add. Schol. ad Pindar. h. l. ad Nicand. p. 23. ad Iliad. γ. 196. Sufficit h. l. esse *amasium, delicias.*

[33. ποίτινος, Ed. Ben. et Damm. Lex. Heynius h. l. ita reddit: *Impellit verò ad hoc pietas gratiam referre studens alicui pro beneficiis acceptis.*]

alii poëtæ alios reges dulcisono hymno prosequuntur, quò meritum virtutis præmium illis pendant. Et sic quidem plerumque Cyprii poëtæ sonoro carmine decorant regem suum Cinyram, quem propenso animo dilexit aureis capillis insignis Apollo,

EPOD. I. 31—44.

sacerdotem Veneris, virum, non secus ac aries aliquis gregis dux, eximium, illius familiarem. Ac illi quidem ad hujusmodi præconia laudum impelluntur, ut pro beneficiis acceptis gratiam referant, quæ a gratis animis statim proficiscitur. Te vero, fili Dinomenis Hiero, ante ædes laudant Zephyriæ

Ζεφυρία πρὸ δόμων
Λοκρὶς παρθένος ἀπύει,
Πολεμίων καμάτων ἐξ ἀμαχάνων
Διὰ τεὰν δύναμιν δρακεῖσ' ἀσφαλές. [38. δραμεῖσ', Damm. Lex. sub voce δρέμω.]
Θεῶν δ' ἐφετμαῖς
Ἰξίονα φαντὶ ταῦτα
Βροτοῖς λέγειν ἐν πτερόεντι τροχῷ
Παντᾶ κυλινδόμενον·
Τὸν εὐεργέταν ἀγαναῖς ἀμοιβαῖς
Ἐποιχομένους τίνεσθαι.

Σ. β'. Κ. ια'.

Ἔμαθε δὲ σαφές. εὐμενέσ-
σι γὰρ παρὰ Κρονίδαις
Γλυκὺν ἑλὼν βίοτον, μα-
κρόν γ' οὐχ ὑπέμεινεν ὄλβον,

35. πρὸ δόμων, in solennibus publicis; puellarum choro ducto, aut in choreis puellaribus.

38. δρακεῖσ' ἀσφαλὲς, metu liberata, adeoque *vultu erecto*, hilari, secura ipsa et rebus fidens.

39, seq. φαντὶ δὲ Ἰξίονα κυλινδόμενον ἐφετμαῖς θεῶν, &c. Ex dicto Ixionis videtur Virgilius petiisse suum: *Discite justitiam:* Æn. VI. 620. ubi conf. et ad Georg. IV. 424. Ad nostrum v. Schol. Od. φ. 303. et Schol. Eurip. Phœn. 1197. pleniora ap. Musgrav. ad v. 1220. alia apud Morell. ad Aristid. in Leptin. p. 96.

43. δεῖν τοὺς βροτοὺς τὸν εὐεργέτην ἐποίχεσθαι (*afficere*, ut Ol. III. 72.) ἀμοιβαῖς ἀγαναῖς, *benevolâ retributione*, καὶ τίνεσθαι, h. e. ἀνταμείβεσθαι. Et mox, ἔμαθε τοῦτο σαφὲς, σαφῶς, sc. ὅτι δεῖ τοὺς εὐεργέτας ἀνταμείβεσθαι. Nam ipse, quod diis gratiam nullam retulerat, ingrati animi pœnas luit in inferis. Similis carminis color erat sup. Ol. I. 87, sq. ubi καταπέψαι μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυνάσθη. Mox, 47. ἑλὼν poëtæ idem quod ἔχων, ut aliquoties.

Locrenses virgines, idque grati animi causâ, quòd, post felicem dubii belli eventum, nunc intuentur securitatem, cujus ipsis auctor fuisti, quando, missis ad Rheginorum regem Anaxilam, a quo obsidebantur, legatis, ut obsidionem solverent obtinuisti. Ac sanè quod æquum est, illæ fecerunt; quandoquidem gratum animum ipsi Dii commendant; quorum jussu Ixion, dum in celeri rotâ volutatur, monet homines ut parem gratiam referant, et beneficium beneficio rependant.

Strophe II. 45—59.

Suo autem periculo, imò damno, perspicuè didicit, benefactori esse vicissim benefaciendum. Cum enim per Jovis, Saturni filii, benevolentiam et humanitatem, expiato ejus homicidio, in consortium Deorum esset

Μαινομέναις φρεσὶν
Ἥρας ὅτ' ἐράσσατο, τὰν Διὸς εὐναὶ
Λάχον πολυγαθέες·
Ἀλλά νιν ὕβρις εἰς ἀάταν ὑπεράφανον
Ὦρσεν. τάχα δὲ παθὼν ἐοικότ' ἀνὴρ
Ἐξαίρετον ἕλε μόχθον. αἱ
Δύο δ' ἀμπλακίαι
Φερέπονοι τελέθοντι· τὸ μὲν,
Ἥρως ὅτι τ' ἐμφύλιον αἷμα πρώ-
τιστος οὐκ ἄτερ τέχνας
Ἐπέμιξε θνατοῖς·

A. β'. K. ιε'.

Ὅτι τε μεγαλοκευθέεσ-
σιν ἔν ποτε θαλάμοις

51. λάχον itidem pro ἔχουσιν: ἢ ἔχεται ἐν εὐνῇ. Ita verba vulgaria abhorret poëta.

52. *Animi felicitate ferocientis insolentia in magnam calamitatem eum adduxit:* ὑπερήφανον pro *ingens* accipere præstat, quàm *stultitiam arrogantiæ plenam*. τάχα δὲ pro γάρ.

56. φερέπονοι τελέθοντι, pro ἐγένοντο. ἔφερον αὐτῷ πόνον. τὸ μὲν, ὅτι τε, et v. 60. (τὸ δὲ) ὅτι τε μεγάλοις ἐν θαλάμοις.

57. ἐμφύλιον αἷμα pro φόνον, et οὐκ ἄτερ τέχνας, h. σὺν τέχνῃ, *necem ex dolo ac fraude*, accipio, quam *primus intulit inter homines:* primus perpetravit: Deioneo socero, dotem postulante, fossâ prunis plenâ concremato. vid. Schol. ad h. l. Schol. Apollon. Arg. III. 62. Schol. Eurip. Phœn. 1192. cf. ad Hygin. fab. 57. van Stav. p. 121.

admissus, et suavi illorum conversatione donatus, felicitatem illam non diù servavit inoffensam. Sed, nescio quâ mentis insaniâ percitus, Junonis, quæ solius Jovis conjugium jucundum est sortita, amore flagravit. Cui quòd stuprum obtulisset vir ille insolens, damnum ingens accepit, et meritâ, eâque gravi, pœnâ statim est mulctatus. Atque hic quidem duorum scelerum fuit conscius, reusque, ob quæ labori illi ærumnoso est addictus. Nam primus inter Græcos cognato sanguine sese contaminavit, quando Deioneum socerum, pro datâ uxore munera acrius efflagitantem, ad simulatum convivium invitavit, ac si illa traditurus esset; attamen in foveam carbonariam, igni intus occultato, et tenuissimis trabibus superius instratam, miserum dolosè detrusit.

Antistrophe II. 60—74.

Deinde Junonem, Jovis uxorem, stuprare conatus est, in ejus thalamis

Διὸς ἄκοιτιν ἐπειρᾶ-
το. χρὴ δὲ καθ' αὑτὸν αἰεὶ
Παντὸς ὁρᾶν μέτρον.
Εὐναὶ δὲ παράτροποι ἐς κακότατ' ἀ-
θρόαν ἔβαλον ποτὶ
Καὶ τὸν ἵκοντ'. ἐπεὶ νεφέλᾳ παρελέξατο,
Ψεῦδος γλυκὺ μεθέπων, ἄϊδρις ἀνήρ·
Εἶδος γὰρ ὑπεροχωτάτᾳ
Πρέπεν οὐρανίᾳ
Θυγατέρι Κρόνου· ἅν τε δόλον
Αὐτῷ θέσαν Ζηνὸς παλάμαι, καλὸν
Πῆμα. τὸν δὲ τετράκνα-
μον ἔπραξε δεσμόν,

[63. *χρὴ δὲ καθ' αὑτὸν*, &c. In prosâ sic dicas; *χρὴ δὲ καθ' αὑτοῦ δύναμιν τὸ μέτρον σκοπεῖν, καὶ μὴ τῶν ὑπὲρ δύναμιν ἱμείρεσθαι.* Gnome quâ mediocritas et modestia commendatur. Quam sic expono ex Horatio; *metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.* Similem huic Pindari sententiam Delphis a Chilone inscriptam fuisse monet Schol. Ben.]

63, 4. Quod vulgari modo diceres: Fecit autem id temerè, nec pro conditionis mortalis modulo. Similis sententia, Pyth. III. 106, sq.

66. Constitueram locum sic: *εὐναὶ δὲ παράτροποι ἐς κακότατ' ἀθρόαν ἔβαλον. ποτὶ καὶ τὸν ἵκοντ'. ἐπεὶ νεφέλᾳ*, &c. ut sit: *ἔβαλον· (ἐμβάλλουσι) προσίκοντο καὶ τὸν (ἐπὶ τοῦτον).* Vitium tamen subest. cf. var. lect.

70. Nubes *ἔπρεπε (κατὰ τὸ) εἶδος, similis erat Junoni*: ut jam Schol. *ὁμοία ἦν.* Usum hunc vocis illustrârunt jam viri docti, Jacobs l. c. p. 37. etiam Gedike laudabat Eurip. Alcest. 1121. *εἴ τι σοὶ δοκεῖ πρέπειν γυναικί.*

[71. *ἅν τι δόλον.* Hoc est, *ἥντινα νεφέλην εἰς δόλον αὐτῷ ἔθεσαν αἱ τοῦ Διὸς χεῖρες*, seu *τέχναι.* Ben.]

73. *τὸν δὲ* pro *γάρ.* Nam *arcessivit sibi* Ixion *rotam* cui illigatus est. *χαλκέους δεσμοὺς* dixit Apollon. III. 62.

amplissimis, et magna penetralia habentibus, nullâ illius magnitudinis, nullâ suæ conditionis, sed flagitiosæ tantum cupiditatis, habitâ ratione. Attamen *metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.* Cæterùm non legitimi sed perversi concubitus, istum qui ad eos accessit in repentinam calamitatem conjecerunt, postquam cum nube rem habuit, falsò Junonem esse ratus, et nesciens se illius dulce simulacrum amplecti. Nam illa nubes erat Junoni cœlesti, filiæ præstantissimæ Saturni, simillima, et Jovis arte ad illius speciem exquisitissimè effecta, ut sic deceptum pulchritudine virum in perniciem conjiceret. Porrò Ixion rotam fecit quatuor habentem radios, quorum duobus manus, duobus pedes, alligarentur,

E. β'. K. ιδ'.

Ἐὸν ὄλεθρον, ὄγ'· ἐν δ' ἀφύκτοι-
σι γυιοπέδαις πεσὼν,
Τὰν πολύκοινον ἀνεδέ-
ξατ' ἀγγελίαν. ἄνευ δ' οἱ Χαρίτων τέκε
Γόνον ὑπερφίαλον,
Μόνα, καὶ μόνον, οὔτ' ἐν ἀν-
δράσι γερασφόρον οὔτ' ἐν θεῶν νομοῖς·
Τὸν ὀνύμαξε τράφοισα Κένταυρον. ὃς
Ἵπποισι Μαγνη-
τίδεσσιν ἐμίγνυτ' ἐν Πα-
λίου σφυροῖς. ἐκ δ' ἐγένοντο στρατὸς
Θαυμαστὸς, ἀμφοτέροις
Ὁμοῖοι τοκεῦσι, τὰ ματρόθεν μὲν
Κάτω, τὰ δ' ὕπερθε πατρός.

78. Monstrosum illum, ἄχαριν, peperit nubes μόνον, cui similis alius non est natus, et ipsa μόνη, cùm nulla alia fœmina tale monstrum ediderit, οὔτ' ἐν ἀνδράσι γερασφόρον, οὔτ' ἐν θεῶν νομοῖς, *non honoratum*, pro, *invisum, detestandum*. Virgilianum: *nec deus hunc mensâ, dea nec dignata cubili est.* Hic Centaurus nondum est formâ equinâ: fœdo tantum est adspectu. At ii, quos ex equabus ille suscepit, sunt veri Hippocentauri, v. 86, sq. Diverso ergo ab aliis modo mythum narrat Pindarus. Mingarellus a monstrosâ formâ hoc ipsum ducit, quod, a puellis non admissus, ferarum amores sequi coactus est. Plutarch. Amator. p. 751. D. locum Pindari non accuratè inspexit, dum ait: χάρις ἡ τοῦ θήλεος ὑπείξις τῷ ἄῤῥενι κέκληται πρὸς τῶν παλαιῶν· ὡς καὶ Πίνδαρος ἔφη τὸν Κένταυρον ἄνευ Χαρίτων ἐκ τῆς Ἥρας γενέσθαι. Atque etiam alter Schol. ad h. l. ἔξω συνουσίας exponit, et usum vocis exemplis declarat. Dici quidem χάριν de amoris usu, notum satis est: illustratum quoque ad Timæum Lexic. Platon. h. v. at non *sine concubitu* natum est hoc monstrum; sed natum illud est *invenustum*.

Vv. 85—88. declarat eos esse διφυεῖς. τὰ μὲν κάτω ἐκ τῆς ἵππου μητρὸς ἔχοντες, τὰ δὲ ὕπερθεν ἐκ πατρὸς Κενταύρου, *corpore equino*, pectore et capite humano, sed fœdo. Non igitur signa Centaurorum venusta ista norat Pindarus, quæ ad nos pervenerunt.

Epod. II. 75—88.

in proprium exitium. Itaque in compedes istos, unde evadere non possent irretita membra, conjectus, hoc præceptum accepit vulgò enunciandum, " ut benefactori vicissim benefacerent homines." Porrò, ex hoc nefando concubitu, nubes sola solum unicumque peperit filium superbum, a quo ita erant alienæ Gratiæ, ut neque apud homines, neque apud Deos, in honore esset; quem nutrix Centaurum appellavit. Qui Centaurus postea, ad Pelii montis radices cum Magnesiis equabus rem habuit, unde prognatum est genus hippocentaurorum admirandum, qui utrisque parentibus similes erant, imâque parte matrem, supernâ patrem, referebant.

Σ. γ'. Κ. ι'.

Θεὸς ἅπαν ἐπὶ ἐλπίδεσ-
σι τέκμαρ ἀνύεται·
Θεὸς, ὃ καὶ πτερόεντα
'Αετὸν κίχεν, καὶ θαλασσαῖ-
ον παραμείβεται
Δελφῖνα· καὶ ὑψιφρόνων τίν' ἔκαμψε
Βροτῶν, ἑτέροισι δὲ
Κῦδος ἀγήραον παρέδωκ'. 'Εμὲ δὲ χρεὼν
Φεύγειν δάκος ἀδινὸν, κακαγοριᾶν.
Εἶδον γὰρ, ἑκὰς ἐὼν, τὰ πόλ-
λ' ἐν ἀμαχανίᾳ
Ψογερὸν 'Αρχίλοχον βαρυλό-
γοις ἔχθεσιν πιαινόμενον. Τὸ πλου-

89. Γνωμολογεῖ poëta ἐπὶ τῷ 'Ιξίονι, respectu v. 71, sq. *Omnia numen exsequitur pro voluntate, lubitu, et quidem celerrimè ac potenter:* hoc 91—96. κίχε pro κιχάνει. Sicque reliqua.

96. De superstitioso metu, ne nimis multus fuerit in probris *heroïs* Ixionis exponendis, accipiendus locus, similis duobus aliis, Ol. I. 82, sq. et Nem. VII. 150, sq.

98. ἑκὰς de tempore. Vixerat Archilochus ante eum cc ferè annis. ἑκὰς ἐών: vulgaris ratio, αὐτὸν ἐόντα ἑκὰς, *qui ante me vixit. Novi eum criminationibus indulgentem sæpè in discrimen esse adductum.* ἐν ἀμαχανίᾳ γίγνοντα. Paulo ante, maledicentiam appellat *infestam belluam,* ἀδινὸν δάκος.

Ab 101, ad laudes Hieronis viam parat generali sententiâ: Τὸ πλουτεῖν δὲ σὺν τύχᾳ πότμου σοφίας ἄριστον. Sententia est expedita; nam sæpè eam recoluit et variavit poëta: εἶναι σοφὸν, καὶ μετὰ σοφίας πλουτεῖν. Nunc invertit eam poëta: πλουτεῖν σὺν σοφίᾳ; pro hoc ornatius erat: σὺν πότμῳ σοφίας. Tum ampliavit: σὺν τύχᾳ πότμου. Ita νιν, v. 105, refero ad τύχαν πότμου σοφίας. De ipsâ laude cf. locum Diodori ad Pyth. I. 179. laudatum.

Strophe III. 89—104.

Ex his quæ in Ixionem ingratum fecit Jupiter, vides quanta sit Dei potentia, qui quæ vult perficit, qui volucrem aquilam, avium præstantissimam, assequitur; qui piscium velocissimum delphinem prætervehitur; qui fastu turgidos homines subvertit, alios verò, nimirum modestos, in gloriam immortalem, et decus æternum evehit. Cæterùm cum de benemerito benè sit loquendum, ut de Cinyrâ Cyprii, et de Hierone Locri Epizephyrii loquuntur: non tamen non benefacienti est maledicendum. Atque hoc vitium apud te declinare velim, ut quo injustè homines mordeantur. Quod ut faciam monet me conviciatoris Archilochi exemplum, quem cùm pinguefaceret et delectaret odium maledicum, vidi ad tristes

τεῖν δὲ σὺν τύχᾳ πότμου
Σοφίας, ἄριστον.

A. γ΄. K. ιε΄.

Τὸ δὲ σάφα νιν ἔχεις, ἐλευ-
θέρᾳ φρενὶ πεπορεῖν,
Πρύτανι, κύριε πολλᾶν
Μὰν εὐστεφάνων ἀγυιᾶν
Καὶ στρατοῦ. εἰ δέ τις
Ἤδη κτεάτεσσί τε καὶ περὶ τιμᾷ
Λέγει ἕτερόν τιν' ἀ-
ν' Ἑλλάδα τῶν πάροιθε γενέσθαι ὑπέρτερον,
Χαύνᾳ πραπίδι παλαιμονεῖ κενεᾷ.
Εὐανθέα δ' ἀναβάσομαι
Στόλον ἀμφ' ἀρετᾷ
Κελαδέων. νεότατι μὲν ἀ-
ρήγει θράσος δεινῶν πολέμων. ὅθεν

[106. πεπαρεῖν, Damm. Lex. sub voc. πεπαίρω.]

109. Cum his laudibus compara Pyth. I. 95. Ol. I. 165, sq.

113. Ad verbum: *Pulchram navem conscendam laudes tuas prædicando*, i. e. *in altum evectus laudi vela dabo*. cf. sup. ad Ol. XIII. 69.

115. *ἀρήγει, patrocinatur, testatur laudes juventutis, illustrat eam, fortitudo in armis.*

angustias sæpissimè redactum. Itaque tuas laudes persequar, dicamque divitias, cum felicitate et sapientiâ conjunctas, rem esse præstantissimam.

Antistrophe III. 105—119.

Quales cùm habeas, pateatque omnibus te sapientem esse, simulque divitem; liberâ mente præditus, eas aliis benignè impertire potes, O rex, qui in civitates fortibus viris munitas, et præstantibus muris cinctas, imperium habes. Honore autem et divitiis adeò insignis es, ut nemo, nisi qui stolidâ mente veritati adversatur, dicat regem ullum, ex iis qui ante tua tempora regnârunt in Græciâ, honoribus opibusque majorem te extitisse. Sed ut fortitudinem tuam celebrem, est quod in eximiam classem conscendam, quâ strenuè bellâsti contra eos qui bellum in Siciliam invehebant. Certè tu juvenili ætate gravia bella cum Gelone fratre sustinuisti, in quibus

Φαμὶ καὶ, σὲ τὰν ἀπεί-
ρονα δόξαν εὑρεῖν,

E. γ'. K. δ'.

Τὰ μὲν ἐν ἱπποσόαισιν ἀνδρά-
σι μαρνάμενον, τὰ δ' ἐν
Πεζομάχαισι. βουλαὶ
Δὲ πρεσβύτεραι ἀκίνδυνον ἐμοὶ ἔπος
Ποτί ῥα πάντα λόγον
Ἐπαινεῖν παρέχοντι. Χαῖ-
ρε. τόδε μὲν κατὰ Φοίνισσαν ἐμπολὰν
Μέλος ὑπὲρ πολιᾶς ἁλὸς πέμπεται.
Τὸ Καστόρειον
Δ' ἐν Αἰολίδεσσι χορδαῖς
Θέλων ἄθρησον χάριν ἑπτακτύπου

Ad v. 118. Dawes, Misc. Crit. p. 225. observat, εὑρεῖν nunquam pro *nancisci*, *consequi*, dici; sed εὑρέσθαι. Rectè verò, apud Atticos. Non autem apud Pindarum: vide v. c. Isthm. I. 60. Pyth. IX. 197.

122. σύνεσις δέ σου, πρεσβυτέρου γεγονότος, *vocem mihi, cui nemo repugnet*, ἀνέλεγκτον, *ad omnem laudem*, (λόγον,) *laudanti mihi te, præbet.* ὥστε ἐμὲ ἐπαινεῖν σε, pro, ἐπαινοῦντι. παρέχειν ἔπος, ut παρέχειν ὕμνον πολὺν, Nem. VI. 57.

124. χαῖρε quæri potest, utrum tanquam in fine epistolæ adjectum sit, ut sit *Vale*, an interpositum, tanquam jam advenerit et Hieroni adstet cum carmine, *Salve*. Sic et Nem. III. 132. Si tamen accuratiùs expendo, prior ratio videtur esse verior: *Vale. Mitto hoc carmen ad te — accipe illud animo candido, nec calumniis aliorum de me corrupto.* Quam benè autem hæc interponantur, et, subsidente jam spiritu poëtico, subjungantur reliqua, præcepta maximè ethica, equidem haud definiam.

In 127, Καστόρειον. vid. ad pr. hujus Carm. v. 13.

edidisti tuæ fortitudinis specimina, unde assero te immensam gloriam esse consecutum,

Epod. III. 120—132.

tum in equestribus, tum in pedestribus pugnis, quando inter tuos equites peditesque præliabaris. Nec solâ, qualis juvenes decet, fortitudine valuisti; sed et consilio prudentiâque senili in bello claruisti: quo fit ut mihi te laudandi suppetat ansa; nec in periculo reprehensionis verser, ac si non laudabilem virum immeritò laudarem. Salve rex Hiero. Hoc encomiasticum carmen itinere marino ad te mitto, more Phœnicum mercatorum, qui merces lucri causâ per mare vectant navibus. Et ut Castoreum illud carmen, saltationi accommodum, Æolico rhythmo compositum, quod ad te antehac misi, approbatum suaviter excepisti; sic et istud excipe, conside-

Φόρμιγγος ἀντόμενος.
Γένοι᾽ οἷος ἐσσὶ μαθών. καλός τοι
Πίθων παρὰ παισὶν αἰεὶ

Σ. δ'. Κ. ιε'.

Καλός. ὁ δὲ Ῥαδάμανθυς εὖ
Πέπραγεν, ὅτι φρενῶν
Ἔλαχε καρπὸν ἀμωμή-

131, sq. Locus, qui sequitur, vix unquam satis in luce constitui poterit, quia sunt brevia enuntiata, abruptim posita et cum respectu ad res quas ignoramus. Ponam nonnulla quæ mihi verisimilia visa sunt. Primò καλός τις est in Steph. et C. Legam itaque; Γίνοι᾽, οἷος ἐσσὶ, μαθὼν, (ἐκ μαθήσεως, *institutione sapientium*, οἷος ἔμαθες εἶναι,) καλός τις. *nec sine te corrumpi adulatorum falsis laudibus, qui, ut pueri simium, etiam turpes principum mores laudant.* πίθων παρὰ παισὶν ἀεὶ καλός (sc. *habetur*, νομίζεται, καλεῖται). Monet, ne sinat se corrumpi adulatorum assiduis laudibus. At bonus princeps, (pro hoc *Rhadamanthus* memoratus) εὖ πέπραγεν, i. e. εὖ πράσσει, *laudem consequutus est*, ὅτι ἀμώμητος, ἀμύμων, ἦν τὰς φρένας, καὶ μὴ ἐξαπάτητος ταῖς κολακείαις: nam τέρπεται est pro ἐτέρπετο. Intelligitur autem hinc Rhadamanthi laudes priscis carminibus frequentatas fuisse: οἷα ἕπεται αἰεὶ, (οἷον, ὃ, sc. τὸ τέρπεσθαι ταῖς ἀπάταις,) *quod semper contingere solet*, (sic ἕπεσθαι, *adesse*, v. c. Pyth. III. 190.) παλάμαις (διὰ παλαμῶν) ψιθύρων βροτῶν, *susurronum*, *adulatorum artibus*. Nunc malim jungere: ἄμαχον κακὸν ἀμφοτέροις διαβολιᾶν ὑποφάτιες,—ἴκελοι, κέρδεί τι. *Sunt utique certissimum malum.* —Durum manet ἀμφοτέροις, quod et *eum quem*, et *apud quem*, *calumniantur* respicere necesse est. Sin sit ab ἀμφότερα, *utrâque re*, nil commodior fit sententia. *Calumniarum isti vates et interpretes vulpibus planè similes sunt moribus.* κέρδεί τι, *suæ utilitatis studio*, ut Pyth. III. 96. Nunc ex v. 142, seq. manifestum fit universè dicta esse, inde a ver. 138, seq. quæ *de se et Hierone* accipi voluit, *non vident illi, se mihi nihil nocere posse.* Constat autem Hieronem indulsisse ὠτακουσταῖς, qui poëtæ ψίθυροι, *susurrones*, sunt: Aristot. de Rep. V. 11. Diod. IX. 61. et Wessel. 23.

[133. ὁ δὲ Ῥαδάμανθυς, &c. Exemplum Rhadamanthi ob oculos ponit, ut eum qui non præbuit aurem assentatoribus imitetur, eodemque modo benè audiat nomine justitiæ et integritatis. Scholiastes hanc sententiam sic declarat rectè: Ῥαδάμανθυς ἐπίδοξος γέγονεν, ὅτι ἄψικτον εἶχε τὸν λογισμὸν, καὶ οὐδαμῶς ἀπάταις ἐτέρπετο τὴν ψυχὴν, οἷα μάλιστα τοῖς τῶν κολάκων καὶ ἀπατεώνων ψυχαῖς εἴωθε παρακολουθεῖν. Ben.]

134, *5.* ὅτι φρενῶν ἔλαχε καρπὸν ἀμωμήτων. ornatè pro, ὅτι εἶχε φρένας ἀμωμήτους, *quòd præclaram prudentiam habebat*, adeoque se adulatoribus palpandum non præbebat. Sed quid per καρπὸν φρενῶν intelligemus? *experientiam* et *maturitatem animi?* Puto λαχεῖν καρπὸν dictum, ut καρποῦσθαι vulgò pro ἔχειν dicitur.

rans ut ad citharam, septem fidibus totidem diversos sonos edentem, concinnè est contextum. Cæterùm permane tibi similis, nec bonos mores tuos, adulatorum calumniis vitiatos, immutes; hoc sciens, nimirum simiam, etsi sit deformis, pulchram tamen videri pueris; sic et adulatores, etsi non sint probi, probos tamen iis videri quibus blandiuntur.

Strophe IV. 133—147.

Vides ut felix clarusque fuit Rhadamanthus, quia justitiâ et integritate illæsâ et intemeratâ, non solùm a maledicorum reprehensione immunem se

των, οὐδ' ἀπάταισι θυμὸν
Τέρπεται ἔνδοθεν·
Οἷα ψιθύρων παλάμαις ἕπετ' αἰεὶ
Βροτῶν. ἄμαχον κακὸν
'Αμφοτέροις διαβολιᾶν ὑποφάτιες,
'Οργαῖς ἀτενὲς ἀλωπέκων ἴκελοι.
Κέρδει δὲ, τί μάλα τοῦτο κερ-
δαλέον τελέθει;
"Ατε γὰρ εἰνάλιον πόνον ὀ-
χοίσας βαθὺ σκευᾶς ἑτέρας, ἀβά-
πτιστός εἰμι, φελλὸς ὥς,
'Υπὲρ ἕρκος ἅλμας.

[141. ὀργαῖς, &c. Hoc est, τρόποις; ὀργὴ enim pro *animo, animique affectu* sumitur passim a poëtâ. ἀτενὲς verò exponitur *καθόλου, omninò.* ἀλωπέκων ἴκελοι. Apta similitudo ad mores et ingenium calumniatorum depingendum. Et certè vulpium dolos graphicè describunt auctores; et in proverbium venit; *Archilochia vulpes; Vulpina lingua:* de quibus vide Erasmi Chiliadas. BEN.]

142. Puto esse: *τί μέγα τοῦτο κέρδος γίνεται αὐτοῖς*; sup. Ol. I. 84, *ἀκέρδεια* dixerat. *Ego semper superior evado*, i. e. non opprimor his calumniis, *suberi in maris superficie supernatanti similis.*

144—9. Sententia hæc est: *ἅτε γὰρ* (*κατὰ*) *εἰνάλιον πόνον* (*in piscatione*) *σκευᾶς ἑτέρας ὀχοίσας βαθὺ*, (*reliquâ retis parte altè descendente, submersâ,*) *ἀβάπτιστός εἰμι*, &c. *ita equidem, suberis instar, reti appensi, semper supra maris superficiem nato. fieri enim non potest, ut fraudulentus ejusmodi homo aliquid loquatur, quod viris prudentibus probetur.* Possunt hæc ad certas hominum temporumque rationes esse a poëtâ dicta. Nunc de iis parùm constat. In Bacchylidem, Pindari æmulum et calumniatorem, jaci ea, Scholiastes narrat.

tutatus est, sed etiam in animo non est delectatus fraudulentis illis deceptionibus, quas arte suâ semper moliuntur calumniarum susurratores. Sanè qui calumnias subloquuntur, vulpibus omninò sunt similes; tamque doloso valent ingenio, ut malum inexpugnabile creent ambobus; nimirum ei quem calumniantur, dum eum clam accusant, ut causam dicendi non sit locus, et odio obruatur; et ei apud quem calumniam effutiunt, dum falsis opinionibus ipsum imbuunt, injustumque in odium impellunt. Illi verò, quanquam aliquid commodi ex accusati incommodo aucupantur, quid tamen lucri faciunt? Nihil omninò. Quod in illis expertus sum qui mihi apud te maledicunt. Hi quidem, more vulpeculæ, clam insidiantur calumniis, ut meam famam deturpent: at nihil proficiunt. Nam ut suber piscatorium mari perpetuò innatat, dum sagena, reliquusque ad piscandum apparatus, a quo gravatur, in profundum demersus, laborem sustinet: sic ego calumniarum undis sum immersabilis; quibus etsi calumniatores meam famam obscurare conantur, tamen clarus inter homines maneo.

A. δ'. K. ιε'.

Ἀδύνατα δ', ἔπος ἐκβαλεῖν
Κραταιὸν ἐν ἀγαθοῖς
Δόλιον ἀστόν. ὅμως μὰν
Σαίνων ποτὶ πάντας ἄγαν
Πάγχυ διαπλέκει.
Οὔ οἱ μετέχω θράσεος. φίλον εἴη
Φιλεῖν· ποτὶ δ' ἐχθρὸν ἅ-
τ' ἐχθρὸς ἐὼν, λύκοιο δίκαν ὑποθεύσομαι,
Ἄλλ' ἄλλοτε πατέων, ὁδοῖς σκολιαῖς.
Ἐν πάντα δὲ νομὸν εὐθύγλωσ-
σος ἀνὴρ προφέρει,
Παρὰ τυραννίδι, χὠπόταν ὁ
Λάβρος στρατὸς, χὤταν πόλιν οἱ σοφοὶ
Τηρέωντι. χρὴ δὲ πρὸς
Θεὸν οὐκ ἐρίζειν,

150. *Apud bonos talis homo nullam fidem invenit; at, multitudini assentando, magna mala affert.* Lego: *σαίνων ποτὶ πάντας, ἄγαν διαπλέκει.* vid. V. L. *texit mala.*

153. *οὔ οἱ μετέχω θράσεος, impudentiæ in adulando.* Non ei similis sum simulando. Nullâ simulatione utor.

154. *ἅτε δ' ἐχθρὸς ἐὼν πρὸς ἐχθρὸν, ὑποθεύσομαι ὁδοῖς σκολιαῖς.* Est *ὑποδραμεῖν τινα*, persequi canis more—*etiam per obliquas semitas subeundo, modò hinc modò illinc irruendo. πατέων* (κατ') ἄλλο ἄλλοτε. Nisi est: ἄλλο ἄλλό τι. pro (κατ') ἄλλο καὶ ἄλλο.

157—161. *Omnibus in civitatibus, sit resp. monarchica, democratica, an aristocratica, vir verax et probus προφέρει vel τὰ πράγματα, auget, beat, prodest, vel ἑαυτὸν, eminet, auctoritate pollet.—ὁπόταν λάβρος στρατὸς τηρῇ τὴν πόλιν, cùm turbulentus populus rempubl. administrat, tenet. οἱ σοφοὶ* sunt *optimates.*

161. Sequitur generalis propositio et nova

Antistrophe IV. 148—162.

Siquidem fieri non potest ut dolosus et calumniator civis, dicat quicquam quod pondus habeat valeatque apud bonos. Quanquam tamen omnes blanditiis deliniens, varios sermones callidè implicat, quasi omnium sit amicus. At ego non ita me gero, neque sum hujusmodi audaciæ particeps, sed candidè vivo. Amici amicum me profiteor, inimici inimicum; in quem lupi instar sævire, aliàsque aliis ejus vestigiis insistendo, et obliquis etiam viis euntem insequendo, ulcisci non dubitem. Constat autem eum qui veriloquus est, quâvis in administratione reipublicæ præstare, et præferri mendacibus et maledicis; sive in regno, sive in democratiâ, quæ est populi vehementis, sive in aristocratiâ versetur, ubi optimates civitatem tuentur et conservant. Præterea non est resistendum Deo;

E. δ'. K. ιδ'.

Ὃς ἀνέχει τοτὲ μὲν τὰ κείνων,
Τότ' αὖ δ' ἑτέροις ἔδω-
κεν μέγα κῦδος. Ἀλλ' οὐ-
δὲ ταῦτα νόον ἰαίνει φθονερῶν. στάθμας
Δέ τινος ἑλκόμενος
Περισσᾶς, ἐνέπαξεν ἕλ-
κος ὀδυναρὸν ἑᾷ πρόσθε καρδίᾳ,
Πρὶν ὅσα φροντίδι μηχανῶνται τυχεῖν.
Φέρειν δ' ἐλαφρῶς
Ἐπαυχένιον λαβόντα
Ζυγόν γ' ἀρήγει. ποτὶ κέντρον δέ τοι

sententia, aditum ad sequentia parans. *Non contendere licet cum providentiâ*, &c. Ad sententiam cf. Py. VIII. 108, sq. Jam frequentata illa ab Hesiodo, Ἔργων pr. et Archilocho, ap. Stobæum, Florileg. Gesn. p. 561, 50.

163. τὰ κείνων intelligo *adulatorum* Pindarum apud Hieronem calumniantium; ergo ἑτέροις (*probis*) ἔδωκεν, δίδωσι, κῦδος, (κυδαίνει αὐτοὺς, supra, ἀνέχει, ὑψοῖ.) ταῦτά γε· pro τοῦτο, quod improborum istorum causa superior est, *nec hoc eorum animum explere potest*.

166—170. Invidum se ipsum excruciare, nota est sententia; hanc sic extulit: ὁ νοῦς τῶν φθονερῶν, ἐνέπαξε, pro ἐμπηγνύει, ἕλκος ὀδυναρὸν ἑᾷ πρόσθε καρδίᾳ, *creat sibi dolorem; arrodit animum*. Jam hoc fit, dum dolet, bona aliorum suis bonis majora esse: ἕλκεται, *ponderat, trutinat*, (ὥσπερ κατὰ) στάθμας τινὸς περισσᾶς, *lance, quæ vergit in alteram partem* (dum bona aliena majora esse æstimat). Ver. 171. redit ad 161, 2. et ἀρήγει, 173, *prodest, consultum est;* ferè ut supra, 115, *patrocinatur*.

173, 4. Nota res vel ex Act. Ap. ix. 5, 6. vid. Valken. Orat. p. 380.— Sententia-

EPOD. IV. 163—*ad fin.*

Qui nunc res illorum extollit, et nunc his nunc illis, pro libito, magnum decus impertit. Quod tamen faciunt ii, qui, alienæ felicitatis osores, eis nocere calumniando cupiunt. Sed harum rerum consideratio invidorum animum nullo pacto emollire potest, et sic afficere ut a maledicentiâ abstineant. Imò quisque sui odii graviori pondere deorsum trahitur, et in invidiam inemendabilem fertur, quæ ipsius cordi tabificum impacto dolore ulcus inurit, priusquam finem suum assequatur, et excogitatam inviso sibi homini noxam inferre possit. Sed quid faciat is quem petit invidia? Juvat ipsum huic malo patientiam opponere, et calamitatem hanc, ut leve jugum, submisso collo perferre, resque suas agendo calumniam contemnere: ita ut invidenti non invideat invicem: alioqui in lubricâ et periculosâ viâ versaretur. Nam si cum invidente invidiâ certaret, ita læderetur ut bos, qui

Λακτιζέμεν, τελέθει
Ὀλισθηρὸς οἶμος. ἁδόντα δ' εἴη
Με τοῖς ἀγαθοῖς ὁμιλεῖν.

rum igitur ordo, inde ab 131 ad f. ita procedere videtur. Poëta monet Hieronem, ne deliniri se patiatur ab adulatoribus, qui, dum eum demereri videri volunt, alios calumniantur; quod ipsi poëtæ accidisse videtur; — 142. etsi ipse, vitæ integritate munitus, opprimi eorum calumniis nequeat. — 147. Apud viros enim probos nullam istorum criminatorum esse auctoritatem, etsi illi assentando cunctis magna mala creare possunt,—152. se contrà, nec simulare amicitiam, nec odium dissimulare.—156. Nec se sibi in hoc more displicere; viros enim simplicibus et candidis moribus in omnibus civitatibus probari—161. Quod si fortuna modò bonis modò malis propitia esse solet: est id æquo animo ferendum;—165. etsi ne hoc quidem (puto, quod ipsi secundis rebus utuntur) hominum istorum, dum alienis bonis invident, cupiditates exsatiat; aliorum enim bona semper trutinantes et potiora suis esse opinantes, animum arrodunt, donec ea, quæ machinantur, assequuti fuerint, (ut adversarios bonis suis exuant):—170. ad extr. Præstat suâ sorte esse contentum.

magis læditur quum adversus stimulum calcitrat, quàm quum, stimulo monitus, aratrum acriùs trahit. Quæ cum ita sint, faxit Deus, ut, neglectis inimicorum injuriis, fruar jucundâ virorum bonorum consuetudine, quibus mea carmina placeant.

Π Υ Θ Ι Α.

Εἶδος γ'.

ΤΩ ΑΥΤΩ ʽΙΕΡΩΝΙ

Κέλητι.

ARGUMENTUM.

Hiero, cum victor Pythiis renuntiabatur, gravi morbo laborabat. Ab hoc processit poëta, dum in votis habet, ut bonæ valetudini ille restitui possit. Vota hæc ita eloquitur: Chironem adesse vellet, qui Æsculapium educavit: poëtico spiritu abreptus, fabulam interponit 14—78 de Æsculapii natalibus, tum 79—110 de ejus arte et fortunâ; nunc redit ad vota sua, et precatur Deos,—140. Subjungit consolationem a conditione humanâ petitam, in quam omnibus numeris perfecta felicitas haud cadit;—190. tandem exemplum æqui animi in se ipso proponit.

Σ. α΄. Κ. ιγ΄.

Ἤθελον Χείρωνά κε Φιλλυρίδαν,
Εἰ χρεὼν τοῦθ᾽ ἁμετέρας ἀπὸ γλώσ-
σας κοινὸν εὔξασθαι ἔπος,
Ζώειν τὸν ἀποιχόμενον,
Οὐρανίδα γόνον εὐ-
ρυμέδοντα Κρόνου,
Βάσσαισί τ᾽ ἄρχειν Παλίου
Φῆρ᾽ ἀγρότερον,
Νόον ἔχοντ᾽ ἀνδρῶν φίλον· οἷ-
ος ἐὼν θρέψεν ποτὲ
Τέκτον᾽ ἀνωδυνίας
Ἅμερον γυιαρκέος Ἀσκλαπιὸν,
Ἥρωα, παντοδαπᾶν ἀλκτῆρα νούσων.

NOTÆ HEYNIANÆ;

INTERPOSITIS QUIBUSDAM BENEDICTINIS.

3. κοινὸν ἔπος, s. solenne ac vulgare, s. commune omnium. Gedikius de *publicis votis* accipit; etsi loca laudata, Ol. VII. 170. X. 15. XIII. 69. Nem. IV. 20. id haud arguunt: ubique enim est *commune cum aliis;* hoc tamen ipsum potest accipi et reddi *publicum*. A ver. 9. digressio fit; nec redit ad suas preces Pindarus nisi ver. 111. *Utinam*, ut dixi, *Chiron adhuc viveret, et ego eum ad te adducere possem!*

7. ἄρχειν. habitabat in Pelio Chiron; sed, utpote in heroë, in majus auget; ut et εὐρυμέδοντα adjecit. et 9. νόον ἀνδρῶν φίλον, pro, ἀνδράσι.

STROPHE I. 1—13.

VELLEM equidem, (si mihi fas esset usitatum vulgò votum pronuntiare, ut quum dicunt, optarem ut hic viveret, quo res sic se haberet,) vellem ut Chiron, Philyræ Oceani filiæ, et Saturni Cœli filii, filius, vitâ defunctus, in vivis nunc esset, et in vallibus Pelii montis latè dominans imperaret, ille, corpore quidem agrestis veluti fera, quatenus Centaurus, ex Saturno in equum mutato natus; animo autem erga hominum genus benigno, quatenus arte medendi opitulator insignis. Qui talis corpore, talisque animo cùm esset, olim educavit instituitque Æsculapium, præstantissimum virum, heroïcâ virtute clarum, medicum ad propulsandos quosvis morbos summoperè idoneum, mitissimum indolentiæ procuratorem, ut, sedatis doloribus, restitutâque membris bonâ valetudine, corpus sustinendis laboribus par esset;

A. α'. K. ιγ'.

Τὸν μὲν εὐΐππου Φλεγύα θυγάτηρ
Πρὶν τελέσσαι ματροπόλῳ σὺν Ἐλει-
θυίᾳ, δαμεῖσα χρυσέοις
Τόξοισιν ὑπ' Ἀρτέμιδος,
Εἰς Ἀΐδα δόμον ἐν
Θαλάμῳ κατέβα,
Τέχναις Ἀπόλλωνος. χόλος
Δ' οὐκ ἀλίθιος
Γίνεται παίδων Διός. ἁ
Δ' ἀποφλαυρίξαισά μιν
Ἀμπλακίαισι φρενῶν,
Ἄλλον αἴνησε γάμον, κρύβδαν πατρὸς,
Πρόσθεν ἀκερσεκόμᾳ μιχθεῖσα Φοίβῳ,

E. α'. K. ιε'.

Καὶ φέροισα σπέρμα θεοῦ καθαρόν.

14. Phlegyæ filia, *Coronis*. vid. Apollod. III. 10. 3. conf. Not. p. 695.

17. *ὑπὸ τέξαις*, pro *ὑπὸ τέξαν*, *διά*. vid. inf. 64. i. e. ex partu mortua est.

25. Variè interpungi potest. Rationem receptam firmat Apollodor. l. l. *τὴν δὲ παρὰ τὴν τοῦ πατρὸς γνώμην Ἴσχυϊ συνοικεῖν*. *αἴνησε*, *probavit, consensit in alium amorem.* Inf. IV. 396. *καταίνησάν τε κοινὸν γάμον*.

27. *καθαρὸν*, h. l. *sacrum*, *θεῖον*. Quæ sequuntur, de primo amoris sensu dicta accipe. Nam ver. 43. demum Ischys advenit, et ejus amoris fructu illa potitur. vid. var. lect. cf. inf. Pyth. IX. 35, sq.

ANTISTROPHE I. 14—26.

Quem priusquam in lucem maturo partu ederet, opem ferente Lucinâ, quæ, parturientium auxiliatrix, circa matres versatur, Coronis Phlegyæ, præstantis equitis, filia, Dianæ sagittis aureis in thalamo suo, jussu et arte Apollinis, interemta, ad inferos descendit. Neque enim Jovis filiorum, omniumque Deorum irritatorum vana et inefficax est ira. Ratio autem cur irati Coronidi Apollo et Diana, eam interemerint, hæc est; quoniam Apollinem contempserat, cujus clandestinum concubitum, patrique ignotum, cum priùs passa esset, non multo post pleno ejus conjugio fruitura, alias tamen nuptias, nescio quo mentis errore, probavit.

EPOD. I. 27—41.

Çumque ferret in utero purum Dei semen, libidinis tamen œstro percita,

Οὐκ ἔμειν' ἐλθεῖν τράπεζαν νυμφίαν,
Οὐδὲ παμφώνων ἰαχὰν
Ὑμεναίων· ἅλικες
Οἷα παρθένοι φιλέοισιν ἑταῖραι
Ἑσπερίαις ὑπὸ κου-
ρίζεσθ' ἀοιδαῖς· ἀλλά τοι
Ἤρατο τῶν ἀπεόν-
των. οἷα καὶ πολλοὶ πάθον.
Ἔστι δὲ φῦλον ἐν ἀν-
θρώποισι ματαιότατον,
Ὅστις, αἰσχύνων ἐπιχώ-
ρια, παπταίνει τὰ πόρσω,
Μεταμώνια θη-
ρεύων ἀκράντοις ἐλπίσιν.

Σ. β'. Κ. ιγ'.

Ἔσχε τοιαύταν μεγάλαν ἀάταν

35. *πάθον. πάσχουσι. ut multi animo affecti esse solent.*

46—54. Enimvero Apollo Delphis speculans hoc rescivit, et furtum puellæ deprehendit: *εἰσάϊεν* pro *ᾔσθετο. σκοπὸν* de Jove ultore haud diverso sensu vid. in Æschyl. Suppl. 386. Si *σκοπὸν* non *de Apolline*, verùm *de corvo* esse accipiendum dixeris: cum verbis luctaris. Quoquo te vertas, ne contortis quidem modis melius quid efficias, quàm naturali interpretatione quam dedi: *non ab alio Apollo, verùm a se hoc didicit: εἰσάϊε παρὰ νόῳ πάντα ἴσαντι* (pro *παρὰ νόον*, vel *ἐν νόῳ. σύν.* ut Py. II. 159, *παρὰ τυραννίδι*, pro *ἐν*) *κοινᾶνι εὐθυτάτῳ, qui ipsi veracissimè omnia communicat.* Sentias quidem facilè, hæc esse nimis ornata; multo magis, adjecto, *εἰσάϊε, γνώμαν πιθὼν, animum adducens*, h. e. *se ad credendum adducens. Corvum* indicem Pindarus ignorat. *κοινὰν* est idem qui *κοινωνὸς*, qui communicat aut aliis aut sibi: est ergo, *animus arbiter, conscius cogitatorum.*

non potuit expectare dum venisset tempus, quo legitima sponsalia celebrarent, et publicarum nuptiarum hymenæi, quoslibet sonos edentes, canerentur, qualibus coætaneæ sociæ virgines, nocturnis cantilenis inter se ludentes, sponsum et sponsam prosequi solent. Sed absentium et peregrinorum amore capta fuit: quod multis etiam accidere solet. Siquidem inter homines quidam adeò stulti existunt, ut, rebus parabilibus, patriisque, et quæ sunt ante pedes obviæ, relictis et neglectis, remotas, exoticas, inutilesque, imò noxias futuras, circumspiciendo appetant, et spe fallaci aucupentur.

Strophe II. 42—54.

Sic pulchrè vestita, animoque superbo Coronis, cùm, relictis indigenis,

Καλλιπέπλου λῆμα Κορωνίδος. ἐλ-
θόντος γὰρ εὐνάσθη ξένου
Λέκτροισιν ἀπ' Ἀρκαδίας.
Οὐ δ' ἔλαθε σκοπόν· ἐν
Δ' ἄρα μηλοδόκῳ
Πυθῶνι τόσσ' εἰσάϊεν
Ναοῦ βασιλεὺς
Λοξίας κοινᾶνι παρ' εὐ-
θυτάτῳ, γνώμαν πιθών,
Πάντα ἴσαντι νόῳ,
Ψευδέων δ' οὐχ ἅπτεται· κλέπτει τέ μιν
Οὐ θεὸς, οὐ βροτὸς, ἔργοις οὔτε βουλαῖς.

A. β'. K. ιγ'.

Καὶ τότε γνοὺς Ἴσχυος Εἰλατίδα
Ξεινίαν κοίταν ἄθεμίν τε δόλον,
Πέμψεν κασιγνήταν μένει
Θύοισαν ἀμαιμακέτῳ

[53. ψεύδεων, &c. Hoc est, ἀψευδής ἐστιν ὁ νοῦς Ἀπόλλωνος, ὃν οὐδεὶς παραλογίζεται οὔτε Θεὸς, &c. Hæc verba citat in hanc sententiam Paræmiastes; πολλά κεν εἰδείης οἷς τὸν Θεὸν ἐξαπατήσαις, *multa nôris oportet quibus Deum fallas.* tit. *Inconstantiæ.* Neque hoc de solo Apolline dici potest; sed aliis etiam Numinibus tribuitur apud poëtas, ut apud Hesiodum Jovi; οὐκ ἔστι Διὸς κλέψαι νόον, οὐδὲ παρελθεῖν. BEN.]

peregrinum maluisset conjugium, in magnam calamitatem incidit. Nam, posthabito Apolline ex quo conceperat, cum advenâ Arcadico, Ischye, contraxit nuptias. Quod sanè rescivit Apollo, Deli Speculator, qui omnia videt, auditque. Et quamvis Coronis in Laceriâ, ipse verò in Pythone esset, ubi mactantur oves; ille tamen fatidici rex templi, et ambiguorum responsorum dator, non ex corvo, ut quidam fabulantur, Coronidis facinus audivit, sed a mente suâ, quam nihil lâtet, tanquam a socio familiari rectissimo, declaratum accepit. Neque enim mendaciis unquam fallit, nec vicissim fallitur, quem neque Deus, neque homo factis apertis, consiliisve occultis decipit.

ANTISTROPHE II. 55—67.

Cùm igitur, omnia sciendi facultate, cognovisset Ischyem Elati filium, ex peregrinâ regione advenam, nefario et doloso concubitu prægnantem suo

Ἐς Λακέρειαν. ἐπεὶ
Παρὰ Βοιβιάδος
Κρημνοῖσιν ᾤκει παρθένος.
Δαίμων δ' ἕτερος
Ἐς κακὸν τρέψαις ἐδαμά-
σατό νιν. καὶ γειτόνων
Πολλοὶ ἐπαῦρον, ἁμᾶ
Δ' ἔφθαρεν, πολλὰν τ' ὄρει πῦρ ἐξ ἑνὸς
Σπέρματος ἐνθορὸν ἀΐστωσεν ὕλαν.

E. β'. K. ιε'.

Ἀλλ' ἐπεὶ τείχει θέσαν ἐν ξυλίνῳ
Σύγγονοι κούραν, σέλας δ' ἀμφέδραμε
Λάβρον Ἁφαίστου, τότ' εἶ-
πεν Ἀπόλλων· οὐκ ἔτι
Τλάσομαι ψυχᾷ γένος ἁμὸν ὀλέσσαι

59. *Lacerea* fuit in Pelasgiotide Thessaliæ, haud longè a Pelio: cf. Not. ad Apollod. p. 695, sq.

62. Duplex modus est accipiendi hæc; aut: *Idem malum fatum, quod eam ad furta pellexerat, etiam interitum ei adstruxit.* δαίμων ἕτερος, *adversus, infestus.* Copiosè illustravit Bentl. ad Phalar. s. ix. tum Lennep. ad Phalar. Epp. 23. Valken. in Diatr. p. 112. quod Latinis est, *non suus deus:* ut Tibull. III. 3. 28. Aut, δαίμων, δ' ἕτερος ἐδαμάσατό νιν, τρέψαις ἐς κακόν: *fortuna iniqua illam perdidit adducendo in perniciem.*

[66. πολλάν, &c. Citatur a Schol. Euripides, simile quid dicens; Μικροῦ γὰρ ἐκ λαμπτῆρος Ἰδαῖον σέλας πρήσειεν ἄν τις. Huc alludere videtur Horatius, lib. I. epist. II. Epist. *Et neglecta solent incendia sumere vires.* Ben.]

semine Coronidem constuprâsse; Dianam sororem, indomito animi furore ardentem, in Laceriam misit, ubi propè lacum Bœbiadem habitat puella, ut ibi pestem excitaret; et ipse Ischyen adulterum occidit. Dæmon autem ille malus, a quo Coronis ad scelus impulsa fuerat, ipsam ad exitium comparavit, eidemque exitio multos vicinos implicavit, multos simul immissâ peste perdens; quæ, ut scintilla exigua, magnum ignem paulatim excitans, multam silvam comburit, sic ab uno in alios sensim sine sensu grassans, magnam stragem edit.

Epod. II. 68.—82.

Postquam autem extincta fuit Coronis, eam in rogo, muri instar constructo, cognati cremandam posuerunt. Quam cùm accensam, ejusque flammis vehementibus puellæ cadaver obsessum vidisset Apollo; paternâ commiseratione permotus, animum continere non potuit quin ita loqueretur:

Οἰκτροτάτῳ θανάτῳ,
Ματρὸς βαρείᾳ σὺν πάθᾳ.
Ὣς φάτο. βάματι δ' ἐν
Πρώτῳ κιχὼν παῖδ' ἐκ νεκροῦ
Ἅρπασε. καιομένα
Δ' αὐτῷ διέφαινε πυρά.
Καί ῥά μιν Μάγνητι φέρων
Πόρε Κενταύρῳ, διδάξαι
Πολυπήμονας ἀν-
θρώποισιν ἰᾶσθαι νόσους.

Σ. γ'. Κ. ιγ'.

Τοὺς μὲν ὦν, ὅσσοι μόλον αὐτοφύτων
Ἑλκέων ξυνάονες, ἢ πολιῷ
Χαλκῷ μέλη τετρωμένοι
Ἢ χερμάδι τηλεβόλῳ,
Ἢ θερινῷ πυρὶ περ-

83. Locus classicus de veterum mèdicinâ, quæ veriùs chirurgia fuit. Sunt, qui *ulcere sponte nato* laborant, tum qui *vulnere* seu cominùs seu eminùs illato: tandem qui *ex æstu* vel *ex frigore vitium* corporis contraxerunt. Medicinæ autem, *carmina*, *potiones*, *amuleta*, et *sectio*. Amuleta non modò superstitiosa, sed et radices herbæque salutares, collo appensæ, sanè conveniunt genio istarum ætatum. Non malè tamen Gedike de herbis accipit, quibus illigantur partes corporis seu vitiatæ ac læsæ, seu ex morbo, v. c. rheumatismo, morbo arthritico, œdemate laborantes.

84. ἑλκέων ξυνάονες sunt *οἱ σὺν ἕλκεσιν ὄντες*, ἕλκος ἔχοντες. ξυνάων, κοινωνὸς, supra κοινὰν, ver. 50. ξυνήων ap. Hesiod. Theog. 590, 601. ξυνήονας ἔργων ἀργαλέων.

In v. 87, 88. *febres* quærebam aliquando et ipse, seu frigidam et ardentem, seu æstivas et autumnales: sed Græca in hanc notionem deflecti posse non videntur:

"Non sustinebo ut mea proles miserrimâ morte pereat, et maternæ calamitatis consors fiat." Tum, ita locutus, uno passu ex Pythone in Laceriam repentè transit, et infantem ex cadaveris utero eripuit inter flammas pyræ, quæ Deo venienti divisa viam fecit. Itaque ereptum incendio filium Chironi Centauro Magnesio attulit educandum, artemque medicam docendum, quâ morbos curaret, qui hominum generi multa mala inferunt.

STROPHE III. 83—95.

Quare ab ipso edoctus, omnes qui ipsum adirent, aut ulceribus, internâ causâ ortis, conflictantes; aut vulneribus, sive ferro, sive lapide eminùs misso, sive aliâ externâ causâ inflictis, sauciati; vel qui ardenti febre con-

θόμενοι δέμας ἢ
Χειμῶνι, λύσαις ἄλλον ἀλ-
λοίων ἀχέων
Ἔξαγεν· τοὺς μὲν μαλακαῖς
Ἐπαοιδαῖς ἀμφέπων,
Τοὺς δὲ προσανέα πί-
νοντας, ἢ γυίοις περιάπτων πάντοθεν
Φάρμακα, τοὺς δὲ τομαῖς ἔστασεν ὀρθούς.

Α. γ΄. Κ. ιγ΄.

Ἀλλὰ κέρδει καὶ σοφία δέδεται.
Ἔτραπεν κἀκεῖνον ἀγάνορι μι-
σθῷ χρυσὸς ἐν χερσὶν φανεὶς,
Ἄνδρ' ἐκ θανάτου κομίσαι,
Ἤδη ἁλωκότα. χερ-
σὶ δ' ἄρα Κρονίων
Ῥίψαις δι' ἀμφοῖν ἀμπνοὰν

περθόμενοι δέμας, populatum corpus habentes, πυρὶ θερινῷ ἢ χειμῶνι, igni æstivo aut hieme. Et sunt reliqua omnia ejusmodi, ut *chirurgicam* operam desiderent, non clinicam.

96. Mira fabulæ novatio, quâ Æsculapius pro ope medicâ ab ægrotis sostra iniqua exegerit, ita ut etiam, promissâ magnâ auri vi, a morte revocaverit aliquem. Habebunt igitur nostri medici, si qui sunt qui lucro inhiant, quâ se tueantur, auctoritatem auctoris artis medicæ. Prorsùs diversa antiquiores narraverant. vid. Apollod. p. 234, sq. et Not. p. 701, sq. Similem novationem vides apud Horat. II. 18, 34. *nec satelles Orci* (Charon) *callidum Promethea Revexit auro captus.*—δέδεται, pro *νικᾶται. ἥττων ἐστὶ τοῦ χρυσοῦ.* Mox ἁλωκότα, *morti damnatum.*

sumerentur, vel qui algore laborarent; sanavit: imò alios aliis doloribus liberavit: ad eos demulcendos, nunc blandis incantamentis, magicisque verbis utens, nunc mitigantia pharmaca bibenda propinans, nunc medicamenta membris undique admovens, nunc decumbentes et languentes chirurgicis sectionibus levatos erigens.

ANTISTROPHE III. 96—108.

Sed hâc facultate morbos curandi non contentus, mortuos etiam in vitam revocare tentavit, ad id muneribus illectus, quibus etiam viri sapientes irretiuntur. Ut enim oblatam auri mercedem in manibus vidit fulgentem, ejus vi statim impulsus est, ut virum, vitâ jam defunctum, morti eriperet. Quo auso irritatus exarsit Jupiter, manibusque fulmen jaculatus, utriusque,

Στέρνων καθέλεν
Ὠκέως· αἴθων δὲ κεραυ-
νὸς ἐνέσκηψεν μόρον.
Χρὴ τὰ ἐοικότα πὰρ
Δαιμόνων μαστευέμεν θναταῖς φρεσὶ,
Γνόντα τὸ πὰρ ποδὸς, οἵας εἰμὲν αἴσας.

E. γ'. K. ιά.

Μὴ, φίλα ψυχὰ, βίον ἀθάνατον
Σπεῦδε· τὰν δ' ἔμπρακτον ἄντλει μαχανάν.
Εἰ δὲ σώφρων ἄντρον ἔναι'
Ἔτι Χείρων, καί τί οἱ
Φίλτρον ἐν θυμῷ μελιγάρυες ὕμνοι
Ἁμέτεροι τίθεν· ἰ-
ατῆρά τοί κέν μιν πίθον

106. χρὴ (τινὰ) μαστεύειν παρὰ δαιμόνων τὰ ἐοικότα θνηταῖς φρεσὶ, γνόντα. Similis sententia sup. II. 63.

[110. τὰν δ' ἔμπρακτον &c. Hoc est, ἐπιχείρει ἃ δύναται πραχθῆναι. Habet ἄντλει pro ἐπιχείρει, sumtâ translatione ab aquis quæ ex puteo vel aliunde hauriuntur. Ben.]

111. Redit poëta ad primos carminis versus. Antecedentes versus 109 et 110, adhuc ad superiora refero, et jungo cum χρὴ τὰ ἐοικότα. *Itaque non est vita immortalis affectanda;* (exemplo Æsculapii moniti sumus,) *sed aggrediendæ res quæ fieri possunt:* μαχανὰ, instrumentum, *opera*, ars, *opus ipsum, res.* Sup. Py. I. 79, μαχαναὶ πᾶσαι, *quicquid efficitur, omne cœptum, ausum.* ἀντλεῖν, *exhaurire, perficere,* τελεῖν, ἀνύειν.

115—119. Juncturam teneo: τοί, ἔπειθόν κέν μιν (*exoraturus essem eum*) παρασχεῖν καὶ νῦν ἀνδράσιν ἐσλοῖς ἰατῆρά τινα κεκλημένον (*arcessitum*) θερμᾶν νόσων, ἢ (παῖδα) Λατοΐδα (Apollinis, qualis Æsculapius fuit, quem in disciplinâ habuit) ἢ πατέρος (erit: *Jovis filium;* atqui is esset ipse Apollo.) Aliâ viâ si tentes, τινὰ esse potest neutrum, ut sit, παρασχεῖν τινα (*remedia* ἢ Λ. ἢ πατέρος, *aut Apollinis aut Jovis.* Ita tamen mihi displicet nudè positum τινά.

nimirum Æsculapii, ejusque quem resuscitaverat, Hippolyti, pectora transverberavit, et sublatâ respiratione extinxit. Quâ ex temeritatis pœnâ hoc discendum, oportere ut mortales mortalia sapiant, et quæ suo captui conveniunt, a Diis petant, cognoscendo se ipsos, et perspiciendo quæ sit humanæ vitæ sors et conditio.

EPOD. III. 109—123.

Itaque, hoc observato, animę mi, ne, quasi vitam vivas immortalem, res homini non possibiles moliaris, sed eas aggredere, quas, homo cùm sis, perficere possis. Quòd si, inquam, ut esset in votis, etiamnum viveret prudens ille Chiron Philyræ filius, Pelioque in antro habitaret, meique hymni, quorum mellea est modulatio, tanquam potentes illecebræ, ad meorum votorum

Καί νυν ἐσλοῖσι παρα-
σχεῖν ἀνδράσιν θερμᾶν νόσων
Ἤ τινα Λατοΐδα
Κεκλημένον ἢ πατέρος.
Καί κεν ἐν ναυσὶν μόλον Ἰ-
ονίαν τέμνων θάλασσαν,
Ἀρέθουσαν ἐπὶ
Κράναν, παρ' Αἰτναῖον ξένον,

Σ. δ'. Κ. ιγ'.

Ὃς Συρακόσσαισι νέμει, βασιλεὺς
Πραῢς ἀστοῖς, οὐ φθονέων ἀγαθοῖς,
Ξείνοις δὲ θαυμαστὸς πατήρ.
Τῷ μὲν διδύμας χάριτας,
Εἰ κατέβαν, Ὑγίει-
αν ἄγων χρυσέαν
Κῶμόν τ', ἀέθλων Πυθίων
Αἴγλαν στεφάνοις,

124. Interpungendum: ὃς (ἐν) Σ. νέμει, βασιλεὺς πραῢς ἀστοῖς, οὐ φθονέων ἀγαθοῖς, ξείνοις δὲ θ. π. *Si venirem adducens ad ipsum* δύο χάριτας, χάρματα, Ὑγίειαν (nam est in personam mutata) Κῶμόν τε. In seqq. turbat τὸ, στεφάνοις. Inter plures jungendi rationes præferenda videtur hæc: Κῶμον, *hymnum*, αἴγλαν στεφάνοις (pro τῶν στεφάνων) ἀέθλων Πυθίων, *qui illustrat victorias Pythicas.*

[128. κατέβαν, Dor. pro κατέβην, hoc est, ἦλθον, sicuti apud Homerum, quem citat Schol. πρίν τινα κεκριμένον καταβήμεναι ἐς Διὸς οὖδον. et Odyss. κ. Κίρκης ἐς μέγαρον καταβήμεναι, pro ἐλθεῖν. Ben.]

finem pellicere possent, ipsum utique persuasionibus adduxissem, ut se viris præclaris vehementium morborum medicum præberet, vel suo loco aliquem ex Apollineâ stirpe et arte, utpote Æsculapium, aut Jovis filium, nempe Apollinem, qui id præstaret. Tum certè Ionio mari me in navibus committens, in Siciliam, ubi est fons Arethusa, contendissem, ad amicum meum Hieronem, urbis Ætnæ conditorem,

Strophe IV. 124—136.

Qui Syracusis regiam habet, rex civibus suis benignus, erga bonos candidus, erga peregrinos hospites paternâ benevolentiâ suspiciendus. Ad quem si venire potuissem, geminum hoc beneficium afferens, pretiosam nimirum sanitatem, ejusque victoriæ, in Pythiis certaminibus partæ, laudatorem hymnum, quo splendidæ redduntur coronæ, quas, re omnium optimè gestâ,

Τοὺς ἀριστεύων Φερένι-
κος ἕλε Κίῤῥᾳ ποτέ·
Ἀστέρος οὐρανίου,
Φαμὶ, τηλαυγέστερον κείνῳ φάος
Ἐξικόμαν κε, βαθὺν πόντον περάσσαις.

A. δ'. K. ιγ'.

Ἀλλ' ἐπεύξασθαι μὲν ἐγὼν ἐθέλω
Ματρὶ, τὰν κοῦραι παρ' ἐμὸν πρόθυρον
Σὺν Πανὶ μέλπονται θαμὰ
Σεμνὰν θεὸν ἐννύχιαι.
Εἰ δὲ λόγων συνέμεν
Κορυφὰν, Ἱέρων,
Ὀρθὰν ἐπίστα, μανθάνων
Οἶσθα προτέρων·
Ἓν παρ' ἐσλὸν, πήματα σὺν

137—140. Ante ædes Pindari fuit sacellum Magnæ Deæ, et signum Panis. In hac ædiculâ, vel ante eam, hymnos a puellarum choris cani solenne esse debuit, et quidem sacris seu teletis nocturnis. In Schol. ex Aristodemo narratio extat, quâ ipse Pindarus condidisse ædiculam fertur. Est præterea locus huc faciens ἐν Παρθενίοις, quem vid. in Fragmentis. *Pan* autem σύνεδρος τῆς Ῥέας: ut monent Schol. et ex iis Wessel. ad Diodor. tom. I. p. 227—31.

141. εἰ δὲ, forma Pindarica, pro vulgari; *quandoquidem tu*. λόγοι sunt *literæ*, *carmina*, *sapientia*, *doctrina* in Pindaro, quatenus doctrina et sapientia e *priscis poëtis* tum hauriri solebat. κορυφὰ λόγων, ut κορυφὰ ἀρετᾶν, ἄθλων, κτεάνων, dictum esse potest non uno modo: vel ut sit, *summa* λόγων, *doctrinæ*, vel, *quod summum est* ac præstantissimum in λόγοις. Tum verò omninò ornat, et κορυφὴ λόγων est idem quod simpliciter λόγοι, adjunctâ notione, *præclarâ* sapientiâ, doctrinâ. Tandem κορυφὰν ὀρθὰν λόγων, dictum pro eo, quod propriè erat κορυφὰν λόγων ὀρθῶν, *verâ sapientiâ ac doctrinâ*. εἰ ἐπίστα συνίεμεν, pro, εἰ συνίεις et οἶσθα μανθάνων, ἔμαθες, (παρὰ) προτέρων, *a priscis poëtis*. Fuit scilicet carmen, e quo sententia, quæ sequitur, deprompta est; nec tamen locus Homericus, Iliad. ω. 527, sqq. cf. var. lect. 145.

quondam in Locrorum oppido Cirrhâ, Delphorum Pythonisque vicinâ, Pherenicus est meritus, sanè, trajecto mari immenso, sole splendidissimo gratior ipsi affulsissem, et advenissem.

ANTISTROPHE IV. 137—149.

Sed cùm horum utrumque præstare non possim, magnam Deorum et hominum matrem, Rheam, quam, utpote venerandam Deam, prope meas ædes, ubi templum habet, simulque comitem et assessorem ejus Pana, Thebanæ puellæ noctu canunt et celebrant, volo flectere precibus, ut tibi sit benigna. Verùm enimvero Hiero, si rectas sententias, quæ principatum in orationibus tenent, intelligere potes, ex veterum dictis didicisti, divinam providentiam res humanas sic administrare et dirigere, ut bonum unum

Δύο δαίονται βροτοῖς
'Αθάνατοι. τὰ μὲν ὦν
Οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέρειν,
'Αλλ' ἀγαθοὶ, τὰ καλὰ τρέψαντες ἔξω.

E. δ'. K. ιε'.

Τὶν δὲ μοῖρ' εὐδαιμονίας ἕπεται.
Λαγέταν γάρ τοι τύραννον δέρκεται,
Εἴ τιν' ἀνθρώπων, ὁ μέγας
Πότμος. αἰὼν δ' ἀσφαλὴς
Οὐκ ἔγεντ' οὔτ' Αἰακίδᾳ παρὰ Πηλεῖ,
Οὔτε παρ' ἀντιθέῳ
Κάδμῳ· λέγονται μὰν βροτῶν
Ὄλβον ὑπέρτατον οἳ
Σχεῖν, οἵτε καὶ χρυσαμπύκων

[147. τὰ μὲν ὦν &c. Hoc est, οἱ μὲν οὖν ἄφρονες τὰ κακὰ κοσμίως οὐ φέρουσιν, ἀλλ' οἱ συνετοὶ φέρουσι, τὰ καλὰ περιβάλλοντες ἔξω. Hoc ipsum monet Theognis in his: Οὐδείς τοι πάντ' ἐστὶ πανόλβιος· ἀλλ' ὁ μὲν ἐσθλὸς τολμᾷ ἔχειν τὸ κακὸν, καὶ οὐκ ἐπίδηλος ὅμως. Δειλὸς δ' οὔτε κακοῖσιν ἐπίσταται, οὔτ' ἀγαθοῖσι θυμὸν ἔχων μίμνειν. Ben.]

149. οἱ ἀγαθοὶ, vi oppositi sunt σοφοὶ, *sapientes*. τὰ καλὰ τρέψαντες ἔξω, Scholiis praeeuntibus, a veste ducunt. Non necesse est; Pindaro est: bona, quæ in re sunt, *evolvere, explicare, eruere*, et in luce collocare, nec, animo in adversa fata tantum defixo, se excruciare. Mox, 151, δέρκεται τύραννον πότμος, *respicit, cum comitatur, adest ei.*

153, sq. At non potes ab omni parte felix esse: quæ sors nemini unquam contigit. Hæc ut poëta exsequitur, ad duo heroës rem revocando.

154. οὐ παρεγένετο οὔτε Πηλεῖ οὔτ' Αἰακῷ.

duobus malis temperent. Sed adversam fortunam homines desipientes moderatè ferre non possunt, et nunquam non fronte infortunium produnt: prosperam verò fortunam suâ stultitiâ obruunt. At contrà, sapientes, quemadmodum puriorem et pulchriorem vestium partem conspiciendam obvertimus, sordidiorem intus occulimus, sic dolores occulunt, lætitiam patefaciunt.

Epod. IV. 150—164.

Quod autem ad te attinet, quanquam calculo affligeris, aliâ tamen felicitate sublevaris, quatenus divino munere rex es, si quisquam hominum alius, populorum ductor felix, quo non felicior alter. Quod si hæc felicitas morbi infortunio temperetur, nihil mirum. Nulli enim, quantumvis præstanti heroï, contigit unquam vitæ inoffensæ metam contingere, exempli gratiâ, Peleo Æaci filio, et divino Cadmo. At nihilominus, fama est illos omnium mortalium fuisse felicissimos: quandoquidem Peleus in monte Pelio apud Chironem, marini Dei fatidici Nerei, ac proinde bona consilia dantis, Thetin

Μελπομενᾶν ἐν ὄρει
Μοισᾶν καὶ ἐν ἑπταπύλοις
Ἄϊον Θήβαις, ὁπόθ' Ἁρ-
μονίαν γᾶμεν βοῶπιν,
Ὁ δὲ Νηρέος εὐ-
βούλου Θέτιν παῖδα κλυτάν.

Σ. ε'. Κ. ιγ'.

Καὶ θεοὶ δαίσαντο παρ' ἀμφοτέροις·
Καὶ Κρόνου παῖδας βασιλῆας ἴδον
Χρυσέαις ἐν ἕδραις, ἕδνά τε
Δέξαντο· Διὸς δὲ χάριν
Ἐκ προτέρων μεταμει-
ψάμενοι καμάτων
Ἔστασαν ὀρθὰν καρδίαν.
Ἐν δ' αὖτε χρόνῳ,

159. ἐν ὄρει, in Pelio monte, inter nuptias cum Thetide. cf. Nem. V. 40, sq. Quæ quis non meminerit ex Catullo? Et 161, ὁπόθ' (ὁ μὲν) Ἁρμονίαν—ὁ δὲ Νηρέος—Videtur ante oculos h. l. habere Isocr. Encom. Evag. 4. Similis locus fuit in Fragmentis Pindari (p. 35. VI. Schneid.) cf. Theogn. 15; et laudd. a Wernsdorf. Poët. Min. Lat. tom. IV. p. 463. Summæ autem *felicitatis* declaratio apud antiquos: *cum diis versari, in deorum convictum admitti*, ut supra de Tantalo et Ixione vidimus.

165. Conf. inf. Nem. IV. 106, sq.

167. ἕδνα, munera et Thetidi et Harmoniæ allata a multis poëtis celebrantur.

168. (διὰ) Διὸς δὲ χάριν (*beneficio Jovis*) ἔστασαν ὀρθὰν καρδίαν (ἀνώρθουν τὸν νοῦν) ἐκ προτέρων καμάτων μεταμειψάμενοι, *vicissim e prioribus calamitatibus* (nam uterque exulabat) *animum* vel *receperunt, recrearunt*, vel *confirmarunt*.

inclytam filiam; et Cadmus Thebis, quæ septem portis sunt nobiles, formosam Harmoniam uxorem duxit: ubi Musarum, aurea redimicula habentium, suavissimos cantus audiverunt.

STROPHE V. 165—177.

Quandoquidem etiam Dii utriusque nuptiarum epulis interfuerunt: in quibus Cadmus et Peleus Saturni prolem regiam in aureis sedilibus mensæ accumbentem viderunt, et ab omnibus dona acceperunt; Peleus, a Neptuno equos, a Vulcano gladium: Cadmi sponsa, frumenti fructum a Cerere; lyram a Mercurio; monile, peplum, et tibias, a Pallade; aureum monile, a Venere; aliaque ab aliis Diis. Hoc autem beneficio nuptiarum accepto a Jove, prioribus liberati laboribus, animum erexerunt. Nam Peleo, tentatæ pudicitiæ a Cretheide, Acasti uxore, falso accusato, et in Pelio monte feris exposito, per Vulcanum misit gladium, quo se ab iis tueretur; eumque, vinculis solutum,

Τὸν μὲν ὀξείαισι θύγα-
τρες ἐρήμωσαν πάθαις
Εὐφροσύνας μέρος αἱ
Τρεῖς· ἀτὰρ λευκωλένῳ γε Ζεὺς πατὴρ
Ἤλυθεν ἐς λέχος ἱμερτὸν Θυώνᾳ.

A. έ. K. ιγ'.

Τοῦ δὲ παῖς, ὅν περ μόνον ἀθανάτα
Τίκτεν ἐν Φθίᾳ Θέτις, ἐν πολέμῳ
Τόξοις ἀπὸ ψυχὰν λιπὼν
Ὦρσεν πυρὶ καιόμενος
Ἐκ Δαναῶν γόον. Εἰ

173. Duplex est hujus loci interpretatio. Alia antiquior, quam naturalis verborum ordo suppeditat, quamque veteres sequuntur: τὸν μὲν θύγατρες αἱ τρεῖς (Ino, Agave, Autonoë, sup. Ol. II. 39.) ἐρήμωσαν εὐφροσύνας μέρος (ἀφείλοντο αὐτὸν μέρος, ex poëtico more, ἐρημοῦν τινά τι. pro, κατά τι) πάθαις ὀξείαις, (pro, διὰ παθῶν). Sic suprà dictum erat, Ol. I. 94, εὐφροσύνας ἀλᾶται, *felicitate caret, infelix est.* εὐφροσύνας autem μέρος, haud dubiè *ex pristinâ felicitate partem;* nam non omni felicitate exciderat Cadmus. Altera ratio, a Schneidero proposita, et a Gedikio probata, hæc est: τὸν μὲν θύγατρες ἐρήμωσαν ὀξείαις πάθαις, εὐφροσύνας μέρος αἱ τρεῖς, *ipsæ lætitiæ paternæ pars.* Moneri potest; primò non erant pars, sed ipsæ totam *paternam felicitatem* constituebant: nulli alii erant Cadmo liberi; tum verò, non *orbârunt eum*: non enim mortuæ sunt, sed in calamitates inciderunt; duæ autem (*Ino et Semele*) deæ factæ.

182. Novus sententiarum ordo. ver. 185, sq. χρὴ πρὸς μακάρων τυγχάνοντ' εὖ πασχέμεν. non adeò proclivè est, grammaticè hæc expedire; εὖ πάσχειν nihil aliud est nec esse potest, quam *benè res gerere, bonum successum habere, felicem esse, laudem consequi.* vid. Py. I. 191. Ne. I. 46. Isthm. V. 17. Jam τυγχάνοντα potest esse neutrum plurale, ut sit: χρὴ εὖ πάσχειν (κατὰ τὰ) τυγχάνοντα πρὸς μακάρων, *sapiens felix est in iis quæ a diis ipsi contingunt.* Potest et esse, χρὴ εὖ πάσχειν (αὐτὸν) τυγχάνοντα (i. e. ἐπιτυγχάνοντα, *si consequitur* aut *hoc ipsum, ut æquo animo ferat fortunam,* aut *si consequitur id quod voluit, si successu utitur;* nam τυχεῖν, τυγχάνειν absolutè sic ponitur: v. c. Ol. II. 93.) πρὸς μακάρων (παρὰ θεῶν). Nisi dixeris esse ornatè dictum τυγχάνοντα εὖ πάσχειν pro simplici εὖ πάσχειν, aut pro τυγχάνειν πρὸς (παρὰ) μακάρων, καὶ εὖ πάσχειν. Dura est ellipsis in omnibus his modis. Restat tamen tertia ratio, ut sit tertius casus τυγχάνοντι, ut sit, εὖ πάσχειν τῷ τυγχάνοντι πρὸς θεῶν, i. e. ἐν τῷ

et debellato Acasto, Thetidis conjugio decoravit. Et Cadmo, post difficultates in quærendâ Europâ superatas, Harmoniam collocavit. Sed hunc alio postea tempore, graves trium filiarum calamitates lætitiâ privârunt, quum Ino et Agave, furore percitæ, altera Pentheum, altera Melicerten, laniaverunt; et Semele formosa a Jove compressa est, et fulmine extincta.

ANTISTROPHE V. 178—190.

Illum verò, nempe Peleum, lætitiâ privavit filius Achilles, quem illi Thetis immortalis in Phthiâ solum genuit, quùm in bello Trojano, a Paride telis confossus, animam exhalavit, et pyræ impositus luctum Græcis excitavit.

Δὲ νόῳ τις ἔχει
Θνατῶν ἀλαθείας ὁδὸν,
Χρὴ πρὸς μακάρων
Τυγχάνοντ᾽ εὖ πασχέμεν. ἄλ-
λοτε δ᾽ ἀλλοῖαι πνοαὶ
Ὑψιπετᾶν ἀνέμων.
Ὄλβος οὐκ ἐς μακρὸν ἀνδρῶν ἔρχεται,
Ὃς πολὺς εὖτ᾽ ἂν ἐπιβρίσαις ἕπηται. [190. ἕπηται, σμικρὸς &c. Ed. Ben.]

E. ε᾽. K. ιε᾽.

Σμικρὸς ἐν σμικροῖς, μέγας ἐν μεγάλοις

τυγχ. *in eo quod obtingit a diis.* In hoc dura est elisio τοῦ ι. Sententia enim omninò sic procedere videtur inde a ver. 182. εἰ δέ τις, *si quis*, (h. e. quisquis,) &c. *Sapiens benè fert utramque fortunam; felicitate fruitur, quatenus a diis hoc ipsi obtingit; at* (187,) *alio tempore aura mutatur; nimis magna felicitas hominum non diù persistit eodem in loco.* ὁδὸς ἀλαθείας, ver. 184, *via sapientiæ, vera ratio*, nescio an jungenda sit cum θνατῶν, *quantum quidem illa ad mortale genus spectat.*

[182. εἰ δὲ νόῳ τις &c. Gnome quâ docet quo animo divina beneficia debeat vir prudens accipere. νόῳ ἀλαθείας ὁδὸν ἔχει, hoc est, φρόνιμός ἐστιν, ὀρθῶς λογίζεται: ut hic sit sensus; εἰ δέ τις φρόνιμός ἐστιν, προσήκει αὐτὸν, παρὰ τῶν Θεῶν εὐεργετούμενον, τῆς εὐπραγίας ἀπολαύειν. Neque enim Dii volunt sua munera contemni: unde Homerus; Οὔτοι ἀπόβλητ᾽ ἐστὶ Θεῶν ἐρικυδέα δῶρα, ὅσσά κεν αὐτοὶ δῶσιν· ἑκὼν δ᾽ οὐκ ἄν τις ἕλοιτο. Ben.]

186. ἄλλοτε δ᾽ ἀ. prorsùs ut Ol. VII. f. ὑψιπετᾶν non esse potest ab ὑψιπετὴς, ἐς, sed ab ὑψιπέτης, ου.

190. Corrupta est lectio; nec procedit, quocunque te verteris. Ne cum seqq. jungas, sententia ipsa intercedit. Igitur ad antecedentia referre necesse est; sententia est perspicua: *nimis magna felicitas non est stabilis.* ὁ μέγας ὄλβος οὐ μόνιμος ἐν βροτοῖς, Eurip. Or. 340. cf. Med. 1228, 9. *Non durat felicitas humana quæ nimis magna obvenerit.* ἐπιβρίσαις ἕπηται est idem ac ἐπιβρίσῃ: de *magnâ copiâ obruente.* Verùm molesta sunt ὃς et εὖτ᾽ ἄν: in his vitium latet. Jam propter ἕπηται tenendum erit εὖτ᾽ ἂν pro ὅταν. Restat igitur vox ὃς, corruptelæ sedes. Exputabam multa; sed nondum vidi, quod pro Pindarico habere possem.

[190. ὃς πολὺς, &c. i. e. ὃς ὅτι πολὺς ἀκολουθῶν ἐπιβαρήσῃ, σμικροῖς συνὼν, σμικρόν με ποιήσω, ἐκείνοις ἐμὲ συμμετρήσας, καὶ μέγαν ἐν μεγάλοις, ἐκείνοις ἐμὲ ἐξισώσας. Ben.]

191—7. Nunc, quod universè pronuntiare voluit, more suo *ad se* transfert: *Fortunæ meæ modulo accommodabo mores meos; in rebus modicis modicè, in lautis vivam lautè. Fortunâ præsente utar pro facultate. Sin autem mihi lauta fortuna obtigerit, spero in posterum laudem et famam magnam me consequuturum esse.* Ita de se dixit, quæ universè accipi vult. ἀσκήσω θεραπεύων (pro, ἀσκήσω καὶ θεραπεύσω, *colam, utar*; ut ἀσκεῖν ἀρετὴν) φρεσὶ κατ᾽ ἐμὰν μαχανὰν, *pro meo modulo, pro facultate meâ*, τὸν δαίμονα ἀμφέποντα, i. e. παρόντα μοι. In seqq. 195, olim in Additam. alienam sententiam inferre volebam; at

Cæterùm decet virum prudentem bonâ fortunâ, quam consecutus est Deorum munere, frui et uti, quandoquidem sua dona contemni nolunt. Verùm ut aliàs alii spirant venti, nunc secundi, nunc adversi; sic aliàs alio vultu, nunc sereno, nunc torvo, fortuna respicit. Nec felicitas diù apud homines commoratur. Quæ si fortè aliquando gravi pondere me comitetur, hoc faciam;

Epod. V. 191—*ad fin.*

Nimirum apud tenues, et me inferiores, me deprimam; apud magnos et

Ἔσσομαι· τὸν δ' ἀμφέποντ' αἰεὶ φρεσὶ
Δαίμον' ἀσκήσω κατ' ἐμὰν
Θεραπεύων μαχανάν.
Εἰ δέ μοι πλοῦτον θεὸς ἁβρὸν ὀρέξαι,
Ἐλπίδ' ἔχω κλέος εὕ-
ρέσθαί κεν ὑψηλὸν πρόσω.
Νέστορα καὶ Λύκιον
Σαρπηδόν', ἀνθρώπων φάτις,
Ἐξ ἐπέων κελαδεν-
νῶν, τέκτονες οἷα σοφοὶ
Ἅρμοσαν, γινώσκομεν. ἁ
Δ' ἀρετὰ κλειναῖς ἀοιδαῖς
Χρονία τελέθει.
Παύροις δὲ πράξασθ' εὐμαρές.

enim videndum est, quid poëta senserit, non, quid sentire debuerit, ad nostrum quidem sensum ac morem. Scilicet cùm ver. 198, novam sententiam subjicere putandus est poëta; quâ tacitè suis carminibus honorem asserit.

198. *Nestorem et Sarpedonem, ἀνθρώπων φάτις, i. e. φάτιας, fabulas hominum, de quibus viris tam multa fabulantur poëtæ, γινώσκομεν ἐξ ἐπέων &c. notos habemus ex carminibus &c.*

[199. Heynius h. l. ita reddit: "Nestorem et Lycium Sarpedonem, hominum fabulas, ex carminibus sonoris—novimus." ab Heynio φάτις legitur in casu accusativo, pro φάτιας; a Benedicto, in nominativo; et h. l. ita ab eo verbatim redditur: "Nestorem - - - hominum fama (habet) ex versibus sonoris."]

205. *At paucis facile est hoc consequi*, sc. ut eorum virtus carmine immortalitatem (saltem duraturam famam) consequatur.

me majores, magnum agam, illisque me æquiparabo: et eam, quæ me circumdabit, pro viribus et facultate, colens fortunam, animo fovebo. Quod si, inter cæteras felicitates, divina benignitas mihi divitias amplas suppeditaret, sperarem me altissimam apud posteros gloriam adepturum, cùm poëtis, mearum laudum præconibus, liberalem me præberem, Hiero: quorum sanè est clarorum virorum laudes tradere posteritati. Vides ut Nestoris Pylii, et Sarpedonis Lycii, fama ad posterioris sæculi homines dimanavit, carminum eximiè sonantium operâ, qualia solummodò docti poëseos artifices compegerunt. Etenim virtus, quæ carminum celebrium beneficio nobilis evadit, æternam vitam obtinere solet: sed talia componere paucis facile est, ut res insignium heroüm gestas immortalitati consecrent.

ΠΥΘΙΑ.

Εἶδος δ'.

ΑΡΚΕΣΙΛΑῼ ΚΥΡΗΝΑΙῼ,

Ἅρματι.

ARGUMENTUM.

In Arcesilai, regis Cyrenes, honorem carmen se aggredi professus, statim, Cyrenes mentione factâ, quasi numine afflatus, ad origines coloniæ progreditur, et Medeæ vaticinium memorat Euphemo, uni ex Argonautis, datum—94. subjunctâ simul interpretatione ex oraculo Delphis Batto dato de coloniâ in Libyam deducendâ—118. Inde fabulam de Argonautarum profectione orditur;—438. ubi, occiso dracone et vellere recuperato, reliqua brevibus complectitur ad 467. Inde bona monita subjungit. Est carmen solito longius, fabulam argumento substernens, quæ ad originem gentis Battiadarum præclarè accommodata est, et ad hoc consilium unicè spectare videtur. Carmina longiora, in quibus Mythi exponerentur, fuere plura, inprimis Stesichori. Subjecta autem a 467. bona consilia et monita haud parùm a naturâ carminis lyrici recedunt; nec satisfacit ratio viri docti alioqui ingeniosa, quâ carmen ita defendit, ut Damophili persona compararetur cum Jasone, et ad hunc summa carminis referatur; eam refellit totum carminis argumentum et consilium ad Arcesilaum spectans. Sunt verò similia carmina, adjectis sub finem monitis, Pyth. I. II.

Σ. α'. Κ. ιδ'.

ΣΑΜΕΡΟΝ μὲν χρή σε παρ' ἀνδρὶ φίλῳ
Στάμεν, εὐίππου βασιλῆϊ Κυρά-
νας, ὄφρα κωμάζοντι σὺν Ἀρκεσίλᾳ,
Μοῖσα, Λατοΐδαισιν ὀφειλόμενον
Πυθῶνί τ' αὔξῃς οὖρον ὕμνων.
Ἔνθα ποτὲ χρυσέων
Διὸς ὀρνίχων πάρεδρος,
Οὐκ ἀποδάμου Ἀπόλ-
λωνος τυχόντος, ἱέρεα
Χρῆσεν οἰκιστῆρα Βάττον

NOTÆ HEYNIANÆ;

Interpositis Quibusdam BENEDICTINIS.

1. *Σάμερον μὲν*, Musa *παραστῆναι*, *adesse*, debet, ut adsit ipsi pompæ victoris, in quâ hymnus canitur. Similis locus Ol. VI. 46, sq.

[4. *Λατοΐδαισιν.* Cyrenæos intelligit, qui Aristæum, Apollinis et Cyrenes filium, coluerunt. Ben.]

5. αὔξῃς οὖρον ὕμνων, adjuves, secundes, cantum.

6—15. *ἔνθα (ἐν ᾗ Πυθῶνι) ποτὲ ἡ ἱέρεια ἔχρησεν, ὡς—κτίσειεν* (sc. *Βάττος*)—*καὶ ἀνακομίσαιτο τὸ Μηδείας ἔπος τὸ περὶ Θήρας, vaticinium in memoriam revocaret*, ut inf. 96. quippe quod nunc eventum habebat.

7. *Duæ* illæ *aureæ aquilæ*, juxta tripodem Delphicum collocatæ, videntur locum dedisse notæ fabulæ de binis aquilis a Jove volare jussis (apud Schol. et Strab. IX. p. 643. A. unde in Fragm. Pind. p. 40.) ut de medio continentis constaret. In eodem templo Pindarus *Κηληδόνας* aureas canentes finxerat in fragmento Pæanum apud Pausan. vid. Schneid. Fragm. p. 38. Ad seqq. de *Batto* legendus Herod. IV. 155—8. *οὐκ ἀποδάμου Ἀπόλλωνος τυχόντος γ'*, quia, quoties Pythia vaticinatur, deus *ἐπιδημεῖ*, *præsens est*.

PARAPHRASIS BENEDICTINA.

Strophe I. 1—14.

Oportet, O Musa, ut hodierno die te sistas apud Arcesilaum, ut virum illum, mihi carum, et equis insigni Cyrenæ imperantem, laudes, et cum eo, choros pro victoriæ successu agitante, Cyrenæis ob civem, et Pythoni ob certaminis sedem, debitum persolvas hymnum; quo, tanquam secundo vento, in honoris portum provehantur: Pythoni, inquam, hymnum persolvas, ubi olim sacerdos, (quæ assidet aureis aquilis a Jove in Apollinis templo consecratis, in memoriam aquilarum, quas, pari celeritate præditas, alteram ab ortu, alteram ab occasu emiserat, ut terrarum orbis medium definiret, et quæ eodem tempore circa Pythonem, seu Delphos, convolârunt, huncque orbis umbilicum esse ostenderant,) cùm præsens esset Apollo, certaque responsa suggereret, oraculum edidit Batto, eum in fœcundam Lybiam

Καρποφόρου Λιβύας, ἱερὰν
Νᾶσον ὡς ἤδη λιπὼν
Κτίσσειεν εὐάρματον
Πόλιν ἐν ἀργινόεντι μαστῷ,

A. α΄. K. ιδ΄.

Καὶ τὸ Μηδείας ἔπος ἀγκομίσαι-
θ' ἑβδόμᾳ καὶ σὺν δεκάτᾳ γενεᾷ
Θήραιον, Αἰήτα τό ποτε ζαμενὴς
Παῖς ἀπέπνευσ' ἀθανάτου στόματος,
Δέσποινα Κόλχων. εἶπε δ' οὕτως
Ἡμιθέοισιν Ἰά-
σονος αἰχματᾶο ναύταις·
Κέκλυτε, παῖδες ὑπερ-
θύμων τε φωτῶν καὶ θεῶν·
Φαμὶ γὰρ τᾶς δ' ἐξ ἁλιπλάγ-

14. Cyrene in colle erat posita: vid. ad Pyth. V. 31. quem λευκόγεων, *cretaceum*, fuisse, ex epitheto ἀργινόεις apparet.

[15. καὶ τὸ Μηδείας &c. Hoc est, καὶ ὅπερ ἔπος ἐν Θήρᾳ ἡ τοῦ Αἰήτου παῖς ὀργίλος Μήδεια, τῶν Κόλχων βασίλεια, ἐκ τοῦ ἀθανάτου στόματος ἀπεφθέγξατο μαντευομένη, τοῦτο ἐξανύσειεν ἐπιμελείας, ὅτι δὴ ἑπτακαιδεκάτῃ γενεᾷ, ἀποικία ἔσται ἐκ Θήρας εἰς Λιβύην. Cùm in Syrtin incidissent Argonautæ, per Libyam humeris Argo navim vectabant: deinde in mare demiserunt rursum, ubi Eurypylum, Neptuni filium, Cyrenæ regem, offenderunt; a quo, pro munere hospitali, glebam acceperunt, quum discessum pararent: eamque accepit Euphemus: quam cùm diluisset fluctuum superantium vis, in Therâ vaticinium hoc edidit Medea: nimirum, posteros Euphemi, decimâ septimâ generatione, coloniam deducturos in Libyam. Jam Battus decimus septimus erat ab Euphemo; ideo rectè jussus est ab Apolline ut ex Therâ in Libyam migraret. BEN.]

24, sq. Puta hoc vaticinium a Medeâ pronuntiatum fuisse in reditu Argonauta-

deducturum coloniam, ut, relictâ Therâ insulâ, ob Neptuni et Minervæ templum sacrâ, in uberi colle curru præstantem Cyrenen conderet:

ANTISTROPHE I. 15—28.

et vaticinium illud curaret ac perficeret, quod in Therâ insulâ, ubi gleba ab Eurypylo in hospitale munus Euphemo data, aquis exundantibus dissoluta est, iracunda Medea Æetæ filia, Colchorum regina, immortali ore pronunciavit: fore, ut qui decimus septimus ab Euphemo nasceretur, ex Therâ in Libyam migraret. Etenim hæc illius verba fuerunt ad semideos, Jasonis bellicosi socios: "Aures mentesque advertite, O viri, magnanimorum virorum et Deorum filii; Assero ex hâc insulâ Therâ, quæ fluctibus undique percu-

κτου ποτὲ γᾶς Ἐπάφοιο κόραν
Ἀστέων ῥίζαν φυτεύ-
σεσθαι μελησίμβροτον
Διὸς ἐν Ἄμμωνος θεμέθλοις.

E. α΄. K. ιγ΄.

Ἀντὶ δελφίνων δ' ἐλαχυπτερύγων
Ἵππους ἀμείψαντες θοὰς,
Ἁνία τ' ἀντ' ἐρετμῶν
Δίφρους τε νωμάσοισιν ἀελλόποδας.
Κεῖνος ὄρνις ἐκτελευτά-

rum per mare Ægæum, juxta insulam Theram, glebâ in mari dilapsâ, v. 67, sq. cujus tamen pars adhæserat littori. φαμὶ, *prædico*, ex hâc glebâ in mari natante κόραν Ἐπάφου, Libyen, φυτεύσεσθαι (pro κτίσειν) ῥίζαν ἀστέων, *esse parituram*, edituram, *germen urbium*, Cyrenen metropolin aliarum urbium in Libyâ. ἁλιπλάγκτου γᾶς. ἁλίπλαγκτος est, *qui in mari errat*, ut apud Apollon. II. 11. Argonautæ ἁλίπλαγκτοι, et Pan apud Sophoclem, qui in littore et promontoriis errat. Si insulæ epitheton est, debet passivè accipi, *quæ a mari alluitur*. Putant idem esse quod ἁλίπληκτος, *ab undis percussus*, quod epitheton esset insulæ, ut ἁλίκτυπος. Salamis θαλασσόπληκτος apud Æschyl. Pers. 307. Et est quoque h. l. in Gotting. cod. ἁλιπλάκτου. Verùm h. l. agitur de glebâ in mare missâ et in aquam dilapsâ, quo in loco ac tempore Medea vaticinata est, inde insulam aliquando mari prodituram, Theram, unde colonia in Libyam deducenda sit. Paulo aliter res exposita apud Apollon. IV. 1750, sq.

[28. Διὸς ἐν Ἄμμωνος θεμέθλοις. Hoc est, ἐν τῇ χώρᾳ τοῦ Διὸς Ἄμμωνος: ac proinde in Africâ, seu Libyâ, arenosâ terrâ. Libyes autem Jovem appellant "Ammonem," Ægyptiacâ, ut quidam volunt, linguâ: Alii ab ἄμμος, i. e. *arena*; quasi, *arenarium*. Fuit autem Jovis Ammonis μαντεῖον in Libyâ, ubi sub arietis specie colebatur: unde sic Phæstus; Ζεῦ Λιβύης Ἄμμων κερατηφόρε κέκλυθι μάντι. Et in Africæ arenis et solitudinibus erat Jovis, inde Ammonis vocati, templum. Quæritur autem, cur Cyrenen, multis stadiis distantem, dicat esse ἐν θεμέθλοις, hoc est, ἐν ἱερῷ Διός? respondetur, quia non solùm illi sacrum est templum, sed tota regio. Ben.]

29. Cyrenæi (ex ῥίζα ἀστέων) νωμάσουσι ἀνταμείψαντες, *tractabunt*, *permutato vitæ genere*, *habenas et currus pro navigiis*; et hinc eliciendum verbum idoneum ad prius; *antea occupati in delphinis piscandis*, *erunt occupati in tractandis equis*, i. e. ἀντὶ νηιωτῶν ἔσονται ἱππευῶται.

33. κεῖνος ὄρνις—ἐν ποτε—Εὔφαμος ἐδέξατο. Exitum ita habebit *istud ostentum*, ista

titur, aliquando deductum iri coloniam, quæ in Libyâ, Epaphi filiæ cognomine, Cyrenen incolet, ex quâ, tanquam radice ac metropoli, mortalibus curæ futurâ, in Jovis Ammonis sacro solo, aliæ producentur, ut Apollonia et Teuchira, quas Cyrenæi condent.

Epod. I. 29—41.

Tum verò quum Theræi ab insularibus facti erunt mediterranei, et Cyrenen incolent, non ampliùs delphinos, brevibus pinnis tanquam alis mare secantes, sed celeres equas; non remos, sed habenas; non naves, sed

σει, μεγάλαν πολίων ματρόπολιν
Θήραν γενέσθαι, τόν ποτε
Τριτωνίδος ἐν προχοαῖς
Λίμνας θεῷ ἀνέρι εἰδομένῳ
Γαῖαν διδόντι ξείνια
Πρώραθεν Εὔφαμος καταβὰς
Δέξατ᾽· αἴσιον δ᾽ ἐπί οἱ Κρονίων
Ζεὺς πατὴρ ἔκλαγξε βροντάν·

Σ. β΄. Κ. ιδ΄.

Ἀνίκ᾽ ἄγκυραν ποτὶ χαλκόγενυν
Ναΐ κρημνάντων ἐπέτοσσε, θοᾶς
Ἀργοῦς χαλινόν. δώδεκα δὲ πρότερον
Ἁμέρας ἐξ ὠκεανοῦ φέρομεν

gleba, quam Euphemus aliquando acceperat a Tritone. vid. Apollon. IV. 1551, sq.

34. μεγάλαν πολίων ματρόπολιν. potest et esse μεγάλαν vel μεγαλᾶν, πολίων. Sed præstat ματρόπολιν ornari epitheto.

40. Malè in edd. adhæserat punctum in fine versûs; nam verba procedunt: ἐπέκλαγξεν οἱ βρ. et interposita sunt in medio: (αἴσιον—βροντάν.) et jungenda: δέξατ᾽, ἀνίκα.

42. ἀνίκα (ὁ θεὸς) ἐπέτοσσε, *quando ille supervenit*. vid. var. lect. illis navem solventibus, κατὰ τὸν ἀπόπλουν ἐκ τῆς Τριτωνίδος.

45. φέρομεν, *portaveramus*. tum ἐξ Ὠκεανοῦ. Scilicet, secundum commenta Argonauticæ navigationis, *ductâ e Colchide navi circa oram continentis*, (sive ad communem rationem ab occidente, sive, id quod firmare videntur 447, 8. ab oriente versus austrum; nam et ab oriente angustissimos orbis terrarum fines esse credidit antiquitas,) *ab australi orâ Africæ*, (quandoquidem Africam, ab austro versus mare mediterraneum, non longo intervallo extendi putavit eadem rudis antiquitas,) *terram ingressi, navem portârunt versus septentrionem, itinere facto per deserta Africæ usque ad paludem Tri-*

veloces currus regent: omniaque instrumenta et opera marina, maris in posterum ignari, terrestribus permutabunt. Gleba illa, quam olim in Tritonide palude Triton, juveni Eurypylo, Neptuni filio, regionis illius regi, assimilatus, in hospitale munus dedit Argonautis, et quam, ad eum ex prorâ descendens, accepit Euphemus; gleba, inquam, illa, utpote certum augurii symbolum, portendit Theram insulam, magnarum urbium, nimirum Cyrenes, Apolloniæ, et Teuchiræ, olim metropolim futuram. Quod felix faustumque fore Saturnius ipse Jupiter innuit, quando cum fragore lævum intonuit.

STROPHE II. 42—55.

Quum autem, avulsâ æneâ anchorâ, eâque a navi suspensâ, quâ immota retinetur, ut equus fræno a cursu cohibetur, soluturi essent Argonautæ; illis

Νώτων ὕπερ γαίας ἐρήμων
Εἰνάλιον δόρυ, μή-
δεσιν ἀνσπάσσαντες ἁμοῖς.
Τουτάκι δ' οἰοπόλος
Δαίμων ἐπῆλθεν, φαιδίμαν
Ἀνδρὸς αἰδοίου πρόσοψιν
Θηκάμενος. φιλίων δ' ἐπέων
Ἄρχετο, ξείνοις ἅτ' ἐλ-
θόντεσσιν εὐεργέται
Δεῖπν' ἐπαγγέλλοντι πρῶτον.

A. β'. K. ιδ'.

Ἀλλὰ γὰρ νόστου πρόφασις γλυκεροῦ
Κώλυεν μεῖναι. φάτο δ', Εὐρύπυλος
Γαιαόχου παῖς ἀφθίτου Ἐννοσίδα
Ἔμμεναι. γίγνωσκε δ' ἐπειγομένους.
Ἂν δ' εὐθὺς ἁρπάξαις ἀρούρας

tonidem, [hodiè dictam FAROUN, teste D'Anvill. Geogr. Ant. Comp. tom. II. p. 203.] cujus veram naturam ac situm non magis cognitum habebant; *hic iterùm in aquam immissam Argo, freto*, quod inde creditum est procedere, *in mare mediterraneum deduxerunt*. Declarata hæc nunc sunt disertiùs in Schönemanni nostri *Geographia Argonautarum*. cf. Not. ad Apollod. I. 9, 24. Aliam rationem Apollonius sequitur, qui inde a Syrtibus viam ad Tritonidem monstrat.

56. *ἀλλὰ γὰρ—μεῖναι* possunt in parenthesi posita haberi.

59. *γίγνωσκε δ' ἐπειγομένους, καὶ, ἁρπάξαις—μάστευσε*. pro vulgari: *Cum autem audisset*, intelligeret, *nos festinare, glebam, quæ fortè ad manus erat, arreptam pro munere hospitali obtulit*. ἱμάστευσε (ἔστι) δοῦναι.

supervenit Triton. Priùs autem, per duodecim dies, per Libyæ deserta ereptam Syrtibus navim meo consilio vectaveramus. Tunc, inquam, solivagus ille deus, assumpto viri reverendi Cyrenæ regis Eurypyli decoro vultu, supervenit. Porrò eos verbis amicis compellavit; utque solent benefici hospites, ad hospitium invitatis ante omnia cœnam denunciavit.

ANTISTROPHE II. 56—69.

Verùm enimverò prætextus jucundi in patriam, ad quam properabant, reditûs, prohibuit quominus manerent, et beneficiis ab hospite blando oblatis fruerentur. Is autem profitebatur se appellari Eurypylum; seque Neptuni, terram continentis et tridente concutientis, Dei immortalis, filium dicebat. Et quia nos festinare cognoscebat, nec sine munere abire volebat, quidvis

Δεξιτερᾷ προτυχὸν
Ξένιον μάστευσε δοῦναι.
Οὐδ' ἀπίθησέ νιν, ἀλ-
λ' ἥρως, ἐπ' ἀκταῖσιν θορὼν,
Χειρί οἱ χεῖρ' ἀντερείσαις
Δέξατο βώλακα δαιμονίαν.
Πεύθομαι δ' αὐτὰν κατα-
κλυσθεῖσαν ἐκ δούρατος
Ἐναλίᾳ βᾶμεν σὺν ἅλμᾳ,

E. β'. K. ιγ'.

Ἑσπέρας, ὑγρῷ πελάγει σπομέναν.
Ἦ μάν νιν ὄτρυνον θαμὰ
Λυσιπόνοις θεραπόν-
τεσσιν φυλάξαι· τῶν δ' ἐλάθοντο φρένες.
Καί νυν ἐν τᾷδ' ἄφθιτον νά-
σῳ κέχυται Λιβύας εὐρυχόρου
Σπέρμα, πρὶν ὥρας. εἰ γὰρ οἴ-

[70. ἑσπέρας ὑγρῷ πελάγει, Ed. Ben. Heynius voc. ἑσπέρας reddit; *sub vesperam.*]

63. *οὐδ' ἀπίθησέ νιν.* pro, *οὐδ' ἀπίθησε τῷ Εὐρυπύλῳ (κατά) νιν, (αὐτὴν,* sc. *τὴν ἄρουραν,* vel *αὐτὸ, τὸ ξένιον,* (*nec abnuit ipsi, quantum hospitale munus spectabat,* sc. quominus acciperet, i. e. non recusavit accipere.

74, sq. Nunc iniquo casu accidit, quod h. l. mari mersa fuit gleba; nam si delata fuisset ab Euphemo domum Tænarum, {hodiè Cape Matapan, a Græcâ voce *μέτωπον* deducto nomine, vid. D'Anvill. tom. I. p. 228.] ibique in solum projecta, *quartâ* statim *generatione* oraculum eventum habiturum fuisset, tempore profectionis Heraclidarum in Peloponnesum. At nunc susceptæ e Lemniâ muliere prolis posteri aliquando e Laconicâ migrabunt Theram, et ex hâc Battus coloniam deducet in Libyam, *generatione* xvii. inde ab Euphemo. (v. 16.)

obvium nobis offerre quæsivit, glebamque, raptim e solo captam, dextrâ manu prætendit. Tum heros Euphemus, non neglecto tam benigni hospitis munusculo, protinùs in ripam e prorâ desiliit, et, dextram dextræ jungens, beatam illam, quæ a deo offerretur, glebam accepit. At eam, e navi delapsam, audio esse submersam, et aquæ marinæ permixtam;

Epod. II. 70—82.

cùm per occidentale pelagus ferretur. Attamen ego subinde famulos, quorum est curâ laboribusque liberare dominos, hortabar, ut eam diligenter custodirent. Verùm, ut video, mandatorum obliti sunt. Et nunc in hâc insulâ Therâ, ante tempus idoneum dissoluta est illa gleba, quæ portendit Euphemi posteros in spatiosâ Libyâ habitaturos. Si enim rex Euphemus,

κοι νιν βάλε πὰρ χθόνιον
Ἀΐδα στόμα, Ταίναρον εἰς ἱερὰν
Εὔφαμος ἐλθὼν, υἱὸς ἱπ-
πάρχου Ποσειδάωνος, ἄναξ,.
Τόν ποτ' Εὐρώπα Τιτυοῦ θυγάτηρ
Τίκτε Καφισοῦ παρ' ὄχθαις·

Σ. γ'. Κ. ιδ'.

Τετράτων παίδων κ' ἐπιγεινομένων
Αἷμά οἱ κείναν λάβε σὺν Δαναοῖς
Εὐρεῖαν ἄπειρον. τότε γὰρ μεγάλας
Ἐξανίστανται Λακεδαίμονος Ἀρ-
γείου τε κόλπου καὶ Μυκηνᾶν.
Νῦν γε μὲν ἀλλοδαπᾶν
Κριτὸν εὑρήσει γυναικῶν

78. Delevi interpunctionem post ἱερὰν, nam sunt jungenda Ταίναρον εἰς ἱερὰν Εὔφαμος ἐλθὼν, pro ἀνελθών. Erat rex Tænari. cf. 309.

84. σὺν Δαναοῖς, *Achivis*, qui ejecti fuerè a Doriensibus, ducibus Heraclidis. ἐξανίστανται pro ἐξαναστήσονται.

88. Ex *vulgari* narratione Lemnum adierant Argonautæ *in profectione versus Colchos*. Hoc sequuti, veteres grammatici laborârunt in h. l. et in εὑρήσει supplent meliores ἄπειρον, ex v. 85. ut subjectum sit: γένος κριτὸν (ἐκ) γυναικῶν ἀλλοδαπᾶν ἐν λέχεσιν, vel, γένος ἐν λέχεσι γυναικῶν· utrumque parùm suaviter. At *Pindarus* eos *in reditu* Lemnum adduxit; vid. inf. 448. ubi, post vellus abductum, et navigationem per oceanum factam, Λαμνιᾶν ἔθνει γυναικῶν admoventur. Nec aliter verba h. l. constitui possunt quam, *nunc ille* (Euphemus) *suscipiet progeniem ex peregrinâ fœminâ:* νῦν γε μὰν εὑρήσει ἐν λέχεσι γυναικῶν ἀλλοδαπᾶν (pro, ἐν λέχει γυναικὸς) γένος κριτὸν, οἵ τίκωνταί κεν (pro ὃ τέξεται) φῶτα, *Battum:* i. e. *e quâ progenie, ubi in hanc insulam Theram venerint*, σὺν τιμᾷ θεῶν, *honore hoc iis divinitùs constituto*, (vv. 123, 463.) *nascetur Battus*. In νῦν γε et τότε consentiunt veteres: τότε ad Heraclidarum descensum in Peloponnesum, et νῦν ad solutam glebam apud Theram referentes. κιλαινεφῆ πεδία, ver. 93, sunt simpl. *fertilia*. μέλανα. Et πολιὸς, ver. 98, pro πλῆθος, ut ap. Homer.

Neptuni, præsidis equitum, filius, quem olim ad Cephisi ripas Europa Tityi filia peperit, ad Neptuno sacram usque Tænarum, domum suam pervenisset, eamque in Tænarias Orci fauces projecisset,

Strophe III. 83—96.

quartâ generatione Euphemi nepotes cum Græcis latam continentem possedissent; et ex Lacedæmone, Argis, et Mycenis, in Libyam profecti fuissent: tunc enim, quartâ generatione, migraturi sunt Heraclidæ in hanc insulam. Nunc verò, quia in hâc insulâ dissoluta est gleba, decimâ septimâ tantum

'Εν λέχεσιν γένος, οἵ
Κεν, τάνδε σὺν τιμᾷ θεῶν
Νᾶσον ἐλθόντες; τέκωνται
Φῶτα κελαινεφέων πεδίων
Δεσπόταν· τὸν μὲν πολυ-
  χρύσῳ ποτ' ἐν δώματι
Φοῖβος ἀμμνάσει θέμισσιν,

A. γ'. K. ιδ'.

Πύθιον ναὸν καταβάντα, χρόνῳ
'Υστέρῳ νάεσσι πολεῖς ἀγαγὲν
Νείλοιο πρὸς πῖον τέμενος Κρονίδα.
Ἦ ῥα Μηδείας ἐπέων στίχες. ἔ-
  πταξαν δ' ἀκίνητοι σιωπᾷ
Ἥρωες ἀντίθεοι,
Πυκινὰν μῆτιν κλύοντες.
Ὦ μάκαρ υἱὲ Πολυ-
  μνάστου, σὲ δ' ἐν τούτῳ λόγῳ

99. Ægyptus dicta pro Libyâ, poëtarum more. Et mox, 100, ἦ ῥα Μηδείας αὗται ἦσαν αἱ ἐπέων στίχες, *vaticinii series*, tale erat vaticinium.

103. μῆτιν, χρησμόν.

105. ἐν τούτῳ λόγῳ, quod *in hoc Medeæ vaticinio* est memoratum, *Pythiæ oraculum*, *quod* quidem, non ad quæsitum, sed *spontè*

generatione, Euphemi illi posteri Cyrenen Libyæ coloniam deducent: Et certè qui ex peregrinis mulieribus Lemniacis nascentur Argonautis, selectum virorum genus, a Therâ heroë in Callistam, quam a se Theram denominabit, deducentur. Ex illis autem, postquam huc venerint, honore sic a Diis affecti, orietur ex progenitore Samo Battus, ab Euphemo, qui ex Lemniacarum aliquâ filium susceperat, decimus septimus, ille qui Lybicorum camporum, pluviis nubibus fuscorum, dominus erit: eam in regionem ut se conferret, Apollinis oraculo, in ejus æde, multis donariis aureis insigni, accepto, monitus,

ANTISTROPHE III. 97—110.

quum in Pythium templum descenderit, ut in posterum, instructâ classe, coloniam amplam deduceret Cyrenen, Libyæ civitatem, ubi Jovis Nilei pingue delubrum extat." Atque sic locuta est Medea. Tum Argonautæ, divini heroës, obmutescentes obstupuerunt, quum ejus præscientiæ sapientiam audivissent. Ejus verò vaticinii veritatem eventus comprobavit. Nam, O beate Polymnesti ex Phronimâ fili Batte, secundum fatidica Medeæ

Χρησμὸς ὤρθωσεν μελίσσας
Δελφίδος αὐτομάτῳ κελάδῳ·
Ἅ σε χαίρειν εἰς τρὶς αὐ-
δάσασα, πεπρωμένον
Βασιλέ' ἄμφανεν Κυράνας,

Ε. γ'. Κ. ιγ'.

Δυσθρόου φωνᾶς ἀνακρινόμενον
Ποινὰ τίς ἔσται, πρὸς θεῶν.
Ἦ μάλα δὴ μετὰ καὶ
Νῦν, ὥστε φοινικανθέμου ἦρος ἀκμᾷ,
Παισὶ τούτου ὄγδοον θάλ-
λει μέρος Ἀρκεσίλας· τῷ μὲν Ἀπόλ-
λων ἅ τε Πυθὼ κῦδος ἐξ
Ἀμφικτυόνων ἔπορεν
Ἱπποδρομίας. ἀπὸ δ' αὐτὸν ἐγὼ

illa effata est, ὤρθωσε *te, ὁ Batte, constituit*, sc. colŏniæ deducendæ auctorem; nisi malis, *animum tuum erexit et adjecit novæ coloniæ consilio.* Mox 112, τίς ποινὰ, *quæ liberatio.* Nam ποινὴ est remuneratio, permutatio, adeò etiam *mali in melius.*

[106. μελίσσας, i. e. ἱερείας. Propriè quidem, ut monet Schol. sacerdotes Cereris μέλισσας vocant; καταχρηστικῶς verò, etiam quaslibet alias, ob illius animalis, scil. apis, puritatem. Nam ut puræ castæque sunt apes, sic etiam sacerdotes castas et puras esse oportet. BEN.]

113. *Arcesilaus, octavus a Batto, nunc regnat:* ὄγδοον θάλλει μέρος, *progenies.* Stirps est totum aliquid, cujus sunt partes generationes; ὥστε ἦρος ἀκμᾷ, *virescit tanquam verno tempore.* Molestum est hyperbaton μετὰ παισὶ τούτου, nam sic haud dubiè legendum pro τούτοις, *inter posteros hujus Batti.*

116. μέρος non dubito verum esse; utitur hâc voce Pindarus aliquoties de *singulis rebus ejusdem generis;* ut Pyth. XII. 20, τρίτον μέρος κασιγνητᾶν, *tertia soror.* Nem. III. 128, pro *ætatis gradu:* sic et inf. hoc carmine, vv. 279, 280, γηραιὸν μέρος ἁλικίας.

119. ἀποδώσω αὐτὸν Μοίσαις, ut Latini, *tradam Musis*, sc. canendum.

verba, Delphica sacerdos res tuas erexit, quum ex inspiratione divinâ, non ad tua interrogata respondit, sed ad tua fata respexit: quo factum est ut, tibi ter dictâ salute, declaraverit te fato destinatum esse Cyrenes regem,

EPOD. III. 111—123.

cùm tamen, nihil tale cogitans, sciscitareris quo Deorum auxilio, impeditæ loquelæ liberationem obtinere, durisonamque vocem emendare posses. Nunc verò, quemadmodum, purpurei veris in vigore, flos pullulans enitescit; sic utique inter Batti posteros, ejus nepotum octavus clarescit Arcesilaus. Cui Apollo, cui sacra sunt Pythia, et Pytho, ubi celebrantur, gloriam cursûs equestris, nimirum quadrijugi currûs, præbuerunt, ex judicio Amphictyonum, qui sacris hisce ludis præerant. Cæterùm, suggesto mihi a Musis

Μοίσαισι δώσω, καὶ τὸ πάγ-
χρυσον νάκος κριοῦ. μετὰ γὰρ
Κεῖνο πλευσάντων Μινυᾶν, θεόπομ-
ποί σφισιν τιμαὶ φύτευθεν.

Σ. δ'. Κ. ιδ'.

Τίς γὰρ ἀρχὰ δέξατο ναυτιλίας;
Τίς δὲ κίνδυνος κρατεροῖς ἀδάμαν-
τος δῆσεν ἅλοις; θέσφατον ἦν Πελίαν
Ἐξ ἀγαυῶν Αἰολιδᾶν θανέμεν
Χείρεσσιν ἢ βουλαῖς ἀκνάμπτοις.

122. θεόπομποι τιμαί, eædem quæ θεία τιμά. τιμὴ θεῶν, 91. *honos divinitùs destinatus, ut ex eâ gente reges essent Cyrenes, ortum habuit* inter navigationem, in Tritonide palude.

[ib. Μινυᾶν, Dor. pro Μινυῶν. Poëta Minyas vocat Argonautas, a Minyâ Neptuni filio. Nam ad eum, et Tritogeniam, Æoli natam, maxima pars ipsorum genus retulit: unde I. Argon. Apollon. ἐπεὶ Μινύαο θυγατρῶν οἱ πλεῖστοι καὶ ἄριστοι ἀφ' αἵματος εὐχετόωντο ἔμμεναι. Eustathius ait a Minyo Orchomeno genus habere, quorum alii in Thessaliam Iolcum migrârint, et hinc Argonautis nomen esse. Ben.]

[124. τίς γὰρ &c. Hypallage est, pro, τίνα δὲ ναυτιλίας ἀρχὴν οἱ Ἀργοναῦται ἐδέξαντο, i. e. ἐποιήσαντο, ἔσχον. Ben.]

125. Sententia per se est obvia: *quid coëgit eos hoc discrimen adire?* Sed quæritur de poëticâ orationis formâ. Subjectum est κίνδυνος, ad quod subeundum erant obligati, coacti. Tribuuntur ei hìc, quæ τῇ Ἀνάγκῃ conveniunt et tribui solent; ut adeò sit κίνδυνος *summum discrimen*, quo quis tenetur; adeoque *necessitas*, quâ adigitur *ad hoc vel illud faciendum*. Jason vitæ in discrimine versabatur, si patrui Peliæ jussa exsequi nollet; adeoque hoc ipsum discrimen, tanquam *causa navigationis susceptæ*, eum constringebat tanquam *clavis* affixum, (poëtica ratio vel ex Horatio nota,) quo minus elabi posset. Est adeò τίς κίνδυνος, *quodnam discrimen*, quod evitandum ipsi erat, (nisi hoc faceret, adeoque, *quæ necessitas*) adegit ipsum? Vix enim satis placet: *quænam pericula subire fatale fuit?* ἀδάμας poëtarum more receptum est, ut a Romanis *ferrum*. De lapide adamante, pro suâ ætate, Pindarus vix cogitare potuit.

128. χείρεσσιν ἢ βουλαῖς, *apertâ vi aut insidiis.*

carmine, ipsum laudabo, ipsosque Argonautas, qui, susceptâ navigatione ad aureum arietis vellus capiendum, divinitùs missorum Cyrenæis honorum primi auctores fuerunt: quatenus ex uno ipsorum, Euphemo, ortus est Battus, quem monuit oraculum, ut se cum classe Cyrenen conferret.

Strophe IV. 124—137.

Quodnam autem, O Musa, navigationis initium fecerunt Argonautæ? et quænam periculosa necessitas eos huc adegit, tanquam clavis adamantinis vinctos, ita ut fieri non potuerit quin hanc expeditionem susceperint? Erat in fatis, ut Pelias a Jasone, Æoli abnepote, manibus aut consiliis e medio tolleretur. Is autem Pelias in medio orbis habi-

Ἦλθε δέ οἱ κρυόεν
Πυκινῷ μάντευμα θυμῷ,
Πὰρ μέσον ὀμφαλὸν εὐ-
δένδροιο ῥηθὲν ματέρος·
Τὸν μονοκρήπιδα πάντως
Ἐν φυλακᾷ σχεθέμεν μεγάλᾳ,
Εὖτ' ἂν αἰπεινῶν ἀπὸ
Σταθμῶν ἐς εὐδείελον
Χθόνα μόλῃ κλειτᾶς Ἰωλκοῦ

Α. δ'. Κ. ιδ'.

Ξεῖνος, αἴτ' ὦν ἀστός. ὁ δ' ἄρα χρόνῳ
Ἵκετ', αἰχμαῖσιν διδύμαισιν, ἀνὴρ
Ἔκπαγλος. ἐσθὰς δ' ἀμφότερόν μιν ἔχεν,
Ἅτε Μαγνήτων ἐπιχώριος, ἀρ-
μόζοισα θαητοῖσι γυίοις,
Ἀμφὶ δὲ παρδαλέᾳ
Στέγετο φρίσσοντας ὄμβρους.
Οὐδὲ κομᾶν πλόκαμοι

140. Vestitus partim indigenæ erat, partim exteri advenæ.

144. Erit, ut nunc est, loquendi forma: ἡ παρδαλίη ἐστέγετο ὄμβρους φρίσσοντας, *panthera tergum avertebat imbres horridos*, horrorem corpori injicientes. ἐστέγετο pro ἔστεγε. At si παρδαλέᾳ legas, ipse ἐστέγετο (πρὸς τοὺς) ὄμβρους.

tabilis (quæ est Python, luco sacro arboribus consito insignis,) horrendum ab Apolline responsum acceperat, ut quàm diligentissimè ab eo sibi caveret, quem videret unicum habentem calceum, quum ex Pelio monte, excelso Chironis domicilio, in occidentalem et inclytam Magnesiæ urbem Iolcum veniret,

Antistrophe IV. 138—151.

peregrinus quidem, quatenus Magnesiis et Peliæ ignotus; civis autem, quatenus ex Æsone prognatus. Itaque vir ille Jason, ut præmonuerat oraculum, tandem venit, duabus hastis quas gerebat terribilis, geminâque veste amictus, alterâ Magnesiorum regioni usitatâ, quæ admirandis ejus membris apprimè conveniebat, alterâ verò, nempe pelle pardi, qualem Chiron gestare solebat, quâ, tanquam pallâ, adversus horrorem incutientes imbres se muniebat insuper: præterea intonsis capillis decorus, qui pulchri humeros

Κερθέντες οἴχοντ' ἀγλαοὶ,
'Αλλ' ἅπαν νῶτον καταίθυσ-
σον. τάχα δ', εὐθὺς ἰὼν, σφετέρας
'Εστάθη γνώμας ἀταρ-
βάτοιο πειρώμενος
'Εν ἀγορᾷ πλήθοντος ὄχλου.

Ε. δ'. Κ. ιγ'.

Τὸν μὲν οὐ γίνωσκον. ὀπιζομένων
Δ' ἔμπας τὶς εἶπεν καὶ τόδε·
Οὔ τί που οὗτος 'Απόλ-
λων. οὐδὲ μὰν χαλκάρματός ἐστι πόσις
'Αφροδίτας. ἐν δὲ Νάξῳ
Φαντὶ θανεῖν λιπαρᾷ 'Ιφιμεδεί-
ας παῖδας, Ὦτον καὶ σὲ, τολ-
μάεις 'Επιάλτα ἄναξ.
Καὶ μὰν Τιτυὸν βέλος 'Αρτέμιδος
Θήρευσε κραιπνὸν, ἐξ ἀνι-
κάτου φαρέτρας ὀρνύμενον·

150. πειρώμενος h. l. πεῖραν δοὺς, *experimentum animi sui imperterriti edens.*

156. Rectè Chæris reprehendit continuari comparationem tertio exemplo, et post deos memorari Aloidas, homines monstrosâ corporis staturâ, et vasti corporis Tityum. Etsi poëta omnem rem ad corporis robur et proceritatem retulisse videtur. Νάξος λιπαρὰ, *fertilis*, ergo vitibus; aliàs *clara.*

totumque tergum concutiebant. Hoc habitu conspicuus, in frequentem congregati populi turbam rectà profectus est, animi sui generosi et interriti specimen edens.

EPOD. IV. 152—164.

Atque hunc quidem non cognoscebant. Tum aliquis eorum, qui illum conspectum reverenter habebant, quamquam comatus erat ut Apollo, armatus ut Mars, intrepido animo ut Gigantes, "Hic," inquit, "neutiquam est Apollo intonsus; non armiger Mars, Veneris maritus, qui æneo curru vehitur. Non est etiam Otus, non Ephialtes rex audax, Neptuni et Iphimedeæ, Aloëi uxoris, filii; nam eos Apollo in fertili Naxo sagittis confecit, quum, nono ætatis anno, suâ proceritate et robore freti, montes montibus impònentes, cœlum oppugnare susceperunt. Non est etiam Tityus; nam, educto ex invictâ pharetrâ veloci telo, Diana eum peremit, quòd

Ὄφρά τις τᾶν ἐν δυνατῷ φιλοτά-
 των ἐπιψαύειν ἔραται.

Σ. ε'. Κ. ιδ'.

Τοὶ μὲν ἀλλάλοισιν ἀμειβόμενοι
Γᾶρυον τοιαῦτ᾽. ἀνὰ δ᾽ ἡμιόνοις
Ξεστᾷ τ᾽ ἀπήνᾳ προτροπάδαν Πελίας
Ἵκετο σπεύδων. τάφε δ᾽, αὐτίκα πα-
 πτήναις ἀρίγνωτον πέδιλον
Δεξιτερῷ μόνον ἀμ-
 φὶ ποδί. κλέπτων δὲ θυμῷ
Δεῖμα προσέννεπε· ποί-
 αν γαῖαν, ὦ ξεῖν᾽, εὔχεαι
Πατρίδ᾽ ἔμμεν; καὶ τίς ἀνθρώ-
 πων σε χαμαιγενέων πολιᾶς
Ἐξανῆκεν γαστρός; ἐ-
 χθίστοισι μὴ ψεύδεσι
Καταμιάναις εἰπὲ γένναν.

162. ἔφρά τις, *ut alii, ejus exemplo admoniti, ab illegitimo amore abstineant.* Similia Pyth. II. 63. III. 106. ἔραται, metro docente, est pro ἔρηται. ab ἔρω vel ἔρημι.

174. τίς ἀνθρώπων, *quæ fœmina* te partu edidit? πολιᾶς γαστρὸς, λευκῆς, ut λευκὴ σὰρξ, λευκὸν σῶμα, *candidum corpus:* ornans epitheton, ut inf. 194.

Latonam de stupro interpellâsset, ut hoc exemplo discat quisque eos amores captare qui sint possibiles et legitimi inter pares."

Strophe V. 165—178.

Ita equidem in frequenti turbâ illi, se invicem compellando, ratiocinabantur. Interea Pelias, mulari curru vectus, concitato cursu properans accessit. Tum protinùs obstupuit, ubi percognitum oraculi monitu calceum, in dextro tantum viri pede, observavit. Sed tamen, altum in corde premens metum, sic ipsum est affatus. "Dic age, O hospes, quam terram gloriaris esse patriam? quæ te mater, inter terrigenas mulieres, ex venerando utero produxit? Noli quæso tuum genus nos celare: imo, remotis omnibus mendaciis, quæ sunt odiosissima, et os inficiunt ac polluunt, candidè illud aperito."

A. ε'. K. ιδ'.

Τὸν δὲ θαρσήσαις ἀγανοῖσι λόγοις
Ὧδ' ἀμείφθη· φαμὶ διδασκαλίαν
Χείρωνος οἴσειν. ἄντροθε γὰρ νέομαι
Πὰρ Χαρικλοῖς καὶ Φιλύρας, ἵνα Κεν-
ταύρου με κοῦραι θρέψαν ἁγναί.
Εἴκοσι δ' ἐκτελέσαις
Ἐνιαυτοὺς, οὔτε ἔργον
Οὔτ' ἔπος εὐτράπελον
Κείνοισιν εἰπὼν, ἱκόμαν
Οἴκαδ', ἀρχαίαν κομίζων
Πατρὸς ἐμοῦ, βασιλευομέναν
Οὐ κατ' αἶσαν, τάν ποτε
Ζεὺς ὤπασεν λαγέτᾳ
Αἰόλῳ καὶ παισὶ, τιμάν.

[186. ἐντράπελον, Ed. Ben. quam vocem Schol. exponit ἀπαίδευτον seu αἰσχρόν.]

E. ε'. K. ιγ'.

Πεύθομαι γάρ νιν Πελίαν ἄθεμιν,

180. *Institutus sum a Chirone.* φαμὶ (ut Homer. εὔχομαι) οἴσειν (ἔχειν, εἰληφέναι. Ita φέρειν pro ἔχειν sæpè, ut sup. Ol. VII. 97.) διδασκαλίαν Χείρωνος, διδαχθῆναι παρὰ Χ. Ad rem cf. Nem. III. 92, 93.

185. οὔτε ἔργον οὔτ' ἔπος εὐτράπελον κείνοισιν εἰπὼν, *nil iis de discessu se dixisse* ait; *nec rem ipsam*, discessum, *nec causam probabilem, communicavi.*

188. κομίζων, ὥστε ἀνακομίζειν, ἀναλαβεῖν, (τὴν) ἀρχαίαν τιμὴν πατρὸς — οὐ κατ' αἶσαν, οὐ κατὰ τὸ δίκαιον, βασιλευομέναν, *quæ tenetur nunc* (sc. ab alio.)

[193. Vocat ἄθεμιν Πελίαν, ex quo conjicere licet, vel ignotum fuisse tunc Jasoni Peliam, cùm ista illi interroganti responderet; vel, illo digresso, Jasonem hæc circumstanti turbæ dixisse. Ben.]

ib. Πεύθομαι γάρ νιν. Est ordo verborum: τὸν Πελίαν ἀποσυλᾶσαι (ἀφελέσθαι, ut συλά-

Antistrophe V. 179—192.

Tum Jason, sumptâ fiduciâ, his verbis placidè respondit: "Ut vera, sicuti rogas, edisseram, aio me apud Chironem medicinam edoctum, et virtutis veritatisque studio imbutum. Nunc enim Chironio ex antro revertor, quæ domus est Chariclonis uxoris Chironis, et Philyræ ejusdem matris, ubi Centauri illius castæ filiæ me educârunt. Postquam autem illic integros viginti annos habitavi, et conversatus sum adeò honestè, ut nihil sordidi dixerim aut fecerim, domum repetivi, ut Æsonis patris mei regnum, ab alio præter jus occupatum, recuperem: siquidem illud olim Jupiter largitus est populorum duci Æolo, ejusque posteris, ut illis esset hoc dignitatis regiæ decus, hic honor.

Epod. V. 193—205.

Etenim accepi Peliam, injustum regni possessorem, stultæ mentis consilio,

Λευκαῖς πιθήσαντα φρεσὶν,
Ἁμετέρων ἀποσυ-
λᾶσαι βιαίως ἀρχεδικᾶν τοκέων·
Τοί μ᾽, ἐπεὶ πάμπρωτον εἶδον
Φέγγος, ὑπερφιάλου ἁγεμόνος
Δείσαντες ὕβριν, κᾶδος ὡσ-
εί τε φθιμένου δνοφερὸν
Ἐν δώμασι θηκάμενοι μετὰ κω-
κυτῷ γυναικῶν κρύβδα πέμ-

σαις κρᾶτα, pro, ἀφιλὰν, Pyth. XII. 28.) νιν (αὐτὴν, τὴν τιμὴν) ἁμετέρων (nam sic leg.) τοκέων ἀρχιδικᾶν. Ductum hoc ab ἀρχιδίκης: cujus tamen verum sensum constituere difficile est. ἀρχιδίκης dictum esse potest ut χειροδίκης, *cui jus est in manu;* adeoque *cui jus est in regnando*, qui justè regnat. Composita tamen ab ἀρχὴ videntur a significatu *principii* ducta, ut ἀρχίκακος, ἀρχίτυπον. ἀρχίπλουτος, apud Sophocl. El. 72, *ab initio dives, quique antiquas opes sibi vindicat ac tenet.* ut ibid. 1393. ἀρχαιόπλουτα πατρὸς εἰς ἑδώλια. Erit ergo ἀρχίδικος, δίκαιος ἀπ᾽ ἀρχῆς. Quo confici puto, scribendum esse ἀρχιδίκαν, sc. τιμὰν, *quam olim jure tenuerunt parentes.* Si hæc collegeris, videbis, doctum esse Scholion ad h. l.

194. λευκαὶ φρένες ex eo genere epithetorum est, in cujus interpretatione nos fugit veterum auctoritas; ex etymologiâ autem vel a tropo varia elici possunt. Philostrati et Dionis Chrysost. auctoritas ad Pindarum vix magna esse potest, non magis ac grammaticorum seriorum. In Hesychio et Suida cumulata sunt interpretamenta: λευκαὶ φρένες. μαινόμεναι. ἢ λαμπραὶ, ἢ ἀγαθαὶ, ἢ ἥμεραι. Jam habes, unde, quod placet, eligas. Video tamen singula ex contexto conjecturâ esse deducta; quemadmodum in nostris scholiis: φρένες ἀνόητοι. Hominem *mollem, desidem*, a corpore *albo*, λευκὸν dici, nil miror; at enim admotis machinis opus est, ut λευκαῖς φρεσὶν inserviat is significatus. Peliam enim hominem mollem antiquitas non tradidit, nec contextus docet. Equidem sequebar simplicissimum; servarunt poëtæ *multa epitheta* ex antiquitatis usu, *per se otiosa*, verùm honorem et auctoritatem *ex vetustate* habentia: sic ὕδωρ ὑγρὸν, γάλα λευκόν. paulò ante, ver. 175, γαστὴρ πολιὰ, pro λευκὴ; simili modo φρένες modò sunt ἀμφιμέλαιναι ap. Homer. propter sanguinis colorem, et ap. Hesiod. Sc. H. 429, θυμοῦ—κελαινὸν πίμπλαται ἦτορ. modò λευκαὶ, ab omento; nam ineptam grammaticorum interpretationem, etiam in Schol. Pindari, nil moror. Ita *splendidam bilem* Horatii comparabam cum *vitreâ bile* Persii: quatenus intumuit; viscerum utique inflatorum superficiem multò magis nitere constat. Nihil afferre me quod cogere possit, benè memini; tantum meos sensus eorumque rationes expono. Versatur res in eo genere, in quo videndum est, primò, *quid sit probabile per se?* tum, *quid sit probabilius ceteris?* quandoquidem, *quod liquidò constet* non habemus. In his, in quibus nihil est quod ad consensum compellat, dissensum aliorum quis, paulò liberalior, ægrè ferat?

199. κᾶδος θηκάμενοι δνοφερὸν ἐν δώμασιν ὡσεὶ φθιμένου (ἐμοῦ), s. *funus facientes*, στησάμενοι, s. *luctum atrum*, tristem, *exorsi.*

obsecutum, regnum illud per vim eripuisse parentibus meis, ad quos jure successionis pertinebat. Qui quidem, ubi primum in lucem editus fui, veriti ne dux ille insolens me perderet, ne quis legitimus imperii successor esset superstes, a quo olim jure repeteretur, finxerunt me esse mortuum, et funus, cum mulierum præficarum planctu simulatum, nostris in ædibus

τον σπαργάνοις ἐν πορφυρέοις,
Νυκτὶ κοινάσαντες ὁδὸν, Κρονίδα
Δὲ τράφεν Χείρωνι δῶκαν.

Σ. ϛʹ. Κ. ιδʹ.

Ἀλλὰ τούτων μὲν κεφάλαια λόγων
Ἴστε. λευκίππων δὲ δόμους πατέρων,
Κεδνοὶ πολῖται, φράσσατέ μοι σαφέως.
Αἴσονος γὰρ παῖς, ἐπιχώριος, οὐ
Ξείναν ἱκόμαν γαῖαν ἄλλων.
Φῆρ δέ με θεῖος Ἰά-
σονα κικλήσκων προσηύδα.
Ὣς φάτο. τὸν μὲν ἐσελ-
θόντ' ἔγνον ὀφθαλμοὶ πατρός.
Ἐκ δ' ἄρ' αὐτοῦ πομφόλυξαν
Δάκρυα γηραλέων γλεφάρων·

204. νυκτὶ κοινάσαντες ὁδὸν, *communicantes iter nocti*, noctem solam habentes *consciam consilii*, h. e. clam noctu.

207. λεύκιπποι, majores, i. e. *nobiles*, qui quadrigis vecti sunt junctis equis candidis. —Mox, 209. ἐπιχώριος, οὐ ξένος ἱκνέομαι.

[213. τὸν μὲν εἰσελθόντα. Describitur patris Æsonis πάθος elegans; dum præ summo gaudio lachrymas effundit, ut plerisque usu venit; quòd fieri solet in immodico gaudio ut inviti fleamus. Hinc Sophocles; Χῶρος γὰρ οὗτος ἐστὶν ἀνθρώπου φρενῶν, ὅπου τὸ τερπνὸν, καὶ τὸ πημαῖνον φύει. Δακρυῤῥοεῖ γοῦν καὶ τὰ καὶ τὰ τυγχάνων. BEN.]

celebrârunt; interea verò per noctem, quam hujus commenti consciam fecerunt, itineri me commiserunt, et purpureis fasciis involutum clam ad Chironem miserúnt, eique educandum tradiderunt.

STROPHE VI. 206—219.

Sed hanc rerum mearum historiam summatim attigisse satis est; ut sciatis quis sim. Jam verò, O cives honorandi, parentum meorum, equis albis insidentium, sedes apertè mihi ostendite. Etenim cùm sim filius Æsonis, etiam sum indigena, ac proinde in alienam et peregrinam regionem non venio. Quòd si meum nomen avetis scire, Jasonem me nominavit semifer ille divinus, Chiron Centaurus." Sic locutus, ad parentum ædes venit; eumque ingressum et visum agnovit pater, sive clam adolescentem ante viserat, sive ex præcedenti narratione filium esse resciverat. Tum immodicâ

Ἂν περὶ ψυχὰν ἐπεὶ
Γάθησεν, ἐξαίρετον
Γόνον ἰδὼν κάλλιστον ἀνδρῶν.

A. ϛ'. K. ϛ'.

Καὶ κασίγνητοί σφισιν ἀμφότεροι
Ἤλυθον, κείνου γε κατὰ κλέος· ἐγ-
γὺς μὲν Φέρης, κράναν Ὑπερηίδα λιπὼν,
Ἐκ δὲ Μεσσάνας Ἀμυθάν· ταχέως
Δ' Ἄδματος ἧκεν καὶ Μέλαμπος
Εὐμενέοντες ἀνε-
ψιόν. ἐν δαιτὸς δὲ μοίρᾳ
Μειλιχίοισι λόγοις
Αὐτοὺς Ἰάσων δέγμενος,
Ξείνι' ἁρμόζοντα τεύχων,
Πᾶσαν ἐν εὐφροσύναν τάνυεν,

217. Erat γάθησεν ἐξαίρετον, γόνον—Meliùs puto interpungitur: ἂν περὶ ψυχὰν ἐπεὶ γάθησεν, ἐξαίρετον γόνον ἰδὼν, κάλλιστον ἀνδρῶν· i.e. περιεγάθησε (καθ') ἣν ψυχὴν, ἐν ψυχῇ.

220. κασίγνητοι patris Æsonis.

[ib. καὶ κασίγνητοι &c. Audito Jasonis adventu, veniunt patrui et patrueles. σφίσιν ἤλυθον, hoc est, αὐτοῖς παρεγίνοντο. Et κείνου κατὰ κλέος, hoc est, ἀκούσαντες ὅτι ἐκεῖνος ἄφικτο. Fratres Æsonis fuerunt Pheres et Amythaon, quod et ipse Homerus testatur; τοὺς δ' ἑτέρους Κρηθῆϊ τέκεν βασίλεια γυναικῶν, Αἴσονά τ', ἠδὲ Φέρητ', Ἀμυθάονά θ' ἱππιοχάρμην. BEN.]

222. Ὑπερεία κρήνη haud ignobilis. vid. doctiss. Eckhel Numism. anecd. p. 86.

226. ἐν δαιτὸς μοίρᾳ, Schol. ἐν μέρει, participes eos reddendo convivii, i. e. excipiens eos epulis. Hoc videtur simplicissimum; portio epularum unicuique hospitum contingit. Mox, 229, ξείνια sunt ipsæ epulæ, et 230. ἐντανύειν πᾶσαν εὐφροσύναν, *hilaritatem maximam* in eorum animis *explicuit, excitavit*. ἐντείνειν, ἐντανύειν, ferè ut αὔξειν, pro vulgari ποιεῖσθαι.

perfusus animi lætitiâ, quòd filium, virorum pulcherrimum, conspexisset, lachrymas ex senilibus palpebris effudit, quæ instar bullarum aquæ bullientis manârunt.

ANTISTROPHE VI. 220—233.

Protinùs Æsonis fratres, Jasonis patrui, Pheres nimirum et Amythaon, audito nepotis insperato adventu, ille quidem ex propinquo loco, Pheris videlicet, ubi fons est Hypereius, accessit: hic autem ex Messenâ, Laconiæ civitate. Quinetiam simul cum illis venit Admetus Pheretis, et Melampus Amythaonis filius, patrueles ejus, adventum patrueli gratulantes. Illos autem lautis conviviis excepit Jason, inter quæ, et oratione blandâ apud eos utebatur, et xenia convenientia parabat. Atque omni hilaritatis genere sese

Ἀθρόαις πέντε δραπὼν
Νύκτεσσιν ἔν θ' ἁμέραις
Ἱερὸν εὐζωᾶς ἄωτον.

E. ς'. K. ιγ'.

Ἀλλ' ἐν ἕκτᾳ, πάντα λόγον θέμενος
Σπουδαῖον ἐξ ἀρχᾶς ἀνὴρ
Συγγενέσιν παρεκοι-
νᾶθ'. οἳ δ' ἐπέσποντ'. αἶψα δ' ἀπὸ κλισιᾶν
Ὦρτο σὺν κείνοισι. καί ῥ' ἦλ-
θον μέγαρον Πελία· ἐσσύμενοι
Δ' εἴσω κατέσταν. τῶν δ' ἀκού-
σαις, αὐτὸς ὑπηντίασεν
Τυροῦς ἐρασιπλοκάμου γενεά.
Πραῢν δ' Ἰάσων μαλθακᾷ
Φωνᾷ ποτιστάζων ὄαρον
Βάλλετο κρηπῖδα σοφῶν ἐπέων·
Παῖ Ποσειδᾶνος Πετραίου,

234. *παρεκοινᾶτο θέμενος* (*προθέμενος*), *omnem rem*, *λόγον σπουδαῖον*, pro, *σπουδαίως θέμενος*, *seriò*, *accuratè*: et illi, 237, *ἐπέσποντο*, *assensi sunt*, *probârunt*. Nisi simplicius est: *comites se ei adjunxerunt.* Statim enim cum iis surgit de mensâ.

245. Jason *exorsus est prudentem sermonem.* *κρηπὶς*, *fundamentum*, pro exordio.

cum illis recreavit, et quinque solidos dies, totidemque noctes, jucùndissimo patruorum et patruelum convictu fruitus est.

EPOD. VI. 234—246.

Verùm, die sexto, vir ille omnem serium sermonem de regni repetitione, quem ab initio adventûs proposuerat, repetens, et cum suis consanguineis communicans, consilium capiebat: illi autem ejus sententiam approbabant. Inito consilio, protinùs domo cum illis exit, et ad Peliæ ædes contendit. Quò cum pervenissent, properè ingressi sunt. Pelias autem, Tyrûs, studiosæ capillitii, filius, audito advenientium strepitu, obviam properavit. Ilico cùm convenissent, Jason placidâ et sapienti oratione Peliam compellat. "Pelia, fili Neptuni-Petræi (sic dicti ex quo discidit montes Thessalicos, Tempe dictos, et fluvium Peneum per eos deduxit),

Σ. ζ'. K. ιδ'.

Ἐντὶ μὲν θνατῶν φρένες ὠκύτεραι
Κέρδος αἰνῆσαι πρὸ δίκας δόλιον,
Τραχεῖαν ἑρπόντων πρὸς ἐπίβδαν ὅμως.
Ἀλλ' ἐμὲ χρὴ καὶ σὲ, θεμισσαμένους
Ὀργὰς, ὑφαίνειν λοιπὸν ὄλβον.
Εἰδότι τοι ἐρέω·
Μία βοῦς Κρηθεῖ τε μάτηρ
Καὶ θρασυμήδεϊ Σαλ-
μωνεῖ· τρίταισιν δ' ἐν γοναῖς
Ἄμμες αὖ κείνων φυτευθέν-
τες σθένος ἀελίου χρύσεον

Sic inf. VII. 3. et Fragm. p. 71. de victoriâ navali ad Artemisium partâ, ὅτι παῖδες Ἀθηναίων ἐβάλοντο κρηπῖδα ἐλευθερίας. Ποσειδῶνος Πετραίου majore literâ scribendum; erat enim locus Thessaliæ, in quo ludi Neptuno habiti fuere. vid. Schol. Apollon. III. 1243.

249. Esse τραχεῖαν ἐπίβδαν, τὸ μέλλον τραχὺ, rectè Schol. in quo sunt alia de voce ἐπίβδα, quæ propriè ἡμέρας μεθεορτοὺς declarat, nunc omninò τὸ μέλλον. Multa de eâ, quæ nonnullorum vocabulorum fortuna fuit, disputârunt viri docti, olim Etymol. M. Suidas, Hesych. et ad hunc Hemsterh. tum Ruhnken. ad Timæum h. v. Comparantur cum Repotiis, de quibus docta est Wernsdorfii disputatio. Est autem ordo: θνητῶν μὲν φρένες (κἂν) τραχεῖαν ἑρπόντων (αὐτῶν) πρὸς ἐπίβδαν, h. e. κακὸν τὸ μέλλον, (etsi in mala futura irruunt, parant sibi calamitates futuras) ὅμως ὠκύτεραί εἰσι, αἰνῆσαι κέρδος δόλιον πρὸ δίκας, *proclives sunt, præcipites, ad præferendam justo utilitatem per fraudem.*

250. θεμισσαμένους ὀργὰς, *moderantes, regentes, animos*, providere, ut feliciter agamus in posterum.

253. Eadem fœmina βοῦς, ταῦρος, γυνὴ, *Enarea.*

[254. θρασυμήδεϊ. Epitheton Salmonei, qui et ab Hesiodo vocatur ἄδικος καὶ ὑπέρθυμος περὶ κηρί. Hic ille est qui Jovis tonitrua et fulmina imitabatur. De quo Virgilius; *Vidi et crudeles dantem Salmonea pœnas, dum flammas Jovis et sonitus imitatur Olympi.* BEN.]

STROPHE VII. 247—260.

promptiores sanè sunt hominum mentes ad laudandum lucrum injustum, quàm ad justum illi anteponendum, quamquam quod injustè vel cum lucro fecerint, postea tristem sortiri solet exitum, nec iniquo lucro diù fruuntur. Quod cùm ita sit, par est, ut, omisso iniqui lucri studio, et animi affectibus ad justitiam et æquitatem compositis, uterque nostrûm futuræ felicitati prospiciat, ut in reliquum vitæ tempus, amicè, pacatè, feliciterque vivamus. Dicam quod ipse apprimè nôsti. Una eademque mulier, nempe Enarea, utero gessit, peperitque Æolo, Cretheum, et audacem Salmoneum: a quibus oriundi tertii sumus, et inter mortales vivimus et versamur. (Nam Salmoneus Tyronem filiam, Tyro Peliam filium habuit. Cretheus genuit Æsonem, Æson Jasonem.) Idcircò, cùm consanguinitatis vinculo conti-

Λεύσσομεν. Μοῖραι δ' ἀφί-
  σταντ', εἴ τις ἔχθρα πέλει
Ὁμογόνοις, αἰδῶ καλύψαι.

A. ζ. K. ιδ'.

Οὐ πρέπει νῶιν χαλκοτόροις ξίφεσιν
Οὐδ' ἀκόντεσσιν μεγάλαν προγόνων
Τιμὰν δάσασθαι. μᾶλά τε γάρ τοι ἐγὼ
Καὶ βοῶν ξανθὰς ἀγέλας ἀφίη-
  μ' ἀγρούς τε πάντας, τοὺς ἀπούρας
Ἀμετέρων τοκέων
Νέμεαι, πλοῦτον πιαίνων.
Κοὔ με πονεῖ τεὸν οἶ-
  κον ταῦτα πορσύνοντ' ἄγαν.
Ἀλλὰ, καὶ σκᾶπτον μόναρχον,

258--260. Sunt verba paulò impeditiora: αἰδῶ καλύψαι, erit, *tollere, extinguere,* ut κρύπτειν pro ἀφανίζειν, ἀϊστοῦν, *reverentiam seu pietatem cognatorum;* hoc fit odiis mutuis. εἴ τις ἔχθρα πέλει ὁμογόνοις, (ὥστε αὐτὴν, scil. τὴν ἔχθραν) τὴν αἰδῶ καλύψαι, *quæ talis sit, ut tollat pietatem.* Ita est: *Parcæ* (custodes recti et justi) *aversantur,* abhorrent ab aspectu, *ortis inter cognatos odiis, quibus pietas et reverentia mutua inter eos tollitur.*

[ib. Ellipsis τοῦ ὥστε, ut hic sit sensus; ὥστε τὴν αἰδῶ καλύπτειν, hoc est, οὐκ αἰδεῖσθαι. Ben.]

268. κοὔ με πονεῖ. πονεῖν h. l. activè. cf. Brunck. in Anacreont. p. 111. et πορσύνοντα pro αὔξοντα, *non me malè habet, quod hæc tuas opes valdè augent;* tuis copiis accedunt.

neamur, honestum etiam sit, ut, insolubili amicitiæ nodo fœderati, connectamur, quò beatam vitam exigamus; (nam siqua inter consanguineos intercedat, excusso omni pudore, simultas, omnis abest felicitas;)

Antistrophe VII. 261—274.

proinde velim, quò finem illum consequamur, mutuo concordiæ studio teneamur, et siquid inter nos dirimendum venit, id placidè transigamus. Ecce majorum meorum sceptrum, omniaque bona possides, quæ quidem singula, nullo excepto, jure repetere possem: sed hæc volo tecum partiri tantummodo: nec tamen id facere, (neque enim ita fièri decet,) commoto inter nos bello, ubi res gladiis telisque agitur. Lubens tibi relinquo pecudes, armenta, fundosque omnes quos parentibus meis eripuisti, et quibus nunc aleris, et quorum ubertate ditaris. At regiam dignitatem mihi reddas aveo. Neque enim angit me ulla bonorum, quibus tua domus amplificata turget, invidentia: sed mihi ægrè est quòd monarchicum sceptrum non teneo,

Καὶ θρόνον, ᾧ ποτε Κρηθεΐδας
Ἐγκαθίζων ἱππόταις
Εὔθυνε λαοῖς δίκας,
Τὰ μὲν ἄνευ ξυνᾶς ἀνίας

E. ζʹ. K. ιγʹ.

Λῦσον ἄμμιν, μή τι νεώτερον ἐξ
Αὐτῶν ἀναστήσῃ κακόν.
Ὣς ἄρ᾽ ἔειπεν. ἀκᾶ
Δ᾽ ἀνταγόρευσεν καὶ Πελίας· ἔσομαι
Τοῖος. ἀλλ᾽ ἤδη με γηραι-
ὸν μέρος ἁλικίας ἀμφιπολεῖ·
Σὸν δ᾽ ἄνθος ἥβας ἄρτι κυ-
μαίνει· δύνασαι δ᾽ ἀφελεῖν
Μᾶνιν χθονίων. κέλεται γὰρ ἑὰν
Ψυχὰν κομίξαι Φρίξος, ἐλ-

274. τὰ μὲν, *quod ad ista attinet*, ea quidem *redde mihi, ne inde* (ἐξ αὐτῶν, διὰ τούτου) *inopinum tibi arcessas malum.*

[279. ἀλλ᾽ ἤδη με &c. Concessionis callida restrictio, sumpto ab ætate argumento. q. d. "Mihi necessum erat Phrixi animam curare, et vellus aureum petere; sed quoniam id tuæ ætati fervidæ et florenti est convenientius, quàm mihi, senectute circumdato, id meo loco suscipe; postea regnum tibi restituam, quum id perfeceris." Interea tamen sperabat Pelias Jasonem in hoc periculoso cœpto moriturum; eumque in finem callidus ille senex hoc excogitârat. unde Apollon. Argonaut. l. i. ver. 15. Λῆψε δὲ τόνδ᾽ ἐσιδὼν ἐφράσσατο. καί οἱ ἄεθλον ἔντυε ναυτιλίης πολυκηδέος, ὄφρ᾽ ἐνὶ πόντῳ, ἠὲ καὶ ἀλλοδαποῖσι μετ᾽ ἀνδράσι νόστον ὀλέσσῃ. Brx.]

283. Veterator Pelias simulat se religione teneri expiandæ ἄτης, piaculi, quod regni

soliumque regium non occupo; in quo sedens olim Crethei filius, Æson, pater meus, bellicosis populis jura dabat. Hæc igitur, O Pelia, sceptrum nempe, et solium, quæ conditionibus æquis reposco, citra molestiam omnem mihi reddito;

Epod. VII. 275—287.

ne, si id non feceris, nobis novi alicujus mali sis auctor." Hæc Jasonis verba fuerunt. Cui sic placidè respondit Pelias. "Ita faciam, Jason, ut mali nullius sim auctor: tecum pro imperio non digladiabor, sed rem amicè componemus. Verùm antequam regni clavum tibi restituam, tu, qui juvenili florentis ætatis æstu ferves, me, senectute circumdatum, necessario labore leva. Sanè potes iram placare deorum terrestrium, quos malè habet quum alicujus anima in patriam non est reducta. Jubet autem Phrixus, qui

θόντας πρὸς Αἰήτα θαλάμους,
Δέρμα τε κριοῦ βαθύμαλλον ἄγειν,
Τῷ ποτ' ἐκ πόντου σαώθη

Σ. η'. Κ. ιδ'.

Ἔκ τε ματρυιᾶς ἀθέων βελέων.
Ταῦτά μοι θαυμαστὸς ὄνειρος ἰὼν
Φωνεῖ. μεμάντευμαι δ' ἐπὶ Κασταλίᾳ,
Εἰ μετάλλατόν τι. καὶ ὡς τάχος ὀ-
τρύνει με τεύχειν ναῒ πομπάν. [292. ει Ed. Ben.]
Τοῦτον ἄεθλον ἑκὼν
Τέλεσον· καί τοι μοναρχεῖν
Καὶ βασιλευέμεν ὄ-
μνυμι προήσειν. καρτερὸς
Ὅρκος ἄμμι μάρτυς ἔστω

exitium minari videretur. Sunt autem placandi Manes Phrixi, parentis Athamantis et Inus, injuriâ patrio solo pulsi et in Colchide mortui. Cæsum eum edit Valer. Fl. I. 47, sqq. ubi hæc ornat. Apud Apollon. II. 1198, Jovis ira placatur. κέλεται γὰρ Φρίξος (ἐμὲ) κομίξαι ψυχὰν ἰών. Notabile κομίζειν, *curare*, de sacris factis, de inferiis. Eo sensu κομιδὴ quoque occurrit.

291. *εἰ μετάλλατόν τι, num quid comperiri posset, super somnii consilio:* h. e. an possem resciscere aliquid, sitne viso obtemperandum. μεταλλᾷν non modò est *quærere*, sed et *comperire.* καὶ (ὁ θεὸς) ὀτρύνει ἐμὲ, ὡς τάχος τεύχειν ναῒ πομπάν, i. e. πέμπειν νῆα, *instruere ac deducere in mare.*

294. μοναρχεῖν spectat ad imperium, βασιλεύειν, ad dignitatem regiam, honorem, munera, ut sup. 270. σκᾶπτον μόναρχον, καὶ θρόνος &c.

in Colchicâ terrâ obiit, ut ad Æetæ regionem et ædes proficiscar, indeque, cùm non supersit corpus, ipsius animam convenientibus ceremoniis in patriam navi reducam, eâdemque operâ huc adveham villosum vellus arietis illius, quo vectus, olim e mari Colchos incolumis evasit,

Strophe VIII. 288—301.

evitavitque novercæ impias insidias, quæ ei, quòd suis amoribus noluisset obtemperare, periculum apud patrem struebat. Porrò mandatum istud in somnis per somnium admirandum accepi. Ob quod, Delphicum Apollinis oraculum consului, et interrogavi, num id mihi peragendum esset. Id autem peragendum respondit. Ideoque te juvenem hortatur, ut quamprimùm instructâ classe in Colchicam regionem proficiscaris. Age, laborem hunc ultrò suscipe: quem cùm exegeris, sanctè juro me tibi permissurum esse ut monarchiam obtineas, et regno potiaris. Jovem autem, ad quem uterque nostrûm genus refert, testem appello, perque nomen ejus juro

Ζεὺς ὁ γενέθλιος ἀμφοτέροις.
Σύνθεσιν ταύταν ἐπαι-
νήσαντες οἱ μὲν κρίθεν.
Ἀτὰρ Ἰάσων αὐτὸς ἤδη

Α. η'. Κ. ιδ'.

Ὄρνυεν κάρυκας ἐόντα πλόον
Φαινέμεν παντᾶ. τάχα δὲ Κρονίδα-
ο Ζηνὸς υἱοὶ τρεῖς ἀκαμαντομάχαι
Ἦλθον Ἀλκμήνας θ' ἑλικοβλεφάρου
Λήδας τε. δοιοὶ δ' ὑψιχαῖται
Ἀνέρες, Ἐννοσίδα
Γένος, αἰδεσθέντες ἀλκὰν,
Ἔκ τε Πύλου καὶ ἀπ' ἄ-
κρας Ταινάρου· τῶν μὲν κλέος
Ἐσλὸν Εὐφάμου τ' ἐκράνθη

298. Ζεὺς γενέθλιος nunc, rebus jubentibus, aliter quam Ol. VIII. 20, esse debet πατρῷος, *gentilitius* stirpis Æolicæ. Est autem γενέθλη, itidem ut γένος, et *natalis* et *genus*.

306. ὑψιχαῖται, ut βαθυχαῖται, refer ad juvenilem vigorem.

308. αἰδεσθέντες ἀλκάν, multis modis exponi potest. Præstat, puto, ad Jasonem referre: *virtutem Jasonis reveriti*, h. e. admiratione virtutis ejus.

10. Euphemus et Periclymenus, Neptuni ille filius ex Europâ, hic nepos ex Neleo et Chloride, Tityi filiâ; Neleus

fixum ratumque fore quod spondeo." Postmodùm, qui Jasonem ad Peliæ ædes comitati erant, Peliæque domestici, qui his venientibus cum ipso obviam prodierant, approbatis hisce conditionibus, alii ab aliis separati abierunt. Sed jam tum Jason

ANTISTROPHE VIII. 302—315.

ipsemet cœpit suos præcones excitare, ut futuram navigationem per totam Græciam denuntiarent, et socios navigationis undiquaque convocarent. Itaque mox venerunt tres Saturnii Jovis filii, heroës fortissimi et robustissimi, pugnatores infatigabiles, videlicet Hercules, quem ex Alcmenâ, nigris superciliis decorâ, uxore Amphitryonis, suscepit; Castor et Pollux, quos ex Ledâ. Venerunt etiam duo viri, altam comam gerentes, Neptuni filii, qui, veriti ne ignavi viderentur, et studiosè caventes ne suæ fortitudini dedecus inurerent, ad hanc navigationem se contulerunt, nimirum latè potens Periclymenus ex Pylo, et Euphemus ex Tænaro, Laconicæ promon-

Σόν τε, Περικλύμεν' εὐρυβία.
'Εξ 'Απόλλωνος δὲ, φορ-
μικτὰς, ἀοιδᾶν πατὴρ
Ἔμολεν, εὐαίνητος 'Ορφεύς.

E. η'. K. ιγ'.

Πέμπε δ' 'Ερμᾶς χρυσόραπις διδύμους
Υἱοὺς ἐπ' ἄτρυτον πόνον,
Τὸν μὲν 'Εχίονα, κε-
χλάδοντας ἥβᾳ, τὸν δ' Ἔρυτον. ταχέως
Δ' ἀμφὶ Παγγαίου θέμεθλα
Ναιετάοντες ἔβαν· καὶ γὰρ ἑκὼν
Θυμῷ γελανεῖ θᾶσσον ἔν-
τυνεν βασιλεὺς ἀνέμων
Ζήταν Κάλαΐν τε πατὴρ Βορέας
Ἄνδρας πτεροῖσιν νῶτα πε-
φρίκοντας ἄμφω πορφυρέοις.

autem et Pelias e Tyro suscepti Neptuno: istis *cumulata est gloria ex novo hoc navigationis ausu.* ἐκράνθη, συνεπεράνθη, *perfecta est.*

313. ἐξ 'Απόλλωνος potest variis modis accipi, ut Mingarell. monet: *ab Apolline missus:* tum ἐξ 'Απ. φορμικτὰς, *citharœdus ab A. edoctus.* Præfero ἐξ 'Απόλλωνος scil. γόνος ver. 308. pro, ὁ 'Απόλλωνος παῖς. Ponitur in medio heroüm a Jove, Neptuno, Mercurio, ortorum. Alii Œagri filium faciunt Orphea. Doctum est Scholion ad h. l.

318. κεχλάδοντας ἥβᾳ, a κεχλήδω, πλήθω, *juvenili vigore*, tanquam succo, *turgentes.* vid. var. lect. Mox, 321. καὶ γὰρ pro *porrò*, ut Lat. *nam.* formula variandi nexum ac progressum narrationis.

322. ἔντυνεν, instruxit ad iter et misit.

torio, qui ex hâc expeditione gloriæ complementum reportârunt. Venit etiam laudatissimus Orpheus, Apollinis filius, poëta et citharœdus longè præstantissimus.

Epod. VIII. 316—328.

Præterea Mercurius, qui virgam auream gestat, quâ vel in Orcum ducit, vel inde educit animas, Echiona et Eurytum, filios ætate florentes, misit ad laborem hunc insuperabilem exantlandum. Insuper Boreadæ, qui in radicibus Pangæi montis Thraciæ ad Septentrionem habitant, celeriter advenerunt. Etenim pater ipsorum Boreas, rex ventorum, læto promptoque animo ocyùs adornavit filios Zeten et Calaïm, viros quibus ambobus terga purpureis alis horrebant, quique pernicissimi erant. Verùm enimvero,

Τὸν δὲ παμπειθῆ γλυκὺν ἡμιθέοι-
σιν πόθον γ' ἔνδαιεν Ἥρα

Σ. θ'. Κ. ιδ'.

Ναὸς Ἀργοῦς· μή τινα λειπόμενον
Τὰν ἀκίνδυνον παρὰ ματρὶ μένειν
Αἰῶνα πέσσοντ', ἀλλ' ἐπὶ καὶ θανάτῳ
Φάρμακον κάλλιστον ἑᾶς ἀρετᾶς
Ἅλιξιν εὑρέσθαι σὺν ἄλλοις.
Ἐς δ' Ἰαωλκὸν ἐπεὶ
Κατέβα ναυτᾶν ἄωτος,
Λέξατο πάντας ἐπαι-
νήσαις Ἰάσων· καί ῥά οἱ
Μάντις ὀρνίχεσσι καὶ κλά-
ροισι θεοπροπέων ἱεροῖς
Μόψος ἄμβασε στρατὸν

[329. Ἀργοῦς. Navis hæc, ut vult Cicero, nomen habet ab Argivis principibus qui eam conscenderunt: et quia Juno colebatur Argis, rectè dicitur illa heroüm animos illius desiderio inflammare, et ad fortia facta instigare. Ben.]

330. πέσσοντα αἰῶνα ἀκίνδυνον, pro ἀκινδύνως, παρὰ ματρὶ, ut ἕψει Ol. I. 132. *consumere vitam.*

332. φάρμακον ἀρετᾶς, ut τὸ ἄκος Nem. III. 29. sc. propriè *ærumnarum et laborum delinimentum.* Sic Nem. IV. 2. πόνων κεκριμένων ἰατρὸς ἄριστος εὐφροσύνα, *laborum finitorum, exhaustorum, optima medela, refectio, lætitia ex successu.* Remedium lenit vulnus, dolorem; laboris lenimen, φάρμακον, est gloria; pro labore est ἀρετὰ, quæ facit, ut illum toleremus.

quòd divini illi heroës dulci navis Argûs desiderio, quod quævis persuadet, ita flagrarent, hoc Junonis instinctu accidebat, quæ animos ipsorum accendebat,

Strophe IX. 329—342.

ne quis relinqueretur domi apud matrem, ubi, ab omni periculo semotus, annos inglorios exigeret: sed quivis fortitudine eximius, suæ virtutis specimen ederet, nomenque gloriosum cum aliis coætaneis compararet, ut, partâ nominis apud posteros immortalitate, illâ, tanquam præstantissimo adversus mortis extinctionem remedio, se solaretur. Postquam autem flos heroüm Iolci (*Thessaliæ oppidi*) fuit congregatus, ad navalem hanc expeditionem suscipiendam, Jason, laudatâ ipsorum alacritate et diligentiâ, omnes numeravit. Tum Mopsus ariolus, conspectis avibus projectisque talis augurari et vaticinari solitus, ubi ex his comperisset felicem faustamque fore

Πρόφρων. ἐπεὶ δ' ἐμβόλου
Κρέμασαν ἀγκύρας ὕπερθεν,

A. θ'. K. ιδ'.

Χρυσέαν χείρεσσι λαβὼν φιάλαν
Ἀρχὸς ἐν πρύμνᾳ πατέρ' Οὐρανιδᾶν
Ἐγχεικέραυνον Ζῆνα, καὶ ὠκυπόρους
Κυμάτων ῥιπὰς ἀνέμων τ' ἐκάλει,
Νύκτας τε, καὶ πόντου κελεύθους,
Ἄματά τ' εὔφρονα, καὶ
Φιλίαν νόστοιο μοῖραν.
Ἐκ νεφέων δέ οἱ ἀντ-
άϋσε βροντᾶς αἴσιον
Φθέγμα· λαμπραὶ δ' ἦλθον ἀκτῖ-
νες στεροπᾶς ἀπορηγνύμεναι.
Ἀμπνοὰν δ' ἥρωες ἕ-

341. De discessu parando jam sup. 43. verba vidimus. De appulsu inf. X. 80.

[344. πατέρ' Οὐρανιδᾶν. Dicitur ab Homero Jupiter πατὴρ ἀνδρῶν τε Θεῶν τε. Quòd autem Jupiter invocatur maritimo in negotio, potiùs quàm Neptunus, ita excusat Scholiastes, ex his Arati verbis rationem ducens; μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί, πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί, μεσταὶ δὲ θάλασσαι, καὶ λιμένες. BEN.]

346. ἐκάλει— refero ad omnia voc. εὔφρονα, pro vulgari: *precatur, ut sint propitii et secundi fluctus, venti, dies, noctes.* ῥιπαὶ ἀνέμων et inf. IX. 85. occurrunt.

347. πόντου κέλευθοι sunt aut ipsum *mare*, in quo navigatur, aut *navigatio*; precatur κελεύθους εὔφρονας.

354. Si ἀμπνοὰν ἱστάναι pro ἀναπνέειν, *recreari, animo confirmari*, defenditur, dicendum est, esse pro ποιεῖσθαι, aut illustrandum id erit ex simili formulâ, ἐρθεῖν, στῆσαι ψυχήν. ἔριν στῆσαι in Odyss. π. 11. et μῆνιν στῆσαι Sophocl. Œdip. 699. unde et omninò potest στῆσαι reddi per ἔχειν: ut in eo quod commodè laudavit Gedik. ex Eurip. Iphig. in A. 786. 9. στῆσαι ἐλπίδα, *habere metum*; ad quem locum Markland. alia attulit: unde patet σχήσουσι pro στήσουσι Tyrwhittum ingeniosè quidem conjectasse, nec tamen verè. In nostro loco ἱστάναι ἀμπνοὰν simile est ei quod sup. Py. III. 171. ἵσταται ὀρθὰν καρδίαν.

navigationem, exercitum alacer navim conscendere jussit. Postea, anchoris super navis rostrum appensis,

ANTISTROPHE IX. 343—356.

Jason Argonautarum dux, in puppi collocatus, phialam auream manibus sumens, Jovem, qui fulmine ceu hastâ vel ense utitur, et deorum cœlestium est pater; et celeriter meantes undarum et ventorum impetus; invocavit: prætereà noctes, marisque vias, lætosque dies, ut non solùm feliciter ire, sed etiam redire prosperè, liceret. Tum Jupiter, exauditis precibus, lævum intonans, et radiis splendidi fulguris erumpentibus locum illustrans, significavit se faustum iter annuere. Sed heroës, incerti quid hoc sibi vellet,

σταϲαν θεοῦ σάμασι
Πιθόμενοι. κάρυξε δ' αὐτοῖς

E. δ'. K. ιγ'.

'Εμβαλεῖν κώπαισι τερασκόπος, ἀ-
δείας ἐνίπτων ἐλπίδας.
Εἰρεσία δ' ὑπεχώ-
ρησεν ταχειᾶν ἐκ παλαμᾶν ἄκορος. [360. τραχειᾶν, Ed. Ben.]
Σὺν Νότου δ' αὔραις ἐπ' 'Αξεί-
νου στόμα πεμπόμενοι ἤλυθον. ἔν-
θ' ἁγνὸν Ποσειδάωνος ἕσ-
σαντ' εἰναλίου τέμενος·
Φοίνισσα δὲ Θρηϊκίων ἀγέλα
Ταύρων ὑπᾶρχεν· καὶ νεό-
κτιστον λίθων βωμοῖο θέναρ.
'Ες δὲ κίνδυνον βαθὺν ἱέμενοι,
Δεσπόταν λίσσοντο ναῶν,

[361. "Αξεινον. Ex Iolco primùm veniunt in pontum Euxinum, quem ἄξεινον appellat eò quòd inhospitalis esset. Testatur Strabo primitus illud mare navigationi non patuisse, proinde appellatum ἄξεινον propter tempestates et hyemes, et propter accolarum immanitatem, maximè Scytharum, hospites immolare solitorum, et humanis vesci carnibus, et pro pateris calvarias usurpare. Tandum cùm Iones in littore urbes condidissent, "Euxinum," hoc est, hospitalem et benignum, vocârunt. Strabon. lib. 7. BEN.]

[363. Ἕσσαντο, a. 1. med. ab ἕω, quod aliquando significat καθίζω, καθιδρύω. BEN.]

365. Φοίνισσα—ὑπᾶρχεν in parenthesi sunt includenda. Sacrum hoc XII diis factum Apollonius memorat; at cum Pindaro consensit Timosthenes. vid. Sch. Apollon. II. 532.

quasi consistere jubenti parendum esset, constituerant aliquamdiu respirare.

EPOD. IX. 357—369.

Sed Mopsus vates, prodigiorum speculator, suo præconio imperavit ut remis incumberent, spem secundæ navigationis faciens. Nec mora, Argonautarum animos incessit inexplebile studium remos validis manibus agendi. Ac primùm ad Euxini, quondam Axini dicti, ponti ostia, Noti flatibus impulsi, venerunt. Atque in eo loco sanctum Neptuni marini delubrum condiderunt; et super latâ arâ lapideâ divinitùs factâ, excerptos aliquot boves nigros, ex maximâ parte flavo taurorum Thraciorum agmine, Deo immolavit. Cùmque in periculum ingens sese tendere observarent, illi navium Præsidi supplicârunt,

Σ. ί. Κ. ιδ'.

Συνδρόμων κινηθμὸν ἀμαιμάκετον
Ἐκφυγεῖν πετρᾶν. δίδυμοι γὰρ ἔσαν
Ζωαὶ, κυλινδέσκοντό τε κραιπνότεραι
Ἢ βαρυγδούπων ἀνέμων στίχες· ἀλ-
λ' ἤδη τελευτὰν κεῖνος αὐταῖς
Ἡμιθέων πλόος ἄ-
γαγεν. ἐς Φᾶσιν δ' ἔπειτ' ἐν-
ήλυθον, ἔνθα κελαι-
νώπεσσι Κόλχοισιν βίαν
Μίξαν, Αἰήτᾳ παρ' αὐτῷ.
Πότνια δ' ὀξυτάτων βελέων

[373. ἀλλ' ἤδη &c. Orpheus saxa illa demulcet citharâ, et immota reddit: unde canit ipse; Αὐτὰρ ἐγὼ μολπῇσι παρέστασαν ἡμετέρῃσι πέτρας ἠλιβάτους, αἳ δ' ἀλλήλων ἀπέρρουσαν· κῦμα δ' ἀνερρόχθησε, βυθὸς δ' ὑπο-είκαθε νηΐ, ἡμετέρῃ πίσυνος κιθάρῃ διὰ Θέσκελον αὐδήν. BEN.]

374. τελευτὰν sc. τοῦ κυλίνδεσθαι, adeoque στάσιν, lyricè quasi mortem exhibuit, ut motu privati essent scopuli; quemadmodum antea ζωαὶ erant, *moventes se*, mobiles.

377. Pronior in hoc sum, ut κελαινώπας Κόλχους dictos putem *nigros adspectu*, seu simpl. *nigros* (ut sup. Py. I. 13, 14. κελαινῶπιν νεφέλαν) respectu originis ex Ægypto: vid. Herodot. II. 104. ὅτι μελαγχρόες εἰσὶ καὶ οὐλότριχες. Κόλχοισι βίαν μῖξαν· ut χεῖρας, *pugnárunt*. Fuere quoque inter Argonauticarum rerum scriptores, qui cum Colchis pugnatum esse dicerent. Nescio tamen an simpliciter h. l. accipiendum sit pro ἐμίχθησαν, παρεγένοντο. pro ἑαυτοὺς, ἑαυτῶν βίαν. ut βία Ἡρακλέους.

380—395. Si vulgari oratione utaris, sententia hæc est: *tum primum adhibitum est philtrum a Venere ad Medeam Jasonis amore irretiendam*. Iynx, *torquilla Linn.* esse creditur, secundum Aristot. Hist. A. II. 12. Plin. XI. 48. s. 107. variis nominibus vulgò, rectè an falsò, impertita, *frutilla, verticilla, motacilla*: mobilitate suâ adumbrare credita æstuantis amoris agitationem; quæ ut etiam augeretur, illigata avis rotæ circumagebatur. Est de eâ ave locus præclarus in Schol. ad h. l. quibus add. Theocr. II. 17. c. Schol. et Intpp. ad Xenoph. Memor. Socr. III. 11, 17. Verheyck. ad Anton. Lib. p. 62, seq. Ἴυγγα

STROPHE X. 370—383.

ut Cyanearum petrarum, sive Symplegadum, concurrentium motum insuperabilem evitarent. Quæ duæ erant, ob eumque motum vivæ videbantur, cum velociùs volverentur quàm gravem strepitum edentium ventorum agmina. Sed illa semideorum heroüm navigatio mortis occasionem eis præbuit, quatenus immobiles factæ sunt, et Orpheo citharam pulsante substiterunt. Postmodum per Phasim, Eurotæ fluvium, ad Colchos ascenderunt, ipsique robore prædititi cum populo illo aspectu terribili apud Æeten ipsum conversati sunt. Interea Venus, in Cypro nata, velocissimorum

Ποικίλαν ἴϋγγα τε-
τρακνάμον' Οὐλυμπόθεν
Ἐν ἀλύτῳ ζεύξασα κύκλῳ

A. ί. K. ιδ'.

Μαινάδ' ὄρνιν Κυπρογένεια φέρεν
Πρῶτον ἀνθρώποισι, λιτάς τ' ἐπαοι-
δὰς ἐκδιδάσκησεν σοφὸν Αἰσονίδαν·
Ὄφρα Μηδείας τοκέων ἀφέλοι-
τ' αἰδῶ, ποθεινὰ δ' Ἑλλὰς αὐτὰν
Ἐν φρεσὶ καιομέναν
Δονέοι μάστιγι Πειθοῦς.
Καὶ τάχα πείρατ' ἀέ-
θλων δείκνυεν πατρωΐων·
Σὺν δ' ἐλαίῳ φαρμακώσα-
σ', ἀντίτομα στερεᾶν ὀδυνᾶν

simpl. pro *delinimento* (vid. Salmas. ad Solin. p. 662. *a*), aut potiùs pro *cupiditate* dixit Pindarus inf. Nem. IV. 56. ubi Scholion aliud doctum in avem mutatam narrat Iyngem, filiam Echus vel Pithus s. Suadæ, quæ Jovem ad Ius amorem pellexerat. Phantasma poëticum haud insuave.

390. In *μάστιγι πειθοῦς* nescio an satis feliciter notionem petam a flagro quo turbo agitur: quod in curarum animos versantium memoratione adhibuit Tibullus: *Namque agor, ut per plana citus sola verbere turbo, quem celer adsuetâ versat ab arte puer:* et Virgil. Æn. VII. 378, seqq. ad quem vide. Alias dictum occurrit *μάστιξ* de terrore Panico in Rheso 37. et de *Κυδοιμῷ* ap. Tryphiod. 595.

391. *πείρατα, summam eorum, quæ injuncturus esset pater Æetes.*

telorum, scilicet amorum, domina, versicolorem motacillam cœlitùs demissam, et indissolubili rotæ quatuor radios habenti alligatam,

ANTISTROPHE X. 384—397.

avem quæ in furorem amatorium adigit, prima ad homines detulit, cum eâque sapientem Æsonis filium Jasonem in peragendo negotio adjuvit. Quinetiam docuit incantationes quarum ope Diis supplicando obtineret, ut, relictâ parentibus debitâ reverentiâ, Medea peregrino adjungeretur, et, viri amore inflammata, Græciæ desiderio flagraret, potentique persuasione, tanquam acri flagello, adducta, sese ad navigationem cum Argonautis obeundam compararet. Sic comparata philtris et incantationibus Medea commonstravit Jasoni quo pacto demandatos a patre Æetâ labores superaret et perficeret. Tum præparavit permixta oleo veneficia, eique illinenda dedit,

Δῶκε, χρίεσθαι. καταί-
νησάν τε κοινὸν γάμον
Γλυκὺν ἐν ἀλλάλοισι μίξαι.

E. ι'. K. ιγ'.

Ἀλλ' ὅτ' Αἰήτας ἀδαμάντινον ἐν
Μέσσοις ἄροτρον σκίμψατο
Καὶ βόας, οἳ φλόγ' ἀπὸ
Ξανθᾶν γενύων πνέον καιομένοιο πυρὸς,
Χαλκέαις δ' ὁπλαῖς ἀράσσε-
σκον χθόν' ἀμειβόμενοι· τοὺς ἀγαγὼν
Ζεύγλᾳ πέλασσεν μοῦνος. ὀρ-
θὰς δ' αὔλακας ἐντανύσαις
Ἤλαυν', ἀναβωλακίας δ' ὀργυι-
ὰν σχίζε νῶτον γᾶς. εἶ-
πεν δ' ὧδε· τοῦτ' ἔργον βασιλεὺς,

395. Interpunge et ordina hunc in modum: ἀντίτομα στερεᾶν ὀδυνᾶν δῶκε, χρίεσθαι (*ut iis se inungeret*) σὺν ἐλαίῳ φαρμακώσαισα, *postquam oleo ea miscuerat.* ἀντίτομα ad Eurip. Alcest. 974. illustrat Jacobs Animadverss. p. 36.

404, sq. Æetes ὀρθὰς αὔλακας ἐντανύσαις ἤλαυνε. duplici modo potest dictum esse: aut ἐντανύσαις sc. τοὺς βόας καθ' αὔλακας ὀρθάς. aut, ἐντανύσαις τὰς αὔλακας ὀρθὰς, *recta ducens, secans, sulcos.* ut Schol. ἐπ' εὐθείας ἤλαυνε τὰς αὔλακας. ἀναβωλακίας γᾶς rectè Schol. ἐν τῇ τμήσει τοὺς βώλους ἀναπεμπούσης. Mox, ver. 406. ὀργυιὰν malè olim de altitudine sulci interpretatus sum, Scholiastæ fraude; est *de arationis mensurâ* accipiendum. Ut suo exemplo seu doceret seu deterreret, Æetes ducit sulci speciem ἐπ' ὀργυιὰν, *per tres cubitos,* pro spatio quovis.

quibus graves dolores propulsaret. Et mutuo amore capti, dulces inter se nuptias pacti sunt.

Epod. X. 398—410.

Itaque Æetes, primum Jasoni propositurus laborem, ipse durum aratrum, ex adamante conflatum, solus in medium adduxit, firmiterque collocavit: item boves aratro jungendos et jugo summittendos, qui ardentem ore et naribus ignem spirabant, æneisque ungulis, pedes alternatim movendo, terram proscindebant. Tum boves agens stimulo, sulcos rectos duxit, et ad unius orgyæ profunditatem fidit dorsum terræ, quæ, dum aratro versatur, glebas in altum mittit. Quod fecit Æetes, ut ad sui imitationem provocaret Jasonem: ideoque sic locutus est: "Quum rex, qui Argoni navi

Δῶκε, χρίεσθαι. καταί-
νησάν τε κοινὸν γάμον
Γλυκὺν ἐν ἀλλάλοισι μῖξαι.

E. ι'. K. ιγ'.

Ἀλλ' ὅτ' Αἰήτας ἀδαμάντινον ἐν
Μέσσοις ἄροτρον σκίμψατο
Καὶ βόας, οἳ φλόγ' ἀπὸ
Ξανθᾶν γενύων πνέον καιομένοιο πυρός,
Χαλκέαις δ' ὁπλαῖς ἀράσσε-
σκον χθόν' ἀμειβόμενοι· τοὺς ἀγαγὼν
Ζεύγλᾳ πέλασσεν μοῦνος. ὀρ-
θὰς δ' αὔλακας ἐντανύσαις
Ἤλαυν', ἀναβωλακίας δ' ὀργυι-
ὰν σχίζε νῶτον γᾶς. ἔει-
πεν δ' ὧδε· τοῦτ' ἔργον βασιλεύς,

395. Interpunge et ordina hunc in modum: *ἀντίτομα στυγερᾶν ὀδυνᾶν δῶκε, χρίεσθαι* (*ut iis se inungeret*) *σὺν ἐλαίῳ φαρμακώσαισα*, *postquam oleo ea miscuerat*. *ἀντίτομα* ad Eurip. Alcest. 974. illustrat Jacobs Animadverss. p. 36.

404, sq. *Æetes ὀρθὰς αὔλακας ἐντανύσαις ἤλαυνε.* duplici modo potest dictum esse: aut *ἐντανύσας* sc. *τοὺς βόας καθ' αὔλακας ὀρθάς*. aut, *ἐντανύσας τὰς αὔλακας ὀρθὰς*, *recta ducens*, *secans*, *sulcos*. ut Schol. *ἐπ' εὐθείας ἤλαυνε τὰς αὔλακας*. *ἀναβωλακίας γᾶς* rectè Schol. *ἐν τῇ τμήσει τοὺς βώλους ἀναπεμπούσης*. Mox, ver. 406. *ὀργυιὰν* malè olim de altitudine sulci interpretatus sum, Scholiastæ fraude; est *de arationis mensurâ* accipiendum. Ut suo exemplo seu doceret seu deterreret, Æetes ducit sulci speciem *ἐπ' ὀργυιάν*, *per tres cubitos*, pro spatio quovis.

quibus graves dolores propulsaret. Et mutuo amore capti, dulces inter se nuptias pacti sunt.

Epod. X. 398—410.

Itaque Æetes, primum Jasoni propositurus laborem, ipse durum aratrum, ex adamante conflatum, solus in medium adduxit, firmiterque collocavit: item boves aratro jungendos et jugo summittendos, qui ardentem ore et naribus ignem spirabant, æneisque ungulis, pedes alternatim movendo, terram proscindebant. Tum boves agens stimulo, sulcos rectos duxit, et ad unius orgyæ profunditatem fidit dorsum terræ, quæ, dum aratro versatur, glebas in altum mittit. Quod fecit Æetes, ut ad sui imitationem provocaret Jasonem: ideoque sic locutus est: "Quum rex, qui Argoni navi

Ὅς τις ἄρχει ναὸς, ἐμοὶ τελέσαις
Ἄφθιτον στρωμνὰν ἀγέσθω,

Σ. ια΄. Κ. ιδ΄.

Κῶας αἰγλᾶεν χρυσέῳ θυσάνῳ.
Ὣς ἄρ᾽ αὐδάσαντος, ἀπὸ κρόκεον
Ῥίψαις Ἰάσων εἷμα, θεῷ πίσυνος
Εἴχετ᾽ ἔργου. πῦρ δέ νιν οὐκ αἰόλει,
Παμφαρμάκου ξείνας ἐφετμαῖς.
Σπασσάμενος δ᾽ ἄροτρον,
Βοέοις δήσαις ἀνάγκας
Ἔντεσιν αὐχένας, ἐμ-
βάλλων τ᾽ ἐριπλεύρῳ φυᾷ
Κέντρον αἰανὲς, βιατὰς

[419. τριπλεύρῳ Damm. Lex. sub voc. τρίπλευρος.]

410. ἄφθιτον. vid. Isthm. VIII. 89.

414. πῦρ δέ νιν οὐκ αἰόλει rescribendum est cum Pauwio, metri causâ. Repetit ille ab αἰόλω pro αἰόλλω. Hesiod. Sc. H. 399. ὅτ᾽ ὄμφακες αἰόλλονται, *variantur colore.* Ita ipsi fuit αἰόλει præsens pro imperfecto. Sanè ab αἴολος factum esse debuit αἰόλω, et hoc αἰόλλω. Fuit tamen etiam αἰολέω, quod Etym. M. habet, et ex Platonis Cratylo laudatur. Ita αἰόλει erit pro ἠόλει. Notio autem vocis est certa: est κινεῖν. jam ut *movere aliquem*, vel vulgari oratione dicitur *de animi motu*, rectè Schol. per ταράσσειν exposuit. Similiter στρέφειν, δινεῖν, κινεῖν poëtis. Et ἐφετμαὶ, 415. sunt *præscripta a Medeâ medicamina.*

417. βοέοις ἔντεσιν accipiebam tanquam magis poëticum, retracto epitheto a boüm collo ad jugum tauris impositum; nisi malis ἔντεα βόεα esse lora e bovinis coriis facta.

419. φυᾷ ἐμπλεύρῳ pro σώματι, et hoc pro propriè dicto πλευρᾷ.

420. κέντρον αἰανὲς, molestum, acerbum. cf. sup. Pyth. I. 161.

præest, laborem hujusmodi mihi absolverit, pro præmio reportabit incorruptibile stragulum,

STROPHE XI. 411—424.

nimirùm vellus illud, quod villis aureis, tanquam aureâ fimbriâ, præfulget." Tunc Jason, auditâ Æetæ oratione, vestem croceo colore splendentem abjecit, et, divino fretus auxilio, Veneris nempe, vel amoris, aut Jovis, aggressus est opus oblatum, cœpitque terram arare. Nec eum turbabat ignis ille quem æreis pedibus boves efflabant, siquidem munitus erat præsidio præceptorum Medeæ hospitæ, omnis veneficiorum generis peritæ, quæ præceperat ut a tergo spirante aurâ duceret aratrum, et sulcos ab eodem principio semper inchoaret. Itaque cùm, aratro tracto, jugum cervicibus boüm imposuisset, eosque, loris non sponte parentes, vinxisset, molesto aculeo fortia ipsorum latera pungens vehementer, Jason imperatam operis

'Εξεπόνησ' ἐπιτακτὸν ἀνὴρ
Μέτρον. ἴϋξεν δ' ἀφω-
νήτῳ περ ἔμπας ἄχει,
Δύνασιν Αἰήτας ἀγασθείς.

A. ια'. K. ιδ'.

Πρὸς δ' ἑταῖροι καρτερὸν ἄνδρα φίλας
Ὤρεγον χεῖρας, στεφάνοισί τέ μιν
Ποίας ἔρεπτον, μειλιχίοις τε λόγοις
'Αγαπάζοντ'. αὐτίκα δ' 'Αελίου
Θαυμαστὸς υἱὸς δέρμα λαμπρὸν
Ἔννεπεν, ἔνθα νιν ἐκ-
τάνυσαν Φρίξου μάχαιραι.
Ἤλπετο δ' οὐκέτι οἱ
Κεῖνόν γε πράξασθαι πόνον.
Κεῖτο γὰρ λόχμᾳ, δράκοντος
Δ' εἴχετο λαβροτάταν γενύων,
Ὃς πάχει μάκει τε πεν-

422. μέτρον pro ἄθλον, ex mensurâ agri perarandâ. ἀφωνήτῳ περ (ἐν) ἄχει, ἔμπας ἴϋξεν Αἰ. etsi muto in dolore, stupens, erupit tamen exclamatione.

mensuram elaboravit, et exegit. Quod conspicatus Æetes, et viri robur ingens miratus, ingemuit quidem, sed dolorem compressâ voce intus inhibuit.

ANTISTROPHE XI. 425—438.

Argonautæ autem, sui ducis victoriâ læti, viro illi forti manus amicas porrexerunt, illum herbaceâ coronâ redimiverunt, blandisque verbis, utpote gratulantes, prosecuti sunt. Sed ilico Æetes, admirandus Solis filius, Jasoni indicavit ubi Phrixus extendisset vellus aureum arietis, quem Jovi Phyxio, (φυξίῳ, i. e. *fugæ auctori,*) quia eo per Hellespontum vectus, novercæ effugerat insidias, cultro jugulatum immolârat. Illud autem vellus, quod in præmium prioris laboris exantlati promiserat, novo labore asportandum proposuit, quia virum hunc huic secundo labori sperabat procul dubio succubiturum. Siquidem erat petendum in densâ silvâ, ubi custodiebatur a pervigili dracone, atrocissimis genis horribili, qui longitudine et

τηκόντορον ναῦν κράτει,
Τέλεσαν ἂν πλαγαὶ σιδάρου.—

E. ια'. K. ιγ'.

Μακρά μοι νεῖσθαι κατ' ἀμαξιτόν· ὥ-
ρα γὰρ συνάπτει· καί τινα
Οἶμον ἴσαμι βραχύν·
Πολλοῖσι δ' ἄγημαι σοφίας ἑτέροις.
Κτεῖνε μὲν γλαυκῶπα τέχναις
Ποικιλόνωτον ὄφιν, ὦ 'ρκεσίλα,
Κλέψεν τε Μήδειαν σὺν αὐ-

439. A digressione poëtam se revocare obvium est. Facit tamen ambiguitatem in seqq. sententiarum brevitas. Possunt illæ duplici modo constitui: primo, *ἐστί μοι, νεῖσθαι μακρὰ κατ' ἀμαξιτόν· ὥρα γὰρ συνάπτει. Possem latiùs evagari; et esset mihi opportunitas, facultas,* *ὥρα*, ut *καιρὸς*, sc. in fabulâ tantum materiæ præbente. Abrupte sequitur: *ἴσαμι καὶ* (*etiam compendium viæ, viam breviorem, novi.*) Deberet esse *ἀλλὰ καὶ*, quod et Mingarellum vidisse video. Nec satis commodum *τὸ, ὥρα συνάπτει.* Alteram viam si ingrediaris, erit *μακρὸν*, *nimis longum: ἐστί μοι μακρὰ, est mihi nimis longum, procedere in viâ regiâ*, h. e. pergere in enarratione fabulæ; *tempus enim adest* (finiendi cursum), *et novi breviorem tramitem:* sc. in breve contrahendo, (conf. Pyth. IX. 134.) summatim reliqua exponendo. Convenit sic Isth. VI. 82. *ἐμοὶ δὲ μακρὸν* (*nimis longum*, ut h. l. *μακρὰ*), *πάσας ἀγήσασθαι ἀρετάς*, et *ὧραι ἐπειγόμεναι* l. c. Nem. IV. 53. Et similis locus Pyth. VIII. 40. *εἰμὶ δ' ἄσχολος ἀ- ναθέμεν πᾶσαν μακραγορίαν* &c. Tum pergit 442. *Multis aliis hoc brevitatis artificio antecello. σοφία, ars, solertia.* In hac interpretatione non minus dura sunt nonnulla; inprimis *τὸ συνάπτει*, quod plures significatus habere potest. Schol. reddit *καιρὸς γάρ μ' ἐπείγει.*

443. *κτεῖνε μὲν, Jason;* etsi longiùs repetendum subjectum. Sequi debebat 445, *κλέψεν δὲ M.*

445. *σὺν αὐτᾷ.* Manifestè corruptum; etiamsi jungas: *κλέψεν δὲ Μήδειαν, σὺν αὐτᾷ τὸν Πελίαο φόνον, et cum eâ abduxit cædem futuram Peliæ*, h. e. eam, quæ Peliam necatura erat. Schol. exponit *ἑκοῦσαν καὶ*

latitudine quinqueremem navim, ferri ictibus constructam, superabat.

EPOD. XI. 439—451.

Sed quid ago, dum Jasonis historiam accuratè persequor? Si per latam illam viam, quâ ab encomio Arcesilai ad Argonautarum expeditionem digressus sum, regredi vellem ad institutum; et, ut fusiùs quæ illi Colchos eundo, ibique commorando; sic et quæ, patriam repetendo, fecerunt; narrarem, sane justo prolixius esset poëma; verùm vela contraham. Nam redeundi ad institutum urget tempus. Et cur ego, qui multa paucis novi dicere, et plerosque alios decentem sapientes brevitatem sectari doceo, eam quoque non observem? Draconem illum dorso maculosum, O Arcesila, Lethæi gramine succi, verbisque placidos somnos facientibus, Jason interemit. Cumque aureo vellere, Medeam volentem et consentientem, clam

τᾷ, τὰν Πελίαο φόνον.
Ἔν τ' ὠκεανοῦ πελάγεσσι μίγεν,
Πόντῳ τ' ἐρυθρῷ, Λαμνιᾶν
Τ' ἔθνει γυναικῶν ἀνδροφόνων.
Ἔνθα καὶ γυίων ἀέθλοις ἐπεδεί-
ξαντο κρίσιν, ἐσθᾶτος ἀμφὶς,

[446. πηλιαοφόνον, Damm. Lex. sub voc. Πηλιαοφόνος.]

Σ. ιβ'. Κ. ιδ'.

Καὶ συνεύνασθεν. καὶ ἐν ἀλλοδαπαῖς
Πεϱ ἀρούραις τουτάκις ὑμετέρας
Ἀκτῖνας ὄλβου δέξατο μοιρίδιον
Ἆμαρ, ἢ νύκτες. τόθι γὰρ γένος Εὐ-

αὐτῶν. ac si αὐτὰν legisset, aut κλίψιν δ' ἰκοῦσαν καὶ αὐτὰν, τὸν Πελίαο φόνον. Multa sunt tentata in h. l. quæ iterùm annumerare nolo. Videbatur mihi omninò *vellus aureum* ipsum desiderari; itaque ἄωτον substituere volebam ex Apollonio, IV. 176. τόσσον ἔην πάντη χρύσειον ἐφύπερθεν ἄωτον. et Orphic. 1333, ἀμφ' αὐτῇ χρύσειον ἐφαπλώσαν τι ἄωτον. Debebat sic versus constitui:— σὺν ἀ- ώτῳ, Πελίαο φόνον.

447. Pindarus eam rationem sequutus esse videtur, ut Argonautas et ipse in reditu in Oceanum deductos esse crederet, sed ab oriente Asiæ, secundum notiones geographicas pravas priscorum hominum constituto. Inde et πόντος ἐρυθρὸς est Oceanus Indicus; e quo Africam ab oriente circumvecti, ubi in australe ejus latus flexerant, escensu in littus facto per mediam Africam versus septentrionem portârunt humeris navigium, donec in Tritonide palude iterùm navigarent. cf. sup. ad 47.

448, 9. Non nisi in reditu secundum Pindarum adiere Lemnum Argonautæ; cum, e Tritonide palude, in mare mediterraneum illati, pervenissent Theram: relictâ eâ, versus septentrionem, per mare Ægæum, versus Thessaliam tendebant; ita in Lemnum eos incidisse nil mirum, fortè ab austro abreptos; unde, mutatis ventis, ad Iolcum in Thessaliâ expedita erat navigatio.

450. Certamina in Lemno habita magnam famam in Argonauticis habuere. Pindarus gymnica memorat. Vidimus sup. Ol. IV. 31, sq.

455. ἆμαρ ἢ νύκτες (pro νὺξ) friget ad nostrum sensum. Ita tamen et Nem. VI. 10, 11. ἐφαμερίαν—οὐδὲ μετὰ νύκτας— Dictum ergo pro vulgari: *die illo susceptus est primus stirpis auctor*, ut tribuatur diei, quod in eo factum est, *dies aut nox illa fatalis excepit primas scintillas gentis tuæ.*—γένος Εὐφήμου φυτευθὲν τέλλετο (pro

parentibus abduxit, quæ postea Peliæ mortis causa fuit. Per Oceanum autem et mare Rubrum Argonautæ variis erroribus acti sunt. Quinetiam in Lemnum venerunt, ubi membrorum suorum roboris specimen ediderunt, funebribus Thoantis in certaminibus, quorum præmium erat vestis: et cum Lemniadibus mulieribus, quæ maritos omnes, eorum graveolentiâ offensæ, occiderant, rem habuerunt.

STROPHE XII. 452—465.

Qui sive interdiu, sive noctu cum illis concubuerunt, tum temporis in peregrinâ illâ terrâ, clari beatique generis vestri fundamenta jecerunt, O Arcesila, prout erat in fatis. Ibi enim, inter cæteros, Euphemus ex

φάμου φυτευθὲν λοιπὸν αἰεὶ
Τέλλετο. καὶ, Λακεδαι-
μονίων μιχθέντες ἀνδρῶν
Ἤθεσιν, ἔν ποτε Καλ-
λίσταν ἀπῴκησαν χρόνῳ
Νᾶσον. ἔνθεν δ᾽ ὔμμι Λατοί-
δας ἔπορεν Λιβύας πεδίον
Σὺν θεῶν τιμαῖς ὀφέλ-
λειν, ἄστυ χρυσοθρόνου
Διανέμειν θεῖον Κυράνας

ἐφυτεύθη εἰς τὸ) λοιπὸν αἰεί. satum est ut perennet. τέλλεσθαι ab ortu siderum lyricè translatum.

461. ἔνθεν δ᾽ ὔμμι Λατοίδας ἔπορεν— *Ex hac insulâ Apollo suâ sorte vestræ genti, singulari aliquo divino beneficio, dedit Libyam colendam, et rectis consiliis initis urbem præclaram Cyrenen regere,* ut statim de singulis videbimus. Paulò ante ἀπῴκησαν est pro ἀπῳκίσθησαν.

463. σὺν θεῶν τιμαῖς. Dawes Misc. Crit. p. 60, rectè quærit: quid sit *Libyæ campum cum deorum honoribus augere?* et emendat σὺν θεῷ (quod et e Schol. memoravimus) laudato Iliad. α. 510. ὀφέλλωσίν τέ ἑ τιμῇ. Benè; sed debebat vir doctus etiam docere, quem sensum verba hic habeant: cum Battiadæ *honoribus augere Libyam* dicantur. Hoc est illud, quod toties inique feras in virorum doctorum emendationibus, quod ipsi interpretationem non apposuere. Hoc si fecissent, intellexissent interdum extemplò, emendationem locum non habere. Vidit quoque Vauvilliers ad Sophocl. tom. II. p. 18. jam supra fuisse, ver. 91, σὺν τιμᾷ θεῶν, et vertit: *amplificare Libyam prosequentibus eos honoribus a diis concessis,* quod nec ipsum satis perspicuum est. Cogitandum est de *fatali honore ejus gentis,* quod regno Libyæ condendo a diis illa destinata fuit: ita ver. 94, οἵ κεν τάνδε σὺν τιμᾷ θεῶν νᾶσον ἐλθόντες: ubi est *honor a diis profectus.* Unde ver. 122, inter navigationem Minyarum θεόπομποί σφισι τιμαὶ φύτευθεν, *honor ille divinus* (regiæ dignitatis destinatæ) *originem nactus est,* sc. per Euphemum. ὀφέλλειν autem adhibuisse videtur poëta, sicut solenne suum αὔξειν, quod est generale ideoque phantasmati poëtico liberiori aptum vocabulum, *de omni cultu, ornatu, splendore, felicitate,* quam *aliquis* seu *res aliqua consequitur.* Est adeo h. l. *Libyam fortunare et illustrare:* ut Pyth. VIII. 53, αὔξων πάτραν: pro simplici, ἔχειν, *tenere.*

464—7. Κυράνη χρυσόθρονος, a quâ urbs Cyrene, est quasi Genius urbis, nympha vel dea. διανέμειν est pro διοικεῖν. et pro δικαίως, ornatè ἐφευρομένοις μῆτιν ὀρθόβουλον, pro μήτιας ὀρθὰς, *prosequendo recta consilia.*

Malachâ, muliere Lemniacâ, Leucophanem suscepit, ex quo, longâ nepotum serie, ortus est Battus, progenitor tuus, Cyrenes conditor. Argonautarum autem Lemniaca proles Lacedæmonem venit, patres per Græciam quærens, et in civitatem recepta est, unde processu temporis in Callistam, postea Theram a Therâ dictam, Therâ duce migrârunt. Postea verò Apollo Libyam tuo generi dedit, quum ex hac insulâ Cyrenen migrandum Batto significavit, et prædixit fore ut divina hæc urbs, cujus tutelaris esset Nympha cognominis Cyrene, aureo sedens in solio, Deorum beneficio honores consequeretur, et a viris

A. ιβ'. K. ιδ'.

Ὀρθόβουλον μῆτιν ἐφευρομένοις.
Γνῶθι νῦν τὰν Οἰδιπόδα σοφίαν.
Εἰ γάρ τις ὄζους ὀξυτόμῳ πελέκει
Ἐξερείψαι κεν μεγάλας δρυὸς, αἰ-
σχύνοι δέ οἱ θαητὸν εἶδος·
Καὶ φθινόκαρπος ἐοῖ-
σα διδοῖ ψᾶφόν περ αὐτᾶς,
Εἴ ποτε χειμέριον
Πῦρ ἐξίκηται λοίσθιον,
Ἢ σὺν ὀρθαῖς κιόνεσσι
Δεσποσύναισιν ἐρειδομένα
Μόχθον ἄλλοις ἀμφέπει

468. Decurrerat nunc spatia sua spiritus lyricus; ut mireris nunc eum residere in præceptis ethicis, quæ cum ipso carminis argumento et spiritu nil commune habent. *Nunc tene*, ad hæc quæ dicturus sum, adhibe, *Œdipi sagacitatem*. Nam per ænigma declarata sunt hæc: noli acerbe uti Cyrenæis, ad libertatem proclivioribus, et putare, depressos ita animos patienter esse jugum laturos. *εἰ γάρ τίς κεν*, pro *κἄν*.

471. Ab hoc versu apodosis est constituenda: *tamen illa, etiam vi fruges ferendi privata, sui dat argumentum; se quercum probat*, etsi accisa.

473. *εἴ ποτε πῦρ ἐξίκηται*, sc. *ἐπ' αὐτὴν*,—*ἢ εἰ ἐρειδομένα σὺν κιόνεσσι δεσποσύναισι* pro *διὰ κιόνων δεσποτῶν*. agit de *architrabe*, suffultâ et sustentatâ per suppositas ei columnas.

477. *μόχθον ἀμφέπει*, *μοχθεῖ*, *laborat*, *luctatur*; nam *ἀμφέπει τι* is, qui in eo est occupatus, laborat; *ἐν τείχεσιν ἄλλοις*, *ἐν ἀλλοτρίοις οἴκοις*, respectu loci *sui*, in quo nata arbos erat.

Antistrophe XII. 466—479.

consultis ac prudentibus administraretur: e quorum numero unus es censendus, qui acri sis et sapienti ingenio. Qualis cum sis, nunc audi quæso, quid mihi ænigmate velim, illudque Œdipodicâ quâ polles sapientiâ solve. Magna quercus, peracutâ securi ramis spoliata, et sic admirabili formâ turpiter privata, quum prostrata ceciderit, quamquam fructum ferre desinit, fert tamen de seipsâ sententiam, se nimirum aliquem usum præbere posse, quum hyberno tempore in ignem ultimum ad calefaciendum conjicitur; aut, derelicto loco in quo nata erat, gravem laborem alienis in muris et ædibus sustinet, ad fulciendum posita cum erectis in principis alicujus palatio columnis. Sic Demophilus, vir magnus, patriis sedibus pulsus, suisque a te privatus honoribus, quamquam est Thebis profugus, et nunc patriæ inutilis, nihilominus hac suâ in fortunâ satis ostendit quàm forti sit animo, quum alieno in solo, alioque sub principe vivens, peregrinæ reipublicæ, cum

Δύστανον ἐν τείχεσιν,
Ἑὸν ἐρημώσασα χῶρον.

Ε. ιβ'. Κ. ιγ'.

Ἐσσὶ δ' ἰατὴρ ἐπικαιρότατος,
Παιάν τέ σοι τιμᾷ φάος.
Χρὴ μαλακὰν χέρα προσ-
βάλλοντα τρώμαν ἕλκεος ἀμφιπολεῖν.
Ῥᾴδιον μὲν γὰρ πόλιν σεῖ-
σαι καὶ ἀφαυροτέροις· ἀλλ' ἐπὶ χώ-
ρας αὖθις ἔσσαι δυσπαλὲς
Δὴ γίνεται, ἐξαπίνας

479. Mihi tota vis *apologi*, quem vidimus, versari videbatur in *indole* Cyrenæorum *ad libertatem procliviore* nullâ asperitate et sævitiâ Arcesilai (per supplicia et exilia) extirpandâ: ut *ilicis natura*, etsi ramis ac frondibus accisæ, manet eadem; nam vel sic usibus, quibus destinata erat, inserviendo, se probat ilicem, vel igni materiam præbendo, vel ut in trabem edolata tectum sustineat. Fugerat Arcesilaus Samum, unde copiis coactis rediit. Deo consulto jussus erat clementer uti Cyrenensibus. Quod in poëtâ reprehendas, est nimius et partim alienus ornatus, quem, seu quod ambages apologum decere putavit, seu mensurâ strophæ coactus, adhibuit.

480. *Tu potes malis reip. mederi, modò molliora remedia adhibueris.*

481. Παιάν τί (ἐστί) σοι φάος τιμᾷ, pro τῇ τιμῇ σου, *tuæ gloriæ lux est*, i. e. *te illustrat*, vel Παιάν τί ἐστι φάος σοι, (σὺν) τιμᾷ σου. Parùm his confido: quamcunque tamen viam inieris, molesta est verborum structura. Sententia tamen per se non est obscura: *favet tibi Pæan, est propitius.* Æschyl. Agam. 99, 100. Παιάν τε γίνου τῆσδε μερίμνης, ἣ νῦν κακόφρων τελέθει.

484. Egregia sententia: Levissimus quisque, sc. etiam tenuissimi e plebe possunt remp., statum reip., movere; at remp. concussam iterùm in tuto collocare, difficile est; nisi numen ipsis regibus inopinato gubernator sit: nisi eventus, quos nemo expectaverit, prosperi inciderint.

aliis ejus columnis, est utilis. Satis evidens argumentum, quanti esset in patriâ usûs, si solo natali denuò insereretur.

EPOD. XII. 480—492.

Exilii tædium hujus animo dolorificum vulnus infligit, et medico, a quo curetur, opus habet. Tu autem medicus es, medendi opportunitatis peritissimus. Quare, cùm arte hac te decorârit Apollo, par est ut tu, qui solus huic ægro subvenire potes, benignam huic ulceri manum admoveas, idque ad cicatricem perducas, scilicet Demophilum in patriam revoces. Facile equidem est, etiam imbecillioribus civibus, civitatem perturbare, sicut usu venit illis qui tuam rempublicam concusserunt, et quos expulisti. Sed turbatam civitatem pristinæ tranquillitati restituere, etiam præpotentibus

Εἰ μὴ θεὸς ἁγεμόνεσσι κυβερ-
νατὴρ γένηται. τὶν δὲ τού-
των ἐξυφαίνονται χάριτες.
Τλᾶθι τᾶς εὐδαίμονος ἀμφὶ Κυρά-
νας θέμεν σπουδὰν ἅπασαν.

Σ. ιγ'. Κ. ιδ'.

Τῶν δ' Ὁμήρου καὶ τόδε συνθέμενος
Ῥῆμα πόρσυν'· ἄγγελον ἐσλὸν ἔφα
Τιμὰν μεγίσταν πράγματι παντὶ φέρειν.
Αὔξεται καὶ Μοῖσα δι' ἀγγελίας
Ὀρθᾶς. ἐπέγνω μὲν Κυράνα
Καὶ τὸ κλεεννότατον

489. *Χάριτες τούτων ἐξυφαίνονταί σοι* valdè ornate; *præclara hæc laus* (sanandi remp. laborantem) *tibi relicta est:* pro *χάρις τούτων*, *decus hoc paratum tibi.*

493. Nunc demùm de Damophilo exule memorat, et partes deprecatoris agit. Sensus ferè huc redit: *Cùm mei intercedentis honos versetur in hoc, ut tu te exorari patiaris, multò magis cùm faciam hoc carmine, sine exorari te.* Jam vide dignitatem poëticam. *συνθέμενος*, *animum advertens* et percipiens dicta: ut ap. Homerum, *σὺ δὲ σύνθεο θυμῷ. πόρσυνε ῥῆμα*, *dictum, versum, considera, expende:* propriè, cura. Dixit ille: *idoneum nuntium omni mandato optimum successum afferre.* Nos ita diceremus: ut mandata feliciter peragantur, multum facit, qualis ille sit, qui ea peragit. *Auctoritatem quoque Musæ affert, si ea perficit id quod in se recepit.* Vulgò hæc ita narrares: Cum ego tanquam hospes et amicus pro Damophilo intercedam, spero me tantum apud te valere gratiâ, ut consequuturus sim quod peto, secundum dictum Homeri: omni mandato successum ferre personam et auctoritatem ejus, cui mandata res est.

[494. *ῥῆμα* &c. Versus Homeri extat, Il. ο. v. 207. *ἐσθλὸν γὰρ τὸ τέτυκται, ὅτ' ἄγγελος αἴσιμα εἰδῇ.* Ben.]

principibus est difficile, nisi prudentiam impertiendo regat illos Deus. Tibi autem, Arcesila, Deus gratificatur hanc virtutem, nimirùm prudentiam et sapientiam, quâ resarcire possis captum a republicâ tuâ detrimentum, videlicet exules patriæ reddendo. Quare sustine omnem animi tui curam et studium erga felicem Cyrenen nunc impendere, quæ suorum civium absentium desiderio tenetur.

STROPHE XIII. 493—506.

Porrò et hoc Homeri dictum perpendens in pretio habe. Dixit ille, bonum nuntium omni rei maximum honorem afferre; unde causa quam agit magnum pondus habeat. Addo Musæ studium, in texendo carmine quod fiat acceptius, augeri, quum agitur de bonâ re nuntiandâ. Quod mihi nunc accidit, quoniam bonus ille sum nuntius, qui te hortor et rogo, ut, pro divinitùs acceptâ prudentiâ, consulas bono tuæ reipublicæ, quæ

Μέγαρον Βάττου δικαίαν
Δαμοφίλου πραπίδων.
Κεῖνος γὰρ ἐν παισὶν νέος,
Ἐν δὲ βουλαῖς πρέσβυς ἐγκύρ-
σαις ἑκατονταετεῖ βιοτᾷ.
Ὀρφανίζει μὲν κακὰν
Γλῶσσαν φαεννᾶς ὀπός.
Ἔμαθε δ' ὑβρίζοντα μισεῖν,

A. ιγ΄. K. ιδ΄.

Οὐκ ἐρίζων ἀντία τοῖς ἀγαθοῖς,
Οὐδὲ μακύνων τέλος οὐδέν. ὁ γὰρ

499. *Et civitas et regia domus novit probitatem Damophili.* malim ellipsin statuere, *δικαίαν μοῖραν, αἶσαν,* aut simile quid.

501. *ἐν παισὶ νέος,* pro *ἐν νέοις νέος, inter juvenes juvenili robore præstans,* at *prudentiâ seni* c *annorum par.* Damophilum adhuc juvenili ætate fuisse necesse est. Laudat locum Macarius in Diatribe Villoisoni, p. 19. a quo verba accipiuntur sic, ac si Damophilus inter pueros juvenis, inter juvenes vir, inter viros senex fuerit. Haberet hoc locum in altero versu, Pyth. V. 146, *κρέσσονα μὲν ἁλικίας νόον φέρβεται.*

[503. *ἑκατονταετεῖ* &c. Impropriè dicitur *ἑκατοντάετης,* pro *πολυέτης,* sicuti et navis *ἑκατόνζυγος,* pro *πολύζυγος.* Poëta simpliciter innuere vult Demophilum, ætate quidem esse juvenem, mente verò senem. Ben.]

504, 5. *Facit obmutescere calumniatorem.* vid. var. lect.

506, 7. *Malos odit, bonos amat.* *οὐκ ἐρίζων ἀντία,* pro *φιλῶν, favens.*

[507. *οὐκ ἐρίζων* &c. Hoc est, *οὐκ ἀντερίζων τοῖς ἀγαθοῖς.* hoc pacto vivendum esse monet Hesiodus his verbis; *μηδὲ κακῶν ἑταῖρον, μηδ' ἐσθλῶν νεικεστῆρα.* Contrariis fuit moribus Thersites, quem Homerus *φιλόκακον* et *μισάγαθον* introducit; eisque quos virtutis nomine poëta laudabat, in primis Achilli et Ulyssi, infensum: ut constat hinc; *ἔχθιστος δ' Ἀχιλλῆϊ μάλιστ' ἦν, ἠδ' Ὀδυσῆϊ.* Ben.]

508. *μακύνων* junxit cum antecedentibus. Est tamen propositio sejuncta. *Nullam rem procrastinat.* *φίλος, πρᾶγμα.* Nam *occasio celeriter præterit:* i. e. momentum temporis idoneum. *πρὸς ἀνθρώπων, παρ' ἀνθρώπους.* Nos dicimus, *in rebus humanis.*

nonnullos cives, exilio mulctatos, desiderat; in primis verò Demophilum, cujus virtutum merita poscunt, ut tibi conciliato reditum in patriam illi annuas. Cyrene utique universa, tuaque domus, O Batti soboles, novit quàm justâ mente sit Demophilus. Ille quidem, quamquam ætatis ratione inter juvenes est censendus, mentis tamen ratione, unde haurit senilia consilia, inter viros annosos, perque multam experientiam sapientiâ auctos. Eâ autem est sermonis modestiâ, ut linguâ nusquam abutatur ad maledicentiam, nec tibi, a quo ejectus est, neque tuis obtrectet. Agnitâ verò culpâ, quòd motæ in te seditioni interfuisset, suo periculo injuriosum odisse didicit,

Antistrophe XIII. 507—520.

at contra diligere bonos, ita ut illos in posterum fugiat, his non adversetur,

Καιρὸς πρὸς ἀνθρώπων βραχὺ μέτρον ἔχει.
Εὖ νιν ἔγνωκεν. θεράπων δέ οἱ, οὐ
Δράστας, ὀπαδεῖ. Φαντὶ δ' ἔμμεν
Τοῦτ' ἀνιαρότατον,
Καλὰ γινώσκοντ' ἀνάγκᾳ
Ἐκτὸς ἔχειν πόδα. καὶ
Μὰν κεῖνος Ἄτλας οὐρανῷ
Προσπαλαίει νῦν γε πατρῴ-

510. *θεράπων δέ οἱ, οὐ δράστας ὀπαδεῖ.* Obscurat sententiam brevitas. Subjectum fuerat mihi: *ὁ καιρὸς ὀπηδεῖ οἱ, ὡς θεράπων, qui præsto est hero; non autem tanquam fugitivus vagatur.* Si tamen exigas sententiam subtiliùs, vix illa satis se probat. Ergo ipse Damophilus esto subjectum, qui *θεράπων ἐστὶ τῷ καιρῷ*, benè; *observat, speculatur, θεραπεύει καιρόν.* At laborat alterum: *non ille ei est fugitivus! δράστας*, puto, est simpliciter h. l. *famulus, servus;* inter hunc et *θεράποντα* multum interest. Damophilus, si vir prudens erat, *captabat occasiones opportunas consiliis*, non autem servili more *ex iis pendebat*, tanquam ex *herili nutu.* Nam prudentis est, res ita disponere et ordinare, ut opportunitas rebus gerendis enascatur.

513. *τὰ καλὰ* sunt *res jucundæ et gratæ, quarum fructus est in aulâ vel in magnâ civitate.* cf. inf. 522, sqq. *ἔχειν πόδα ἐκτὸς*, sc. *τῶν καλῶν, iis quæ vitam jucundam et beatam faciunt, carere.* Æschyl. Prom. 263. *πημάτων δ' ἔξω ἔχει πόδα.* pro *ἐκτὸς εἶναι.*

516. *προσπαλαίει, obnititur,* luctatur. Sententiam sic habe: Luctatur Damophilus cum exilii calamitatibus, et sub iis, tanquam sub onere improbo imposito, gemit; similis in hoc Atlanti, qui cœlum impositum sustinet. Tenendum autem ex reconditiore mythologiâ, Atlantem esse unum ex Titanibus, nec intactum mansisse fortunâ ceterorum Titanum a Jove victorum. Res ex Æschyli Prometheo Vincto patet. cf. Hygin. fab. CL. Fuerunt autem olim plures de Titanibus frequentatæ fabulæ, cùm essent prisca carmina, *Titanomachiæ* inscripta. Inter alia traditum et hoc, liberatos aliquando fuisse ex Tartari vinculis Titanas, et cum ipsis etiam Atlantem onere levatum respirâsse. Comparatum et comparans poëta, solenni more, commiscet et contexit in unam tramam: *Sanè Damophilus, ille alter Atlas, cum cæli impositi onere luctatur, exul a patriâ et fortunis suis. Verùm etiam Jupiter solvit vinculis Titanas.* Scilicet quidni et hic ærumnarum bajulator, tanquam Atlas cœli, expectare possit, fore, ut et ipse onere suo exilii liberetur et in patriam a te, Arcesilae, reducatur!

sed se adjungat. Insuper tantâ valet alacritate et diligentiâ, ut in rebus gerendis, ubi maturè facto opus est, nullam procrastinationem admittat. Etenim intelligit fronte capillatam esse, sed post, calvam, occasionem, quæ in temporis puncto posita est, ac proinde præceps et momentanea. Quo fit, ut non quemadmodum servus fugax eam negligat, sed tanquam famulus sequax captet, et oblatam prehendat. Cæterùm, ut plerique omnes sentiunt, nihil molestius est viro virtute prædito, qui res præclaras novit, quam cogi a patriâ exulare, ejusque commodis carere. At mihi dices Demophilum optare frustrà quod a te non possit obtinere, non aliter ac cœlifer ille Atlas a Diis, ut hoc onere levetur, nec ampliùs absit a patriâ, carisque possessio-

ας ἄπο γᾶς ἄπο τε κτεάνων.
Λῦσε δὲ Ζεὺς ἄφθιτος
Τιτᾶνας. ἐν δὲ χρόνῳ
Μεταβολαὶ, λήξαντος οὔρου,

E. ιγ'. K. ιγ'.

Ἱστίων. ἀλλ' εὔχεται οὐλομέναν
Νοῦσον διαντλήσαις ποτὲ
Οἶκον ἰδεῖν, ἐπ' Ἀπόλ-
λωνός τε κράνᾳ συμποσίας ἐφέπων
Θυμὸν ἐκδόσθαι πρὸς ἥβαν
Πολλάκις, ἔν τε σοφοῖς δαιδαλέαν
Φόρμιγγα βαστάζων πολί-
ταις ἀσυχίᾳ θιγέμεν,
Μήτ' ὦν τινι πῆμα πορὼν, ἀπαθὴς
Δ' αὐτὸς πρὸς ἀστῶν. καί κε μυ-

520. Vento cessante, vela laxantur: pro hoc dixit, *mutantur*, ut Isthm. II. 59.

522. νοῦσον de *exilio:* ut vulgò νόσος de *seditione et turbis civilibus*, et νοσεῖ urbs, primò, qua turbatur, tum, qua laborat; hinc omninò nunc de conditione et fortunâ labefactatâ et afflictâ. Opp. τὸ ὑγιὲς de rerum incolumitate. Sic ὑγίεντα ὄλβον Ol. V. 54. *inconcussas, incolumes, in tuto positas opes* fortè dixit.

524. συμποσίας refero ad Carnea, quæ ad Cyren fontem celebrata fuisse videntur. vid. Not. ad Pyth. V. 106. Fontem memorat quoque Herodot. IV. 158.

525. ἥβαν audacius dixisse videri debet pro *lætitiâ et hilaritate.* πρὸς ἥβαν πολλάκις, interpungo.

nibus. At ego respondens, exemplo Jovis clementiæ te admonebo. Immortalis ille Deus, de Titanibus, qui ipsum regno pellere conati erant, pœnas non sumpsit, sed iis pepercit. Ut autem quum naviganti cessavit ventus secundus, velificationem nauclerus mutat ad tempus; sic quum quis prosperâ fortunâ excidit in patriâ, solum mutare debet tantùm ad tempus.

Epod. XIII. 521—*ad fin.*

Quamobrem optat, hactenus exantlatâ exilii calamitate, domesticos lares revisere tandem aliquando: et post ærumnas, in publicis conviviis, quæ apud Cyrenen prope fontem Apollinis agitari solent, animum juvenili lætitiâ recreare et refocillare: quinetiam, sæpenumero cordatos inter cives et sodales variegatam citharam pulsando, animi tranquillitate frui, nemini damnum inferendo, et a nemine accipiendo. Utinam igitur a te receptus,

θήσαιθ', ὁποίαν 'Αρκεσίλᾳ
Εὗρε παγὰν ἀμβροσίων ἐπέων
Πρόσφατον, Θήβᾳ ξενωθείς.

[533. πρόσφατον Θήβᾳ ξενωθεὶς, Ed. Ben.]

533. Interpungo post πρόσφατον, ut sit ὁποίαν 'Αρκεσίλᾳ εὗρε παγὰν ἀμβροσίων ἐπέων πρόσφατον, *novum fontem dulcium carminum in Arcesilai honorem paravit, aperuit*, sc. commemoratione virtutum ac laudum Arcesilai coram poëtâ factâ, novorum hymnorum argumento.

O Arcesila, tibi coram narrare possit qualem poëtam sit nactus, ex quo, tanquam perenni ex fonte, divina scaturiunt carmina. Quorum fuit testis quum nuper Thebas, ubi vivo, profugit, ibique hospitio est exceptus.

ΠΥΘΙΑ.

Εἶδος ς'.

ΑΡΚΕΣΙΛΑῼ ΚΥΡΗΝΑΙῼ,

Ἅρματι.

ARGUMENTUM.

Prædicat felicitatem Arcesilai, etiam ex victoriâ Pythicâ, pro quâ meritam gratiam referre jubet diis et aurigæ Carrhoto—70. Nec tamen esse perpetuam ac sinceram felicitatem expectandam; (erant enim tum dissidia inter principem et populum;) adfore tamen domui regiæ fortunam Batti, Apollinis beneficio—85. Ab hoc transit ad Apollinis vaticinia, quibus confisi Heraclidæ Peloponnesum migrârunt, cumque iis Ægidæ Thebis oriundi; qui et ipsi cum iisdem Theram, inde Cyrenen, occupaverunt—107. Inde ad laudes Batti, ejusque posteritatis, tandem Arcesilai, progreditur; et a ver. 159. pro eo facit bona vota.

Σ. α'. Κ. ιδ'.

Ὁ ΠΛΟΥΤΟΣ εὐρυσθενὴς,
Ὅταν τὶς ἀρετᾷ κεκρα-
μένον καθαρᾷ βροτήσιος ἀνὴρ,
Πότμου παραδόντος, αὐτὸν ἀνάγῃ
Πολύφιλον ἑπέταν·
Ὦ θεόμορ' Ἀρκεσίλα,
Σύ τοί νιν, κλυτᾶς
Αἰῶνος ἄκραν βαθμίδων
Ἄπο, ξὺν εὐδοξίᾳ
Μετανίσσεαι ἕκατι χρυ-

NOTÆ HEYNIANÆ;

INTERPOSITIS QUIBUSDAM BENEDICTINIS.

1. ὁ Πλοῦτος h. l. ut persona inducitur. *Opes regiæ*. In promptu est substituere (ἐστὶν) εὐρυσθενής. oratio tamen minùs lyrica fit. Habere licet pro exclamatione: *heu opes regias! quam potentes sunt!* cùm aliàs secundâ personâ exclamationes fiant. Μέλαινά τ' Ἐριννὺς, ἦ μεγασθενής τις εἶ· etiam Æschyl. VII. ad Theb. 991. Verior tamen et magis lyrica ratio est, ut jungantur cum σύ τοί νιν, ut sit, solenni figurâ, orsus a primo casu pro quarto qui subjungitur: τὸν πλοῦτον τοῦτον ἔχεις σύ. Seqq. ornant simplex illud: εἰ ἕπεται (πάρεστι) τῇ ἀρετῇ. Fortuna regum sic declaratur, ut sit πότμος σὺν ἀρετῇ. In eâ fortunâ ille natus erat: vv. 7, 8. conf. Ol. II. 96, sq. καθαρὰ ἀρετὰ, forte, *nullâ* ὕβρεως, *injustitiæ, rapinæ, maculâ contaminata.*

[ib. εὐρυσθενής. Divitiæ multum possunt si cum virtute sint conjunctæ. Etenim, ut docet Callimachus hymno in Jovem, οὔτ' ἀρέτης ἄτερ ὄλβος ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν, οὔτ' ἀρετὴ ἀφένοιο. et Sappho; ὁ πλοῦτος ἄνευ ἀρετᾶς, οὐκ ἀσινὴς πάροικος. Et certè sine virtute, πλοῦτος κακίας μᾶλλον ἢ καλοκαγαθίας ἐστὶν ὑπηρέτης. Hic supple ἐστί. BEN.]

10. μετανίσσεσθαι πλοῦτον dicitur rex ab *imis* inde vitæ gradibus (h. e. ἀπ' ἄκρων, pro ἀκρῶν, βαθμίδων αἰῶνος); debet adeò esse pro ἔχειν, at quâ analogiâ? Scilicet

PARAPHRASIS BENEDICTINA.

STROPHE I. 1—14.

DIVITIÆ, quæ multos amicos conciliant, et veluti asseclas hominibus opulentis reddunt, multum possunt, quum eas, tradente fortunâ, homo quispiam virtute præditus acceperit, et secundum virtutis regulam administraverit. Tu autem, O beate Arcesila, cujus sortem regit divina providentia, divitias istiusmodi possides, et ab ipsis inclytæ vitæ primordiis, ab ætate primâ, ex quo inter homines versaris, iis non ad mollitiem, sed ad studia, quibus gloriam compares, probè uteris, veluti ad beneficentiam, in primis verò ad alendos equos in gratiam et honorem Castoris, qui aureo curru

σαρμάτου Κάστορος·
Εὐδίαν ὃς μετὰ χειμέριον
Ὄμβρον τεὰν καταιθύσ-
σει μάκαιραν ἑστίαν.

A. α′. K. ιδ′.

Σοφοὶ δέ τοι κάλλιον
Φέροντι καὶ τὰν θεόσ-
δοτον δύναμιν. σὲ δ᾽ ἐρχόμενον ἐν
Δίκᾳ πολὺς ὄλβος ἀμφινέμεται·
Τὸ μὲν, ὅτι βασιλεὺς
Ἐσσὶ μεγάλαν πολίων,
Ἔχει συγγενὴς
Δ᾽ ὀφθαλμὸς αἰδοιέστατον

dicemus μεταvίσσεσθαι esse idem ac μετέρχεσθαι, nec modo *persequi*, sed et *assequi ac tenere*, μεταλαβεῖν. ἕκατι χρ. Κάστορος jungenda sunt cum verbis σὺν εὐδοξίᾳ, *cum gloriâ ex victoriis curulibus:* quandoquidem Dioscuri erant inter præsides certaminum. Tum debuere ii esse dii patrii Arcesilai, cujus majores e Laconicâ Theram erant profecti.

12. ὃς αἰθύσσει εὐδίαν κατὰ τεὰν ἑστίαν, vid. var. lect. pro simpl. *dispergit, affert.* Contigisse victoria videtur Arcesilao inter motus civiles, quibus tum Cyrene agitabatur, regum, ut fit, cupiditate et imprudentiâ.

15. Vir prudens utique etiam opibus a diis acceptis, h. e. fortunis, moderatè utitur. κάλλιον pro καλῶς.

17. Justitiam servantem ait Arcesilaum magnâ felicitate frui: τὸ μὲν, *partim, quod potens rex sit*, debebat sequi τὸ δὲ, ὅτι, quod mutatum in: ἔχει δὲ ὀφθ. *quod majestate oris insignis es.* Tertium, 24. μάκαρ δὲ καὶ νῦν.

21. ἔχει συγγενὴς δ᾽ ὀφθαλμὸς—Proprium erat: ἔχει δὲ ὀφθαλμός (σου) συγγενὴς γέρας αἰδοιέστατον, μιγνύμενον τοῦτο φρενὶ τεᾷ. Et ambigo adhuc annon συγγενὴς verum sit. Quod nisi est: dicendum poëtam epitheton transtulisse ad ὀφθαλμὸς exquisitiore modo. Ut τοῦτο autem vim habeat, sic collocandum esse videtur, ut sit *illud quidem:* nisi est δεικτικῶς dictum: *hoc tuum; hæc majestas, dignitas conjuncta cum gravitate, prudentia animi.*

vehitur, dei vestri tutelaris, qui post illam inter cives tuos seditionis excitatæ procellam, beatæ domui tuæ, civicis dissidiis graviter turbatæ, splendidam pacis tranquillitatem reddidit.

ANTISTROPHE I. 15—28.

Præterea, ut sapientis est, potentiam a Deo acceptam cùm animi moderatione geris, et tuâ virtute ornatiorem reddis. Propterea etiam cùm hoc tuo in imperio rectè vivas et justitiam colas, ideò felicitate altâ potiris. In primis autem duplici nomine es felix: altero, quòd rex es magnarum urbium; et præterquam, quòd insignes tuæ mentis dotes venerabilem te efficiunt, oculo etiam, qui cognatione quâdam cum eâ est conjunctus, quique

Γέρας τεᾶ τοῦτο μι-
γνύμενον φρενί· μάκαρ δὲ καὶ
Νῦν, κλεεννᾶς ὅτι
Εὖχος ἤδη παρὰ Πυθιάδος
Ἵπποις ἑλὼν, δέδεξαι
Τόνδε κῶμον ἀνέρων,

E. α'. K. ιδ'.

Ἀπολλώνιον ἄθυρμα. Τῷ, σε
Μὴ λαθέτω Κυράνᾳ
Γλυκὺν ἀμφὶ κᾶπον
Ἀφροδίτας ἀειδόμενον·
Παντὶ μὲν Θεὸν αἴτιον ὑπερτιθέμεν.

[30. Κυράνᾳ— —ἀειδόμενα, Ed. Ben.]

29—33. *Itaque memor sis istius carminis vulgò cani soliti: omnia referenda sunt ad deum:* τῷ, σε μὴ λαθέτω— Si, ut vulgò fit, ἀειδόμενον accipitur τὸ ἀειδόμενον, dura omissio fit Pindarico more. Potest tamen h. l. benè scribi τ' ἀειδόμενον. Ingeniosè Gedik. jungit μὴ λαθέτω σε ἀειδόμενον ὑπερτιθέμεν. φιλεῖν δεῖ. *memor sis, dum tu celebraris victor, deum auctorem omnium habere.* Sequentia accipio tanquam ornantia verba: ἐν Κυράνᾳ, ἀμφὶ κᾶπον γλυκὺν Ἀφροδίτας: uti Libya, respectu hujus ipsius Cyrenes, est Διὸς κᾶπος inf. IX. 90, 91. Nam ut sit locus, λόφος Χαρίτων, quo ducebatur chorus, (etsi Cyrene urbs in colle sita erat, vid. Pyth. IX. 94, 95. et IV. 14.) non benè firmat Schol. dum laudat Callimachi, ἢ ὑπὲρ κύρταλλον Χαρίτων λόφον de quo videndum in fragmentis Callimacheis, p. 361, et 534. Nam non magis ex hoc constat, ubi ille collis fuerit. Malè autem confunditur alius Collis Gratiarum, quem memorat Herodot. IV. 175. De voc. ὑπερτίθεσθαι est disputatio viri docti Miscell. Obss. VIII. p. 365. quæ tamen nil ad h. l. facit. Θεὸν τιθέναι αἴτιον παντὶ πράγματι· quod aliàs ἐπιτιθέναι, προστιθέναι, ἀνατιθέναι.

[33. παντὶ μὲν &c. Hoc est, ἐπὶ παντὸς πραγμάτος τῷ Θεῷ τὴν αἰτίαν ἄναπτε. Est illustratio victoriæ a causâ efficiente, Deo, qui cùm sit omnis bonæ actionis auctor, ei debet Arcesilaus acceptam ferre victoriam. Ben.]

ejus est character, ejusque proinde index, gravissimam majestatem præ te fers: altero, quòd, cùm hoc tempore, ex celebri Pythiorum certamine, gloriam equis reportâris, accepisti hoc carmen encomiasticum, viris saltatoribus ludendum in Choreâ, cujus præses est Apollo, citharâ temperans harmoniam.

Epod. I. 29—42.

Quo carmine scias velim me Cyrenen etiam celebrare, quòd sit veluti Veneris hortus, frugiferum videlicet et amabile solum. Porrò victoriam hanc tuam Deo, qui bonorum omnium est auctor, memento acceptam ferre;

Φιλεῖν δὲ Κάῤῥωτον ἔξοχ' ἑταίρων.
Ὃς οὐ τὰν Ἐπιμαθέος
Ἄγων ὀψινόου θυγατέρα Πρό-
φασιν Βαττιδᾶν
Ἀφίκετο δόμους θεμισκρεόντων·
Ἀλλ' ἀρισθάρματον,
Ὕδατι Κασταλίας
Ξενωθεὶς, γέρας ἀμφ-
έβαλε τεαῖσιν κόμαις,

Σ. β'. Κ. ιδ'.

Ἀκηράτοις ἁνίαις
Ποδαρκέων δώδεκα
Δρόμων τέμενος. κατέκλασε γὰρ ἐν-
τέων σθένος οὐδέν· ἀλλὰ κρέμαται,

34—59. *Porrò, imprimis grato esto animo erga Carrhotum aurigam* (Alexibii f. ver. 59.), *cujus arti victoriam debes.* φιλεῖν ad gratum animum refer. De Carrhoto Arcesilai aurigâ vid. doctum Scholion; cum loco ex primo libro Theotimi de pace. (ἐν τῷ πρώτῳ περὶ εἰρήνης. nescio an idem sit, qui inter rerum Italicarum auctores laudatur in Parallelis quæ in Plutarchi Opp. habentur.) Fuit autem Carrhotus unus e viris principibus: ut adeò vel hoc exemplo constet, non infimi ordinis homines operam hanc aurigationis victoribus locâsse.

40. ὕδατι Κασταλίας ξενωθεὶς, pro, παρὰ Κασταλίᾳ, Delphis.

44. Ipse ποδαρκέων (*valens, superans cursu*) σὺν ἡνίαις ἀκηράτοις κατὰ τὸ τέμενος τῶν δώδεκα δρόμων, loco sacro, circo, quo duodecim curricula (quadrigarum) fiunt.

46. Dedicârunt victores victrices quadrigas in templo Delphico. Carrhotus ibi suspendit currum suum integrum et illæsum: κρέμαται ἐν (ἐς) κοιλόπεδον νάπος θεοῦ, ὁπόσα ἄγων ἄμειψε λόφον Κρισαῖον, pro ὅσα ἦγεν. tum, pro *totus currus integer*, ὁπόσα χεριαρᾶν τεκτόνων δαιδάλματα, h. e. τὸ ἅρμα δεδαιδαλμένον, *affabrè factum.*

ejusque causam adjuvantem, videlicet aurigam tuum Carrhotum, uxoris tuæ fratrem, supra socios omnes dilige; qui non, Epimethei more, peracto negotio fuit sapiens, neque, damno accepto, opus habuit prætextu et excusatione ad tuendam imprudentiam, quum reversus est Cyrenen Batti civitatem: sed, Promethei consilio et providentiâ usus in re peragendâ, apud Pythonem, ubi est fons Castalius, hospitio exceptus, præmium coronæ, quâ cinctum fuit comatum caput tuum, tibi peperit, ob rem præstantissimè curru gestam,

STROPHE II. 43—56.

quum sacrum Pythonis delubrum, quod cursu duodecies est conficiendum, velocibus equorum quos regebat pedibus, citra noxam habenarum, per-

Ὁπόσα χεριαρᾶν
Τεκτόνων δαιδάλματ' ἄγων
Κρισαῖον λόφον
Ἄμειψεν, ἐν κοιλόπεδον
Νάπος θεοῦ. τόσσ' ἔχει
Κυπαρίσσινον μέλαθρον ἀμ-
φ' ἀνδριάντι σχεδὸν,
Κρῆτες ὃν τοξοφόροι τέγεϊ
Παρνασσίῳ καθέσσαν-
το, μονόδροπον φυτόν.

A. β'. K. ιδ'.

Ἑκόντι τοίνυν πρέπει

51. *κοιλόπεδον νάπος θεοῦ* videri potest esse lucus in campo Cirrhæo. Pausan. tamen, X. 37. p. 893. disertè ait, nullam arborem esse in illo campo. Potuit hoc aliter se habere ante cladem Cirrhæis Amphictyonum decreto illatam. Verùm res ipsa loquitur, de templo Delphico hic agi; ergo jungenda sunt: *ἀλλὰ κρέμαται, ὁπόσα* — *ἄμειψεν, ἐν* (vel *ἐς*) *κοιλόπεδον νάπος θεοῦ*, pro *ἐν νάπει*. Necesse adeò est *κοιλόπεδον νάπος*, pro *κοῖλον*, simpliciter dici lucum *in convalle* Parnassi. Declaratur nunc locus in templo, in quo quadrigâ, quam exiguæ molis fuisse facilè intelligitur, fuit suspensa ac dedicata deo; scilicet *suspensa fuit ex tholo juxta signum Apollinis e ligno a Cretensibus dedicatum.* Tholum autem e cupressinis trabibus constitisse, nihil est quod dubitemus: cum hujus arboris usus esset frequens in ædificiis et in signis. Non autem hæc putanda fuisse *ἐν τῷ ναῷ* vel *ἀδύτῳ*· sed intra septa, *ἐν τῷ τεμένει*, multæ erant ædiculæ. Mox ver. 59. *ὑπαντιάσαι τὸν*, notatum a vetere grammatico, quod et de occursu amico cum animo, et cum quarto casu, dicitur, ap. Wassenberg. ad Iliad. I. p. 22.

[ib. *τὸ σφ' ἔχει*, Ed. Ben. *τόσσ' ἔχει*, ita reddit Heynius; "totidem (hæc) tenet cupressina trabs, ad statuam &c."]

currit. Neque enim ullum robusti currûs instrumentum fregit, sed, eo salvo et integro, vicit. In cujus rei monumentum, Apollini, Pythiorum certaminum Deo, talem eum dicavit et suspendit, qualem quum, Crisæo colle præterito, pervenit ad Dei lucum, cujus planities est cava: adduxit eâdem utique artificii elegantiâ insignem, quâ traditus fuerat a fabris qui eum manibus aptè compegerant. In gratiam autem et memoriam ipsorum, Arcesilai nempe et Carrhoti, currus ille est collocatus in atrio cupressinis trabibus contignato, propè statuam quam sagittarii Cretenses, ex unius arboris trunco, citra partium ullarum coagmentationem effictam, in cacumine Parnassio, hoc est in Pythone, collocârunt.

Antistrophe II. 57—70.

Quare Arcesila, cùm hujusmodi aurigæ operâ et beneficio victoriam

Νόῳ τὸν εὐεργέταν
Ὑπαντιάσαι. Ἀλεξιβιάδα,
Σὲ δ' ἠΰκομοι φλέγοντι Χάριτες.
Μακάριος, ὃς ἔχεις
Καὶ πεδὰ μέγαν κάματον
Λόγων φερτάτων
Μναμήϊον. ἐν τεσσαράκον-
τα γὰρ πετόντεσσιν ἁ-
νιόχοις ὅλον δίφρον κομί-
ξαις, ἀταρβεῖ φρενὶ
Ἦλθες ἤδη Λιβύας πεδίον
Ἐξ ἀγλαῶν ἀέθλων
Καὶ πατρωΐαν πόλιν.

E. β'. K. ιδ'.

Πόνων δ' οὔ τις ἀπόκλαρός ἐστιν,
Οὔτ' ἔσεται. ὁ Βάττου

71. Nova sententia. Iterùm attingit calamitatem temporum; vid. ad ver. 12.

72. *Fortuna domûs;* quam dicit *Fortunam Batti;* ὁ Βάττου δ' ἕπεται (πάρεστι, παρεμένει) παλαιὸς Ὄλβος ἔμπας τὰ καὶ τὰ νέμων, (*moderans secunda et adversa:* vid. ad Olymp. II. 98.) πύργος ἄστεος, ὄμμα τε φαεννότατον ξένοισι, *civium præsidium, hospitibus gratum invitamentum.* ὄμμα φαεινὸν pro φῶς. κεῖνον (τὸν Ὄλβον) &c. Locus est simillimus obscuro illi Ol. II. 96, 101. ubi Πλοῦτος—ἀστὴρ ἀρίζηλος, ἀλαθινὸν ἀνδρὶ φέγγος. Est autem τοῦ Ὄλβου eadem notio, quæ Romanis: *Fortuna domûs Augustæ.* Supra, Pyth. III. 150—153. erat Πότμος simili in loco. Multa autem adversa evenerant Arcesilao, qui civium suorum odia in se concitaverat.

consecutus fueris, decet te ut eum, de te benè meritum, spontaneâ benevolentiâ prosequaris. Te verò, O Carrhote, fili Alexibii, illustrem reddunt mea carmina, quæ pulchricomarum Gratiarum venustate nitent. Et beatus es, quòd, postquam magnum laborem exantlâsti, meâ oratione metricâ, quæ est præstantissima, præconium laudis immortalis nactus es, idque meritissimum. Nam inter quadraginta aurigas, qui tecum certantes ceciderunt, currum integrum et illæsum referens, intrepido animo ab illustribus Pythonis certaminibus in Libyæ campum, patriamque urbem Cyrenen, reversus es.

Epod. II. 71—84.

Ne putes autem, quum in adipiscendâ victoriâ tantum laborem exhausisti, tuam conditionem fuisse duriorem quam aliorum qui res præclaras

Δ' ἕπεται παλαιὸς
Ὄλβος ἔμπας τὰ καὶ τὰ νέμων,
Πύργος ἄστεος ὄμμα τε φαεννότατον
Ξένοισι. κεῖνόν γε καὶ βαρύκομποι
Λέοντες περὶ δείματι
Φύγον, γλῶσσαν ἐπεί σφιν ἀπένεικεν
Ὑπερποντίαν.
Ὁ δ' ἀρχαγέτας ἔδωκ' Ἀπόλλων
Θῆρας αἰνῷ φόβῳ,
Ὄφρα μὴ ταμίᾳ
Κυράνας ἀτελὴς
Γένοιτο μαντεύμασιν.

Σ. γ'. Κ. ιδ'.

Ὃ καὶ βαρειᾶν νόσων

[74. τὰ καὶ τά. τουτέστι τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακά. ἀμήχανον γάρ, φησιν, ἄνθρωπον ὄντα, τὰ πάντα ἀγαθὰ λαβεῖν. Ὅμηρος· (Iliad. ω. 527.) Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει. Schol.]

76. κεῖνόν γε—paulo abruptior transitus ad Batti fortunam.

[80. δῶκεν αἰνῷ φόβῳ. Hoc est, αἰνῶς φοβηθέντας εἰς φυγὴν παρώρμησε. Sic Cicero dixit; *Dare animum mærori*; pro, *animum mærore afficere*; et Pindarus pariter, δῶκεν φόβῳ, *dedit metui*, hoc est, *in metum compulit*. Ben.]

85. ὃ, vel ὁ, pro ὅς. Moratur in Apollinis laudibus, fortè respectu ad vitium linguæ Batti sublatum; paratque transitum ad oraculum memorandum. Mox, 87. πέρι, pro περί. Et ver. 90. εὐνομία ad *tranquillitatem* spectat *et otii amorem rectis studiis paratum*: ut opponatur *ferocia animi, et immanitas rudis et barbaræ mentis*, quæ ad arma et cædes fertur.

gesserunt. Nemo enim unquam antehac præclari quicquam gessit, nemo unquam in posterum, sine magno labore, geret. Arcesilaum verò sequitur vetus Batti felicitas, quæ pariter hæc et illa ipsi tribuit, ut sit turris et propugnaculum urbis, patriæ tutor ac defensor, et peregrinos, ut benigno erga eos est affectu, ita oculo serenissimo aspiciat. Cùm autem in solo, ubi Cyrenen condidit Battus, grassari solerent superbi leones, territi diffugerunt, quum ille, prout accepto ultra mare apud Delphos oraculo significatum fuerat, adductâ sociorum manu, suæ coloniæ stationem construebat. Fecit autem Apollo, qui, oraculi sui monitu, auctor erat deducendæ coloniæ, ut feroces illæ feræ, gravi metu perculsæ, aufugerent, ne quid fatali illi Cyrenes conditori obstaret, ac ne vanum foret vaticinium Dei veridici,

Strophe III. 85—98.

qui viros et fœminas medicinam docet, cujus ope inveniant et administrent

'Ακέσματ' ἄνδρεσσι καὶ
Γυναιξὶ νέμει, πόρεν τε κίθαριν,
Δίδωσί τε Μοῖσαν οἷς ἂν ἐθέλῃ,
'Απόλεμον ἀγαγὼν
'Ες πραπίδας εὐνομίαν,
Μυχόν τ' ἀμφέπει
Μαντήιον· τῷ καὶ Λακε-
δαίμονι ἐν τ' Ἄργει καὶ
Ζαθέᾳ Πύλῳ ἔνασσεν ἀλ-
κᾶντας Ἡρακλέος
'Εκγόνους Αἰγιμιοῦ τε. τὸ δ' ἐ-
μὸν, γαρύεν τ' ἀπὸ Σπάρ-
τας ἐπήρατον κλέος·

[96. τὸ δ' ἐμὸν γαρύεντ' ἀπὸ &c. Ed. Ben.]

92. τῷ ἐν ᾧ μαντείῳ, *sorte datâ* fecit habitare.

96, sq. *Convenit mihi*, tanquam Thebano, *gloriam, quæ a Spartanis in nos redundat, memorare.* Rem attigerat sup. Pyth. I. 124. Heraclidarum καθόδῳ in Peloponnesum interfuerant Ægimii posteri. Fuere ex Ægidarum tribu, quos majores suos profitetur fuisse poëta, qui se iis adjunxerunt, et Carnea sacra in Laconicam propagârunt; ex eorum posteris fuere qui inter colonos Theræ et mox inter conditores Cyrenes adscripti erant. At in *Ægidis*, ver. 101. cum Pindaro Herodotus non convenit, qui, lib. iv. 149, Ægidas ducit a Theræ nepote, Ægeo. Habuit quoque Ægeus Spartæ heroum: Pausan. III. 15. p. 245, f. Suspicor esse hoc illud ipsum, quod Herodot. l. l. narrat τοῖς ἐν φυλῇ ταύτῃ ἀνδράσι positum esse. Ejusdem Ægei meminit Pausan. IV. 7. p. 296, med. Magis convenerant cum Pindaro narrata ab Ephoro: quæ commemorat Schol. ad h. l. Ceterùm ante omnia cf. Isthm. VII. 18, sq. et ibi Schol. e quo patet, variam fuisse et incertam famam. De cognatione Thebanorum, Spartanorum, et hinc Cyrenæorum, doctè disputat Gedik. in Select. Carm. ad Pyth. IX. 185; et jam olim Simson. ad ann. 2907.

remedia ad gravium morborum curationem; quique citharœdicam artem præbet, et dat, quibuscunque vult, literarum humanarum cognitionem, quibus ingenuorum mores emolliantur, et, inductâ in mentem recti cognitione, bonæ leges, pacis et concordiæ inter cives conservatrices, constituantur; qui etiam regit adytum in quo ipsius responsa redduntur; ex quo strenuis Herculis et Ægimii posteris significatum est, Heraclidæ Aristodemi filiis Procli et Eurystheni, ut in Laconiam; Temeno, ut Argos; Cresphontæ, ut Pylum seu Messenen; cum Ægimii filiis Dymâ et Pamphylo se conferrent. Gloriosum autem et celebre genus meum Spartâ profectum fertur.

A. γ. K. ιδ.

Ὅθεν γεγενναμένοι
Ἵκοντο Θήρανδε φῶ-
τες Αἰγεΐδαι, ἐμοὶ πατέρες, οὐ
Θεῶν ἄτερ· ἀλλὰ μοῖρά τις ἄγεν
Πολύθυτον [ἐς] ἔρανον. [ἱερὰν, Damm. Lex. sub voc. ἱερα.]
Ἔνθεν ἀναδεξάμενοι,
Ἄπολλον, τεὰ
Καρνεῖα, ἐν δαιτὶ σεβί-
ζομεν Κυράνας ἀγα-
κτιμέναν πόλιν· ἔχοντι τὰν
Χαλκοχάρμαι ξένοι
Τρῶες Ἀντανορίδαι. σὺν Ἑλέ-

103, sq. Locus salebrosus; quem si eo modo, ut in var. lect. feci, expediendum putes, extrito ἐς, nexus sententiarum erit hic: *ἔνθεν πολύθυτον ἔρανον, τεὰ Καρνεῖα, ἀναδεξάμενοι Ægidæ ἵκοντο* (quod ex ver. 100. repetendum) *ἐς Κυράνας πόλιν, inde,* Therâ, *susceptis sacris Carneis, venerunt Cyrenen.*

[106. Καρνεῖα. Ex Pausan. de rebus Laconicis, lib. III. apparet Carneia, Apollinis sacra, a Carno Acarnane quodam instituta esse. Ben.]

108. Apparet, fuisse antiquam fabulam Cyrenensium, Antenoridas cum Helenâ Trojâ profugos ad Libyam appulisse et collem in littore obsedisse; quo factum, ut pro heroïbus illi a Cyrenensibus colerentur. Variis modis hæc tractata fuere in Νόστοις. Ita Lysimachus narrârat Menelaum in Libyam venisse, apud Schol. Lycophr. 874. Alii Locros Ajace Oilei orbatos, unde Virgil. Æn. XI. 265. illustratur. Itaque, *ἔχοντι τὰν* pro *ἣν ἔχουσιν Ἀντηνορίδαι, tenent,* scil. tanquam heroës indigenæ, qui præsunt urbi, eam tuentur. Jam 113, *τὸ δ' ἐλάσιππον ἔθνος, hos Antenoridas,* tanquam *ἥρωας ἐγχωρίους, colunt coloni cum Batto Therâ profecti.*

Antistrophe III. 99—112.

Quippe majores nostri, Ægei filii, Thebanorum familia, qui Lacedæmonem cum Doriensibus et Aristodemo migrarunt, ibi cum tempore propagati, ex illis fuerunt colonis qui in Theram adducti sunt. Neque hæc sine divinâ providentiâ facta sunt. Nam fatum Ægidas ad celebranda Carnea, epulum multis victimis instructum, adduxerat, quos Heraclidæ, per Bœotiam transeuntes, oraculi monitu Thebis acceperunt, et ab illo Apollinis epulo secum Spartam abduxerunt. Quam ob causam, institutis per successionem etiam in Libyâ, O Apollo, Carneis hisce sacris tuis, in convivio honorificè celebramus Cyrenen urbem, ædificiis valdè insignem: quam Trojani quoque hospites, bellicosa proles Antenoris, incolunt; qui, postquam bellico incendio vastatam viderunt patriam, cum

να γὰρ μόλον, καπνωθεῖ-
σαν πάτραν ἐπεὶ ἴδον

E. γ΄. K. ιδ΄.

Ἐν ἄρει. τὸ δ᾽ ἐλάσιππον ἔθνος
Ἐνδυκέως δέκονται
Θυσίαισιν ἄνδρες
Ἰχνέοντές σφε δωροφόροι,
Τοὺς Ἀριστοτέλης ἄγαγε, ναυσὶ θοαῖς
Ἁλὸς βαθεῖαν κέλευθον ἀνοίγων.
Κτίσεν δ᾽ ἄλσεα μείζονα
Θεῶν, εὐθύτομόν τε κατέθηκεν
Ἀπολλωνίαις
Ἀλεξιμβρότοις πεδιάδα πομπαῖς
Ἔμμεν ἱππόκροτον
Σκυρωτὰν ὁδὸν, ἔν-
θα, πρυμνοῖς ἀγορᾶς
Ἔπι, δίχα κεῖται θανών.

116. οἰχνέοντες (ἰχνέοντες) σφε, pro vulgari, προσερχόμενοι πρὸς αὐτοὺς, *adeuntes eos* σὺν δώροις: pro quo δωροφόροι, *quatenus munera*, h. e. *sacra ferunt*.

119. Jam a Batto, conditore Cyrenes, debuit exstructum esse templum Apollinis, in quo Carnea celebrata fuisse videntur, extra urbem in luco, et via, lapidibus strata, quæ, inde a foro, quo loco Batti ἡρῷον erat, ad illud templum duceret; quâ pompa sacra incedebat.

124. Viam duxit *inde a capite fori*; ab eo loco, quo ἐπὶ τοῖς πρυμνοῖς, τοῖς ἐσχάτοις, ἀγορᾶς κεῖται (Battus) θανών.

Menelao, Helenam abducente, in Libyam usque venerunt, ubi, erroribus fessi, consederunt, et eò deductâ coloniâ, advenis novis juncti sunt.

Epod. III. 113—126.

Porrò hanc Antenoris posterorum gentem equestrem et bellicosam, magno studio, tanquam divinos honores meritam, post mortem sacrificiis colunt, donisque cohonestant, Batti (aliàs Aristotelis dicti) comites, qui maris viam ipsis aperiens, in eam regionem celeribus navibus vectos duxit. Idem autem Battus res divinas augustiores reddidit, quum magnos Deorum lucos instituit, quum fecit viam, nomine Scyrotam, lævigatis nimirum lapidibus stratam, directam et planam, ut equis etiam esset pervia, et pompas, quæ precibus et sacrificiis mala ab hominibus propulsant, ad templum Apollinis euntes exciperet: cujus extremâ in parte, ubi forum est, seorsim et præcipuo in loco defunctus jacet.

Σ. δ'. Κ. ιδ'.

Μάκαρ μὲν ἀνδρῶν μέτα
Ἔναιεν· ἥρως δ' ἔπει-
τα λαοσεβής. ἄτερθε δὲ, πρὸ δω-
μάτων, ἕτεροι λαχόντες ἀΐδαν
Βασιλέες ἱεροὶ
Ἐντί. μεγάλαν δ' ἀρετὰν,
Δρόσῳ μαλθακᾷ
Ῥανθεῖσαν ὕμνων θ' ὑποχεύ-
μασιν, ἀκούοντί ποι
Χθονίᾳ φρενὶ, σφὸν ὄλβον υἱ-
ῷ τε κοινὰν χάριν
Ἔνδικόν τ' Ἀρκεσίλᾳ. τὸν ἐν ἀ-
οιδᾷ νέων πρέπει χρυ-
σάορα Φοῖβον ἀπύειν,

130. Ceteri reges sepulchra habent ante regiam, seorsùm a Batti monumento. λαχόντες ἀΐδαν, quasi sepulchrum Hades esset; ferè ad Hebræorum rationem a Lowthio (Prælect. VII.) explicitam: ut Nem. X. 105, 6. 163, 4.; coll. Pyth. XI. extr. Simili modo miscentur notiones *sepulchri* et *inferorum* apud Tragicos: v. c. Sophocles [Euripides] in Hecubâ, 207—9.

132. *Hi reges sepulti audiunt in inferis* (χθονίᾳ φρενὶ, ipsi χθόνιοι) *claram suam virtutem, et opes regias, et decus Arcesilai, quod in se redundat, celebrari hymnis.* ἀρετὰν—ῥανθεῖσαν δρόσῳ μαλθακᾷ ὑποχεύμασί τε ὕμνων. ut jam vidimus carmina comparari vino et libationibus: cf. inf. Pyth. VIII. 81. Isthm. VI. 30. et sup. Ol. VII. pr.

136. σφὸν ὄλβον χάριν τε κοινὰν υἱῷ Ἀρκεσίλᾳ ἔνδικόν τε, *decus commune sibi cum filio, idque meritum.*

138—43. Ad Arcesilaum spectant: *quem victoriam in Pythiis consequutum par est chorum instituere in honorem Apollinis.*

STROPHE IV. 127—140.

Qui, postquam inter homines feliciter vixit, post mortem a populo tanquam heros cultus est. Alii verò reges sacri minùs honorificum sepulchrum, seorsùm ante urbem sortiti sunt. Qui omnes, mente subterraneis in locis jacente, audiunt chorealem hunc hymnum, quo Arcesilai virtus ingens, tanquam molli rore et liquore subtus affuso irrigata, virescit: seque hoc nomine felices agnoscunt, cùm sibi et filio Arcesilao commune putent hoc laudis beneficium, quamquam illi propriè debitum, quem in choro canentium juvenum decet decantare aureo ense conspicuum Apollinem,

A. δ'. K. ιδ'.

Ἔχοντα Πυθωνόθεν
Τὸ καλλίνικον λυτή-
ριον δαπανᾶν, μέλος χαρίεν. ἄν-
δρα κεῖνον ἐπαινέοντι συνετοί.
Λεγόμενον ἐρέω·
Κρέσσονα μὲν ἁλικίας
Νόον φέρβεται·
Γλῶσσάν τε θάρσος τε τανύ-
πτερος ἐν ὄρνιξιν αἰ-
ετὸς ἔπλετο· ἀγωνίας
Δ', ἕρκος οἷον, σθένος·
Ἔν τε Μοίσαισι ποτανὸς, ἀπὸ
Ματρὸς φίλας, πέφανταί
Θ' ἁρματηλάτας σοφός·

E. δ'. K. ιδ'.

Ὅσαι τ' εἰσὶν ἐπιχωρίων κα-

142. τὸ λυτήριον δαπανᾶν, *præmium, compensationem*, ἄποινα, ut sæpè: v. c. Py. II. 26. ὕμνον, ἄποινα ἀρετᾶς. Sic Nem. V. 88. μόχθων ἀμοιβά. Isthm. VIII. 2. λύτρον καμάτων κώμων. Nem. X. 45. πόνων λάθαν.

150. (κατ') ἀγωνίας σθένος (αὐτοῦ ἐστιν) οἷον ἕρκος: *robur ejus est murus*, h. e. inviolatum est.

152. ἔν τε Μοίσαισιν, i. e. ἐν τῇ μουσικῇ, πέφανται ποτανὸς, *sublimi ingenio est* ἀπὸ ματρὸς, *naturâ*; ἁρματηλάτας τε σοφός.

155. ἐπιχώρια καλὰ sunt *studia rerum*

ANTISTROPHE IV. 141—154.

cùm fuerit ipsi auctor egregiæ victoriæ ex Pythone reportatæ, pro quâ venusto carmine decoretur in solatium magnorum sumptuum quos fecit. Virum illum utique laudant viri sapientes et prudentes. Ego autem, laudes ejus persequendo, vulgaribus loquendi formulis utar. Hic judicio, prudentiâ, et eloquio, præstantior est quàm pro ætatis ipsius ratione. Quod ad fortitudinem, animique fiduciam, attinet, is inter alios viros tantus est, quanta inter alias aves aquila, volucrum regina. In certaminibus tantum robore valet, quantum in bellis ad defensionem urbis validum propugnaculum. In adipiscendis et addiscendis disciplinis, celeri promptoque ingenio se ab ipsâ pueritiâ ostendit. Est etiam peritus agitandi currus, cujus suæ industriæ eximium specimen in Pythiis jam edidit.

EPOD. IV. 155—*ad fin.*

Denique quotquot præclara studia et instituta vigent in patriâ, ea

λῶν ἔσοδοι, τετόλμα-
κε. Θεός τέ οἱ τὸ
Νῦν τε πρόφρων τελεῖ δύνασιν,
Καὶ τὸ λοιπὸν, ὦ Κρονίδαι μάκαρες,
Διδοῖτ' ἐπ' ἔργοισιν ἀμφί τε βουλαῖς
Ἔχειν· μὴ φθινοπωρὶς ἀ-
νέμων χειμερία κατάπνοὰ δα-
μαλίζοι χρόνον.
Διός τοι νόος μέγας κυβερνᾷ
Δαίμον' ἀνδρῶν φίλων.
Εὔχομαί νιν Ὀλυμ-
πίᾳ τοῦτο δόμεν
Γέρας ἐπὶ Βάττου γένει.

honestarum, quibus vacant *οἱ καλοὶ*, ingenui liberaliùs instituti: ut res gymnastica, curulis, literæ, poëtarum lectio, ars oratoria. Hæc studia ille *aggressus est*; *προσῆλθε*. Pro hoc lyricè dixit *τετόλμακε τὰς εἰσόδους*.

159. *καὶ* (ἐς) *τὸ λοιπὸν*, *etiam in futurum*, *ὦ μάκαρες Κρονίδαι*, *διδοῖτε* (*αὐτῷ*, vel *αὐτὸν ἔχειν*) *ἔχειν δύνασιν* (h. e. *ἀρετὴν*, *quâ efficiuntur res*) *ἐπ' ἔργμασιν ἀμφί τε βουλαῖς*.

163. Ad *δαμαλίζοι* repeto *δύνασιν*, *ne qua adversa fortuna succedat*. Pro hoc dixit: *ne tempestas evertat*, *labefactet*, *ejus virtutem in agendo et consulendo*. Χρόνον, διὰ χρ. aliàs χρόνῳ, pro σὺν χρ.

165. ἀνδρῶν φίλων, pro θεοφιλῶν.

168. Victoriam quoque Olympiam Arcesilao contingere precatur.

sectatur accuratè, et fortiter affectat. Ut autem Deus illum hoc tempore, benevolentiâ prosequens, viribus munivit; sic et in posterum, O Dii, Saturni filii beati, concedite, ut ad res gerendas et consilia animum appellat, nec permittite in vitâ quicquam detrimenti capiat: ita ut, quemadmodum autumnali tempore, hyemalium ventorum flatus folia fructusque arborum in terram decutit, sic etiam ipsius præclara facinora marcescant: quin potius perpetuò vireat vitæ ejus splendor, nullo intervallo defrondescens. Cæterùm Jovem, cujus prudentia magna carorum virorum fortunam gubernat, oro, ut Arcesilao victoriam Olympicam olim concedat, quò magnorum etiam Olympiorum, Pythiis majorum, decora et gloriosa victoria Batti generi obtingat.